
HISTOIRE

DES

MALADIES DU PHARYNX




Dr C. CHAUVEAU

HISTOIRE
DES
MALADIES DU PHARYNX

III

MOYEN AGE OCCIDENTAL ET TEMPS MODERNES



Préface de M. le Dr DU CASTEL
Membre de l'Académie de Médecine



PARIS
LIBRAIRIE J.-B. BAILLIÈRE et FILS
19, rue Hautefeuille, 19

1902

MOYEN AGE OCCIDENTAL

ET

TEMPS MODERNES

I

MOYEN AGE OCCIDENTAL

Les textes ci-joints étant écrits en une langue beaucoup plus familière à la majorité des médecins que le grec, et leur latin très facile ne présentant aucune difficulté sérieuse, il nous a paru inutile d'en faire une traduction française.

Conformément à l'usage actuel, nous avons — ce qui n'a pas été fait dans le premier volume — supprimé les accents.

I. PREARABISTES

MACER FLORIDUS

LXXVII

Aloès.

Sunt aloe species geminæ, quæ subrubet estque
Intus sicut hepar cum frangitur, hæc hepatite
Dicitur, et magnas habet in medicamine vires,
Utilior piceo quæ fracta colore videtur.
Phlegmate mundificat stomachum, caput articulosque.
Leniter humorem nocuum purgando per alvum;
Ictericos purgat, jecoris juvat interiora.
Vulnus quodque recens putredine purgat ab omni.
Illius injectus pulvis siccandoque sanat;
Præcipue veretri dicunt et testiculorum
Ulcera curari vel vulnera pulvere tali.
Si solvatur aqua, juvat apostema labrorum
Et naris superappositum, nec non oculorum;
Livoremque fugat, sic circa lumina factum ;
Acri cum vino miscens oleoque rosato
Unge dolens caput et frontem, mireque juvabit.
Unguine pruritus sedabitur hoc oculorum.
Cum vino bene contritum cataplasmaque factum
Confortat, retinetque pilos quoscumque cadentes;
Linguæ, gingivis, vitiis quoque subvenit oris,
Si fricentur eo cum vino melleque trito.
Hoc sumptum per se ventrem non solvit acute,

Esse tamen stomacho putat Oribasius aptum,
Cum lædant illum solventia cetera ventrem ;
Illius geminas cum mulsa sumere dragmas
Idem præcepit, choleram sic flegmaque purgat.
Unaquaque die, post cenam sumere dixit
Utile tres ejus pilulas binasve virentis
Cum suco caulis formatas, ut faba grossas
Aut cicer, humores nocuos cum stercore purget,
Non corrumpendo stomachum neque vim faciendo.
Purgatus pilulis fuerit qui sæpius istis,
Vix unquam capitis vexabitur ille dolore,
Et nihil est oculis, mihi crede, salubrius istis ;
Si vero duram vis solvere largius alvum,
Partibus est geminis pars admiscenda terendo
Una diagridii, sic apta solutio fiet.

XXVIII

Cepa.

De cepis medici non consentire videntur:
Namque Dioscorides inflare caputque gravare
Atque sitim cepas dicit succendere mansas ;
Fellitis non esse bonas, ait ipse Galenus,
Phlegmaticis vero multum putat esse salubres ;
Non modicum sanas Asclepius asserit illas
Et dicit, quisquis jejunia solverit illis
Unaquaque die, quod vivet hic absque dolore.
Affirmant omnes mansas inferre soporem,
Et dicunt illas mollire salubriter alvum ;
Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si tritæ cum melle prius fuerint vel aceto ;
Apponunt alii cum vino melleque coctas,
Transactisque tribus solvunt cataplasma diebus,
Sal, rutam cepasque Dioscorides jubet anguis
Morsibus apponi, sic asserit ille juvari.
Femineo lacti commixtus sucus earum
Pellit sæpe graves infusus ab aure dolores ;

Hic succus commixtus aquæ bibitusque juvabit
Illos quos subitus facit obtumescere morbus.
Naribus attractus harum tantummodo succus
Humores nocuos capitis deponere cogit;
Mansæ vel potæ tardantia menstrua purgant.
Triturasque pedum, soleæ quas vel caligarum
Duritiæ faciunt, succo sanabis eodem,
Cum gallinarum pingui si sæpe perungas.
Mane sibi dentes qui succo perfricat isto,
Dicunt hunc dentis nunquam sentire dolorem;
Ulcera compescunt oris cum pane comestæ.
Intingens oleo coctas qui sumpserit illas,
Sedat quos intus dat dysenteria morsus.
Contritis cepis loca denudata capillis
Sæpe fricans, capitis poteris reparare decorem.
Oris fetori prosunt, fastidia tollunt,
Hasque jubent hæmorrhoidis superaddere tritas.
Illarum succus caligine lumina purgat
Admixtus melli; maculas quoque junctus aceto
Emundare solet, si sint hoc sæpe fricatæ.

XLV

Hyssopum.

Hyssopum est siccum, calidum quoque, tertius illi
Est in utroque gradus. Ejus decoctio facta
Sic ut cocta simul sint mel, ficus quoque sicca,
Prodest non modicum patientibus hausta catarrhum.
Subvenit et voci raucæ versata palato,
Et prodest cunctis pulmonum sumpta querelis;
Lumbricos ventris eadem potata repellit.
In pectus capitis si destillatio fiat,
Quod persæpe solet tussim phthisimque creare,
Prodest hæc eadem decoctio sumpta frequenter.
Omnibus his prodest pulvis cum melle jugatus.
Contrito viridi si jungitur oxymel illi,
Sicque datur bibitum, stipatum molliet alvum,

Cum vento nocuo viscosum flegma repellens;
Cardama si jungas his, solves fortius alvum.
Potio si viridis vel sicci sæpe bibatur,
Vultibus eximium fertur præstare colorem;
Cum nitro et ficu sicca si conteris ipsum,
Et superapponis spleni cataplasma tumenti
Hydropicisve, solet siccando repellere morbum.
Cum vino bibitum præcordia tensa relaxat,
Et quicumque nocet tumor interiora recedet.
In quo decoquitur si dens foveatur aceto,
Fertur ab immodico cito sæpe dolore levari.
Accensi fumo sonitus compescitur auris.
Elixum appositum livores limpidat omnes,
Sic juvat ictericos injectum naribus idem.
Auriculæ dicunt gravem curare dolorem,
Hoc mixtum roseo si fundis intus olivo.

XLIII

Iris.

Iri dat florum nomen color ipse suorum :
Caelestis similes sunt nempe coloribus iris.
Illyricam dicunt illam, quia plurima nasci
Fertur in Illyria. Vis ejus sicca calensque
Dicitur atque gradum dant huic in utroque secundum.
Major vis hujus est in radicibus herbæ :
Has desiccandas, per frusta rotunda secatas,
Sic ut se partes non tangant insere filo,
Inque loco sicco fac suspendantur in umbra :
Vix aliter totum poteris servare per annum.
Cum vino sedant tussim, præbentque soporem.
Si latitans intus sanies præcordia lædit,
Pellitur illarum cum vino pulvere sumpto ;
Cum mulsa bibitus choleram depellit iniquam,
Tormina commixto bibitus sedabit aceto,
Hocque modo sumptis dicunt prodesse venenis.
Spleneticis, et contractis, et frigore læsis

Cum vino bibitus pulvis medicabitur ejus,
Hocque modo sumptus tardantia menstrua purgat.
Duritias stericas radicum coctio mollit,
Si subtus tepida foveantur sæpius illa;
Hæ cum clysterio si sit subjecta per anum,
Non modicum sciasis dicunt prodesse dolori;
De radicibus his mixto collyria melle
Fiunt, quæ vulvæ pellunt subjecta secundas,
Inque locis hæc fixa cavis syringia curant.
Commixtus melli desiccat vulnera pulvis
Carneque nuda replet, si sit superadditus, ossa.
Pulveris ellebori pars tertia jungitur albi
Iris radicum tenui cum pulvere duplo,
Pulvis uterque simul commixto melle ligatur:
Hoc superappositum purgat lentigine vultum,
Et papulas ejus istud cataplasma repellit.

XXXVIII

Origanum.

Origani vires calidæ siccæque leguntur,
Tertius huic in utroque gradus conceditur esse.
Illius in vino curat decoctio sumpta
Quosvis pestiferos morsus, si sæpe bibatur;
Cum mulsa sumptum prodest aconita bibenti,
Sic multis aliis dicunt obstare venenis.
Conquassata juvat mansum vel sæpius haustum,
Hydropicos reprimit bibitum siccatque tumores.
Cum mulsa bibitum choleram deponere nigram
Dicunt, oxifali fuerit si pondere sumptum.
Menstrua reducet bibitum vel si superaddas
Tritum,vel cocta mulier si se fovet herba.
Illius pulvis tussim cum melle repellit;
Pruritus, achoras maculasque cutis fugat omnes,
In quo decoquitur si sæpius amne laventur;
In lavacro juvat ictericos hæc coctio sumpta;
Succus prædictæ viridis si sumitur herbæ,

Uvas et fauces curat siccando tumentes;
Oris vulneribus medicabitur ore retentus ;
Naribus infusus irino mixtus olivo
Invisum capiti coget manare cruorem;
Auribus infusus sedat cum lacte dolorem ;
Hic succus mixtus cepis et rho Syriaco
Ponitur ad solem tunc quando Sirius ardet,
Sicque quaterdenis fervebit in ære diebus;
Si supponatur lecto confectio talis,
Effugat, ut dicunt, animalia cuncta nociva.
His quibus ex aliquo vitio digestio tarda
Evenit, ex vino prodest si sumitur albo;
Cum calida morsus stomachi lenire probatum est.
Illius succos oleo mixtos et aceto
Succida lana bibat, et sic superaddita membris
Luxatis et contusis multum juvat illa.
Provocat urinam, lumbricos projicit haustum,
Dente diu tritum solet inde fugare dolorem.
Omnia potatus succus juvat interiora;
Ejus cum succo si carica trita bibatur,
Sudorem poris producere fertur apertis;
Appositus coxis succus cum polline farris,
Harum sæpe gravem pellit reprimitve dolorem.

XXXII

Papaver.

Dicunt vim gelidam siccamque papaveris esse.
Tres illi tribuunt species : flos unius albus,
Alterius roseus, rubeus pallensque minoris
Flos est, hanc vulgo dicunt agreste papaver.
Cunctis nobilior est cui flos nascitur albus ;
Ex hujus teneris opium faciunt capitellis,
Incisa leviter summa cute, lacque quod inde
Defluit, excipiunt cochleis, siccumque reservant,
Antidotis multis aptum variisque medelis.
Sunt qui contundunt cum lacte suo capitella,

De quibus expressum siccant in sole liquorem;
Post primum, succus vires habet iste secundas.
De specie vero, roseos quam gignere flores
Dixi, conficiunt oleum de semine tunso,
Non modicum gustu jucundum somniferumque.
Tertia, cui flos est rubeus semenque nigellum,
Præstat, si bibitur, reliquarum more, soporem.
Elixatura tepida cujuslibet harum
Æger si foveat faciem, vel si bibat illam,
Optatum capiet, nisi sit mors proxima, somnum.
Sperma nigri bibitum cum vino stringere ventrem
Dicitur, hocque modo fluxus inhibet muliebres ;
Somnum dat bibitum, tussim compescit iniquam.
Pondere denarii debent hæc semina sumi ;
Nam plus lethargum vel mortem sæpius infert.
De foliis ejus tritis factum cataplasma
Eximie fauces dicunt curare tumentes,
Quosque vocant sacros exstinguere dicitur ignes;
Frigore vel cantu, potuve, cibove, vel æstu
Aspera si fuerit vocalis reddita vena,
Apposito tali fiet medicamine lenis.
Candida meconii species (sic nempe vocari
Græcorum lingua dicunt quodcumque papaver)
Longe nobilior est utiliorque duabus;
Tunc cum lacte fluunt capitella papaveris hujus
Lecta coquantur aqua, cui sit pars tertia mellis
Addita, cuncta coquas, donec decoctio spissa
Sit quasi mel, varios sic conservetur ad usus :
Sumpta facit somnum, tussim fugat, abstinet alvum,
Vocalis venæ bene rheumatismata siccat.
Ejus de teneris opium factum capitellis,
Sicut jam docui, roseo miscebis olivo;
Unge caput mixtis, sedabitur his dolor omnis
Et solet hoc unguen somni præstare quietem.
Prædictis admisce croci redolentia fila,
Auris curabis hæc infundendo dolorem ;
Hoc quoque femineo cum lacte crocoque subacto
Ungendo calidam poteris sedare podagram;

Ano suppositum solet hoc adducere somnum;
Istud idem solo præstare putatur odore.

LXVI

Piper.

Carmine jam dictis aliquot vulgaribus herbis,
Nunc species illas, quas cunctis jam prope notas
Usus vendendi fecit, tentabo referre,
Atque prius piperis (quod notius ipsa coquina
Quam medicina facit) vires puto discutiendas.
Virtutis siccæ piper asseritur calidæque,
Tertius esse gradus conceditur huic in utroque.
Tres sunt huic species : album, longumque, nigrumque;
Sed quia sunt geminæ medicis tantummodo notæ,
De specie nigra dicam quædam mihi nota.
Crudum vel coctum sumptum, vel melle jugatum,
Vim digestivam stomachi jecorisque juvabit.
Morsus pestiferos curat, fastidia tollit,
Occurrit variis thoracis sæpe querelis,
Quodque movere solet frigus periodica febris
Compescit, febris si sumitur ante tremorem.
Cum lauri baccis vel cum foliis bene tritis,
Cumque mero tepido potatum tormina sedat,
Et scrophas reprimit admixtum cum pice dura
Et superappositum; recte quoque jungitur illis,
Quæ purgare solent oculos caligine dira.
Admixtum nitro maculas cataplasmate delet,
Usti stercoris humani cum pulvere tritum
Una junge piper, et sic superaddito cancris,
Experti nihil utilius hoc pulvere dicunt.
Nemo potest omnes piperis describere vires;
Namque piper ferme medicamina cuncta requirunt,
Antidotisque solet pretiosis pluribus addi.
Hinc puto tam paucas laudes de simplice dictas
Quod sit in innumeris hoc dignum laude medelis.

VI

Plantago.

Herbam, quæ nostra lingua plantago vocatur,
Hanc arnoglossam Græcus vocat, est quia linguæ
Agninæ similis foliis. Plantaginis hujus
Sunt geminæ species, et major prima vocatur,
Altera vero minor, quam vulgo lanceolatam
Dicunt, quod foliis, ut lancea, surgit acutis.
His infrigandi dessiccandique notatur
Tertius esse gradus, majoris vim tamen esse
Majorem dicunt, nimis humida vulnera siccat,
Si superaddatur cum melle, et sordida purgat.
Cum sale sicut olus si juncta coquatur aceto,
Ventrem restringit nimium sic mansa fluentem;
Si supradictis lens sit concocta, juvabit
Hic dysentericos melius cibus et cæliacos.
Stringit manantem superaddita trita cruorem,
Et nigris maculis fertur reparare colorem,
Ovi cum lacrymó mire medicatur adustos.
Sola canis morsum curat sedatque tumorem,
Et scrophas spargit superaddita cum sale trita.
Hydropicis ut olus decocta comestaque prodest,
Sic juvat asthmaticos, ferturque juvare caducos.
Sordida purgabit bene vulnera quælibet oris,
Ore diu tentus si succus volvitur ejus.
Hic introfusus curat syringia succus,
Et dolor hoc auris sedabitur et sacer ignis.
Fert hæmoptoicis hic opem, si sæpe bibatur
Per se ; fortior est si sit conjunctus aceto ;
Sicque juvat phthisicos; injectus vero per anum
Stringit non modicum fluxum dysentericorum.
Pellitur ex oculis tumor hoc fervorque perunctis.
Sæpius hanc ipsam si dentibus atteris herbam,
Gingivas reprimet tumidas et sanguine plenas,
Sicque solet dentis compescere sæpe dolorem.

Succus cum lana matrici subditus ejus
Stringit manantem nimium siccando cruorem.
Cunctis prædictis ejus decoctio causis
Prodest et potus cum vino seminis ejus,
Vesicæ renumque juvat potata dolorem.
Dicunt non nasci scrophas gestantibus ejus
Radicem collo suspensam, vis sibi tanta est.
Radices ejus tres contere, jungito tritis
Vini tres cyathos et aquæ fac sit modus idem,
Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti :
Sic pelles febrem, cui dat lux tertia nomen ;
Bis binæ quoque quartanis prodesse putantur
Cum totidem vini cyathis si dentur et amnis.
Cuncta potest *plantago minor* prædicta juvare,
Quamvis non tantas vires videatur habere.
Præcipue succus curat plantaginis hujus,
Quod juxta nares vel lumina nascitur, ulcus,
Si superaddatur cum lanis mollibus illi,
Perque novem cataplasma dies istud renovetur.
Ejus si succo tepidus venter foveatur
Acri depulso sanabitur ille dolore.
Lumbricos succus depellere dicitur ejus.
Si porcina vetus axungia jungitur illi,
Sedabit duros istud cataplasma tumores ;
Parotidas vulnusque recens hoc adjuvat unguen.
Ante duas horas quartanæ quam tremor ægrum
Vexet si succum biberit plantaginis hujus,
Sentiet eximiam facili medicamine curam.
Ejus potatum depellit sperma secundas.
Si via longa pedum movet, ut fit sæpe, dolorem,
Acri cum vino superaddita trita juvabit.
Cum passo succus bibitur si sæpius ejus,
Vesicæ variis fertur succurrere morbis.
In dessiccando vis est *plantaginis* ingens
Majoris, queat ut veluti cauteria corpus
Appositum siccare, refert ut Plinius auctor.
Composuit librum Themison de viribus ejus,
In quo præclaris celebravit laudibus illam.

XIII

Porrum.

In multis causis usus medicamine porri
Dicitur Hippocras, medicinæ maximus auctor,
Istius succum solum dedit ille bibendum
Ægrotis, qui rejiciunt sputantve cruorem,
Quos hæmoptoicos soliti sunt dicere Græci;
Cum galla dant hunc alii thurisve farina,
Aut geminis drachmis porrorum seminis unam
Apponunt myrrhæ, vino quoque trita resolvunt;
Præ cunctis aliis dicunt hæc sumpta juvare,
Manantemque potes naris retinere cruorem,
Intus si nares ungas medicamine tali.
Contractas vulvas succo curabis eodem;
Reddit fecundas mansum persæpe puellas;
Ulcera cum melle tritum juvat appositumque.
Humorum capitis si destillatio fiat
Pulmones pectusque nocens vocemque canoram
Indeque consurgat tussis præcordia lædens,
Cum ptisana succum porri sorbere juvabit;
Et per se solum prodest his omnibus ipsum.
Si porri partes in lympha coxeris albas,
Sic ut aquam primam mutes, addasque secundam,
Utilis ejus aquæ duro fit potio ventri,
Dicitur hæc eadem cum vino stringere ventrem.
Cum vino porrum datur his quos læserit anguis
Quodlibet aut animal fundens lethale venenum;
Nec minus his prodest, si vulneribus superaddas
Sic velut emplastrum porrum cum melle subactum.
Commixtus porri succus lacti muliebri
Et bibitus tussim fertur sanare vetustam,
Et variis vitiis pulmonum subvenit idem.
Aurem compescit cum capræ felle dolorem,
Præstat idem pariter cum mulsa mixtus et auri
Infusus tepidus; fungis, si manditur, obstat.

Ejus jungatur succo pars tertia mellis,
Et sic per nares tepidum fundendo vel aures
Immensum poteris capitis sedare dolorem.
Cum vino bibat hunc, lumbrorum quem dolor angit.
Dicunt utilius tali nihil esse dolori :
Fracturas solidat cito, duritiasque relaxat
Appositum, vulnusque recens cito cum sale claudit.
Si crudum fuerit sumptum levat ebrietatem,
Sic venerem stimulat, sic duram mollit et alvum.

LXVII

Pyrethrum.

Est pyrethrum calidum siccumque, quartus in istis
Est gradus; excruciat dentes si frigidus humor.
Masticet hoc patiens, teneatque diutius ore,
Et juvat admixto si gargarizetur aceto;
Hocque modo tumidam reprimit de flegmate linguam ;
Sic uvam relevat humoris pondere pressam,
Et multis aliis vitiis sic subvenit oris.
Non modicum prodest sumptum cum melle caducis,
Sicque levare solet morbum qui membra resolvit;
Suspensum collo pueris prodesse caducis
Creditur et solo succurrere fertur odore.
Ex oleo quo decoquitur si corpus inungas
Ante febris motum, minuet tolletque rigorem,
Renum sæpe gravem fugat unguen tale dolorem,
Miram sentit opem paralyticus inde perunctus,
Non leviter manibus fuerit si sæpe fricatus;
Unguine si totum corpus mulcebitur isto,
Largus per poros sudor procedet apertos;
Membrorum solet hoc quemvis curare stuporem,
Et corpus servare potest a frigore tutum,
Et medicamento solvetur tetanus isto.
Tantumdem prodest, si tritum solvis olivo
Sicque fricando locum quem vis medicare perungas.

XXI

Rosa.

Dici flos florum nobis rosa jure videtur,
Quod specie cunctos præcedat odoreque flores.
Non tamen hæc specie tantum nec odore juvare
Nos valet, at variis nos adjuvat illa medelis,
Ejus sicca gradu vis est et frigida primo.
Compescit sacrum, si trita apponitur, ignem;
Sic quoque, si stomachus calet aut præcordia, sedat;
Fluxum matricis cum vino stringit et alvi;
Illius succum collyria plurima quærunt,
Et siccæ pulvis morbis bene subvenit oris,
Infrictus per se tantum cum melleve mixtus.
Omnes fervores superaddita trita coercet
Ipsa recens, vel si mulsæ commixta bibatur.
Ex hac conficitur oleum, roseumque vocatur,
Diversis morbis et multis utile causis:
Si bibitur, ventrem mollit stomachique colorem
Exstinguit nimium; bene si foveatur eodem
Et dolor et fervor capitis curabitur illo;
Permiscendo sibi si forte jugatur acetum,
Expurgat sordens vulnus repletque profundum
Et combusturis præclare convenit ignis;
Ore diu tantum dentis sedare dolorem
Dicitur et duras palpebras reddere molles;
Aufert suppositum pruritus interiorum
Et stericis variis solet hoc succurrere causis.
Hoc oleum quoniam variatur conficiendo,
Dicam Palladius quid scripserit inde peritus:
Quod rubeum fuerit foliorum sumito floris,
Uncia sic purgatorum jungatur olivi
In libra, vitreo sic claudens omnia vase,
Sub Phœbo tantum septem suspende diebus :
Inde medelarum varios servetur ad usus.

XL

Violæ.

Nec roseus superare decor, nec lilia possunt
Fragrantes violas specie, nec vi, nec odore.
Dicitur humida vis illis et frigida primo
Esse gradu; species tres esse leguntur earum,
Noscere quas tantum diverso flore valemus :
Nam sunt purpurei flores albique nigrique ;
Cunctis pæne pares sunt in medicamine vires.
Inflammata juvant loca, tritas si superaddas;
Crapula discutitur bibitis, capitisque gravedo
Olfactu solo vel si caput inde coronas;
Anginis potæ medicantur aqua resolutæ;
Purpuream violam dicunt curare caducos
Præcipue pueros, si mixto sumitur amne.
Radices violæ cum myrrha tunde crocoque,
Hoc inflammatis oculis apponito nocte;
Contritis foliis violæ cum melle perungens
Ulcera sanabis capitis; si pungis acetum
Et cataplasma facis, cedet collectio quævis.
Illius curat elixatura tumorem
Matricis, tepida si sæpe fovebitur illa;
Ani fissuras, quas appellant rhagadias,
Addita cerotis medicatur sæpe perunctas;
Pustula si fuerit, melli superadde jugatam ;
Illius semen cum vino menstrua purgat;
Tritæ commixto radices ejus aceto
Splen siccant bibitæ vel spleni si superaddas;
Hocque modo calidam dicunt sedare podagram.
A stomacho choleram rubeam potata repellit
Herba virens violæ vel flos siccusve recensve;
Morbos de cholera rubea vel sanguine factos,
Mollibus in costis aut in pulmonibus ipsis,
Sedat si mixto potabitur amne recenti;
Infantum tussim sic et suspiria sedat.
Ex violis oleum sicut de flore rosarum

Conficiunt, multis quod dicunt utile causis,
Auribus infusum sonitum fugat atque dolorem,
Et capiti prodest quocumque dolore laboret,
Leniter infrigidans corpusque sopore resolvens;
Lumbricos necat infusum bibitumve vel unctum,
Et capitis furfur oleo depellitur isto.
Os capitis ictu fuerit si forte plicatum
In tantum, ut linguæ patiens amiserit usum,
Fac prius hanc violam cum vino sumere tritam;
Postea, si fuerit capitis pars dextera læsa,
Contritam plantæ pedis hanc adnecte sinistri,
Atque e conservo facies si læva plicata est :
Os resilit, linguæque die redit usus eadem,
Ut Justus tradit medicus, qui talia scripsit.
Altera vis violæ fertur mirabilis esse :
Albæ si violæ radix teneatur in ore
Et transglutitus sit succus sæpius ejus,
Vulneris immodicum tradunt mox sistere fluxum :
Hanc liquiritiæ tradit vim Plinius esse.

II. SALERNITAINS

GARIOPONTUS

XVIII

De Catarrho.

Catarrhon genera sunt tria : Corrhyza, *bronchos* (Tonsillitis) et tussis. Catarrhus dictus est a fluore. Græci enim fluorem, catarrhum vocaverunt. Corrhyza ab ossibus narium dicitur. Hæc est cum gravedine et constrictione narium cum fluore oris tenui aut crasso, cum sternutationibus assiduis, et odoratu difficili, et oculorum lacrimatione. *Bronchos a præfocatione faucium dicitur.* Fit autem cum pruritu et titillatione faucium, et voce obscura, et sternutatione assidua, et deglutiendi difficultate. Catarrhum ex hoc apprehendimus, ex gravedine et constrictione narium, ut neque odorare, vel anhelitum reddere nisi per os queant. Cum fluore tenui, aut crassi et viridis humoris continuis sternutationibus, atque pruritu frontis, et frequenti conamine delectationis emungendi. Aliquoties aqua, quasi sinapin aut cepulas manducantium, per nares egeritur. *Aliquando pars una capitis ex ipso impetu condolet.* Quod si in viscera distillet, percutiens stomachum tussim vel nauseam provocat. Si vero in pulmonem venerit, tussim creat cum spumosis sputaminibus. Aliquibus cum raucedine et thoracis gravedinem facit. Quod si sanguinem expuerint, ad tussim veniunt, et tabidi moriuntur.

Cura. — Omnis cura capiti adhibenda est. Illud vero ungatur ex oleo irino, aut lorino, aut camomillino, aut cyprino, aut anetino, aut rutaceo et collum thoraxque acopo termantico et plantæ pice liquida unguantur. Capiti lana succida opponantur; balsa-

mum auribus instilletur. Optarmicum vero ex pulvere piperis, euphorbii, melantii, iris illiricæ, rutæ, cimini, tosti, pulegii in linteolo ligato naribus apponis, provocando sternutamentum. Ibi sorbiles levesque cibos accipiant : hæc corrhyzæ et broncho fieri conveniunt. Sed præter hæc bronchos arteriarum gargarisma et electuarium liniens asperas fauces et aperiens quærit. Præterea catarrhum patientibus si tussis dura fuerit sine sputorum fluore, merum calidum dare debemus. Et si non febrit, tres ficcus siccas et assas cum pulegio et pipere trito comedendas dabis, aut oxymelle, sive elixaturam fœnugræci, vel hyssopi in mulsa cocti. Item gargarismi fiant, quibus phlegma et rheuma foris provocentur. Item electuarium ex irei radice sicca et hyssopo, aut thymo simul æqualiter triti et cum melle mixtis, jejuno coclear et post cenam unum dandum est et sternutamenta provocentur. Cibos leves et sorbiles accipiant. Ibi causis sive singulis, siv conjunctis sic subveniendum est.

XIX

De Uva.

Uva aliquoties ex catarrho tumescit, aut inflatur plerumque ex sanguine; aut ex humoris abundantia, et in faucibus laxant suis clausis foraminibus. Aliquando est ut mamillarum capite humor retinetur, cujus pondere cogitur jacere; quæ primo distillando tussiculam facit ; at si frequenter distillaverit, ad perniciem deducit.

Cura. — Illa vero quæ tumet et rubet, debet siccari. Quæ autem est pannosa tenuis et liquida et longa, cum summa diligentia incidatur. Post ex posca frigida gargarismus fiat. Non autem a radicibus incidatur, ne forte cicatricem non faciat......

XX

De arteriacis.

Arteriaci sunt quibus dentes rheumatizant cum asperitate gutturis interius, et quando excreant asperitatem faucium, quasi

aliquid illis in gutture adhæreat, sentiunt, aut vox eorum secundum naturam clara non fit. Sequitur modica tussis cum coctura faucium interiorum. Aliquando excreatur phlegma spissum, et tarde redditur. Aliquando solutum ejicitur. Modica febris cum macie corporis sequitur. Passio hæc ex humore capitis fit.

Cura. — Curantur autem sic. Leves et sorbiles cibos accipiant. Farina quoque aut similia tenuissima cum melle cocta danda est. Lac caprinum cum melle jejuni sorbeant. Cerebella et minores carnes coctas in vino dulci manducent, et vinum granatæ bibant, jejuni tepidum gargarizent, aut diamoron, aut diacodion, aut de penna fauces unguantur. Item pro arteriarum asperitate rosarum flores siccos, aut mala cydonia matura in aqua cocta, aut sapam, ubi coxeris pulegium, gargarizent. Item tragaganthum in melle infusum tere cum nucleis, et addito melle despumato quantum sufficit, dato coclear transglutiendo mane et sero per triduum ad mansionem......

XXI

De Synanchia.

Synanchicorum causæ duæ sunt, quas sic intelligimus. Una est quæ in faucibus nascitur, quæ facile apparet. Alia in gula et difficilis est ad videndum. Sed ejus, quæ in faucibus nascitur, quæ etiam periculosa non est, signa hæc sunt : Tumor magnus et rubeus, ore aperto, apparet. Anhelare, deglutire, bene loqui non possunt prefocationis causa quam patiuntur.

Cura. — Cura eorum talis est : Diaclisma, vel diamoron vel gargarisma sic facis : foliæ rosæ siccæ, lenticulam, dactylos in succo moræ coques, et mellis coclearibus iij additis, ex succo ipso gargarizent. Item passi calicem plenum et liquiritiæ semel unciam similiter teres et addita aqua decoctionis caricarum, inde assidue gargarizent et extra hoc cataplasma, scilicet pollines fœnugræci et hordeî pari mensura in mulsa coctos, plagellis apponimus.

XXII

De secunda specie.

Altera synanchis species est quæ in gula periculosa nascitur; ejus signa hæc sunt : Tumor in gula et collo nascitur, pene non loquuntur vel anhelitum reddunt, cervicem torquere, ut umbilicum sibi videant vel inclinare non possunt. Hanc causam Hippocrates non synanchen, sed quinanchem appellavit, cui si non continua medicina subveneris, tertio die præfocans occidit. Hæc etiam causa in æstate magis fit periculosa.

Cura. — Si juvenis fuerit, phlebotomandus est, et venæ quæ sunt sub lingua scarificentur. Clysterizabis vero viscide ex hoc, id est aqua, oleo, melle, sale, nitro, aphronitro, simul mixtis. Guttur scapulas et pectus de caricis in aqua elixatis et semine papaveris agrestis et pollinibus hordei et fœnugræci calide cataplasmabis. Corium maligranati in aqua infusum, et lenticulam alexandrinam cum terra sua, et omphacium simul coques, et exinde gargarizandum dabis, si bibi posset melius. Item passi partes duas et mellis unam mixtis, ibique hyssopo, et hypocystide, et caduca maligranati, et rore Syriaca de coctis gargarizare, aut bibere si potuerit dabis. Antidoti diacodion simplicis coclearia dabis il mane et sero quotidie, et trochiscos Andronii in passo solutos ei bibere dabis vel gargarizare, et ex mulsa vel melle solutis, cum penna loca perunges. Diaclisma ex hirundinibus tale facis. Hirundines majores cum plumis suis in urceolo qui focum ferre possit includis, et pulveri earum in furno combustarum mej despumatum admiscens loca cum pennis perunges; quæ si minus valuerint, inter scapulas sanguinem tollis.

XXIII

De tertia specie Synanches.

Synanche dicta est a præfocatione, quia Synanchis græce præfocatio dicitur. Synanche est difficilis translatio spiritus, et præfocatio acuta, cum valido impetu circa ingluviem : sunt autem duo genera Synanchicorum : unum cum tumore, alte-

rum sine tumore. Hoc enim aliter diacosin possumus dicere. Ergo cum diacosin tonsillarum et uvæ et epiglottidis est, id est bronchi et ejus summæ partis, quam latine gurgulionem dicimus. Nihil sine molestia transglutiunt. Præfocatio modo impetum sequitur, quam Græci dyspnœam dicunt, nausea est illis, quasi qui conantur rejicere et nihil possunt Qui enim hæc patiuntur, si quis eis os aperuerit, et linguam eorum digito compresserit, potest cognoscere utrum cum tumentia, aut sine ea sit. Si quando autem passio, per diacosin creverit, salivam in modum puris projiciunt, oculi eorum foris versi prominent et sanguinei fiunt, venæ tenduntur. Quod si adhuc interius vergat passio, excressit tumor ultra dentes, lingua faucesque siccantur, summæ manus plantæque frigescunt, pulsus parvus aut pene nullus est. Inviti jacent supini aliquando in lateribus dulce est, sed dulcius est illis assidue sedere. Vox atque sermo incondite fertur et cum dolore, et cum ad mortem vergunt atque periculum, livescit eis facies, vox subtrahitur, oregmon malum patiuntur, quæ bibunt non trajiciunt, sine pulsu invenitur vena, quam Græci Affixiana dicunt. Sonum quidem subtilem reddunt, quidam et salivam agunt et in hoc mors et præfocatio. Verum altera hujus præfocationis species hæc signa habet. Gracilitatem vocis, cervicis tensionem, ut ante non possunt flectere cervices quæ tamen recte consistunt eis partes, ex quibus facies constat oculi concavantur, frons corrugatur color plumbeus sed et mæstitia et gravatio et profocatio est illis, dehinc mors. Quæ si ignis sacer in cervice aliquandiu permanens appareat, bonum est, quia impetus passionis exteriora petiit. Qui et si repente sine ulla ratione abcesserit, non evadunt, quia intus medullas invasit. Quod si ultra modum phlegmata salivasque agant in principio, malum est quia constrictio et præfocatio in fine bonum, quia laxatio ostenditur. Sæpe pro nimiæ valetudinis impetu fauces eorum quibus contingunt, cancerantur. Itemque anthereon et ipsum guttur locis interioribus omnibus manifestum est hanc passionem esse de instrictoriis acutam, sane aliquando continuam et aliquando ex intervallo agentem.

Cura. — Curantur autem sic : His qui constrictura laborant, cataplasma imponis janthereo aut in cervice, et si febris non est cucurbitentur aut phlebothomentur. Quod si volentes trajicere

aliqua potuerint, aqua mulsa adhibenda est usque ad declinationem. Et cataplasma quæ apponuntur non frigida, sed calida sint, et saccellos furfureos in aqua et oleo decoctos, aut venea in oleo calido impones aut quæ aperiant et hos calida pusca sub mento diutius foves, aut pyriasin ex calida ori et naribus applicabis. Deinde gargarisma laxativa quæ aperiant, aut hydroleon aut mulsa, aut lac cum melle, aut diamoron adhibeantur, seu ex his de penna fauces illiniantur vel cum calida mixta gargarizent, aut ex gallæ pulvere cum melle, de panna extra linies. Si tumor in faucibus erit, creta aut acatia cum aceto trita de penna linies Item gargarisma ad item. Farinam cum furfuribus et liquiritia fœnugræcum et lini semen in mulsa coques. Quod si nimius tumor fuerit, passum cum mulsa addes, aut cum succi malvarum decoctione. Ros syriacus et adianthun et pingue dactyli et ficus aridæ coquantur, foveanturque manusque et pedes, et melotida lana ligata, ut solemus auriculæ facere, fauces legantur, post mulsam gargarizent. Quod si major impetus est, et tonsillarum et palati loca angusto scalpello scarificanda sunt. Post scarificationem, levioribus gargarismatibus utendum est, ex melle et lini semine, e fœnugræci decoctis, aut malva in mulsa decocta. Ante omnia phlebotomentur, et ad ventrem accipiant catharticum, et quicquid de succo aut sorbilibus fit, aut pultes leves in mulsa coctas dabis, et in remissione porcinum cerebrum et agninum offeres, salsamentis et acrimoninis omnibus abstineant. Utendum est aut cerotariis de oleo dulci, aut ciprino aut glaucino, aut yrino, aut malagmate diaquilon, aut aliis cerotariis.

COPHRON

De Squinantia.

Phlegmatica iterum materia et sanguinea facit in faucibus synantiam. De dialthea et butyro partes extrinsecas mollire facias, et potius uti minutione sub lingua et scarificare et ventosam occipitaliam post hoc ponere. In ore mel rosaceum ægri teneant et mundificetur a putredine locus. Si fuerit synantia quæ circa tracheam locum habet, similiter minutionem facias, et da gargarisma Mithridati, vel theriacam cum vino distemperato. Caveas ab aliis gargarismatibus, ne materia morbifica decurrat ad locum dolentem. Pro cibis dentur sorbilia et hujusmodi. Inunge cum dialthœa commixta cum butyro. Hic morbus enim cito interfecit, vel cito curatur.

(*Thérapeutique.*)

CONSTANTIN L'AFRICAIN

De Angina.

In duobus libris præcedentibus tantummodo dictum est de infirmitatibus capiti et faciei accidentibus; nunc dicantur morbi membrorum ministrantium cordi : Cor enim lucerna corporis. Dicantur ergo morbi, et eorum causæ, et significationes subjungantur medicinæ, et incipiendum est a molestioribus, et suspectioribus, ut est angina. Unde Galenus : qualecumque, inquit, morbus in gulam venerit et inflatione spiritum tenuerit συναγχή, id est, suffocatio vocanda erit. Sed tamen hic morbus a se invicem diversatur. Angina enim passio aliquando est, ex humoribus a capite ad guttur descendentibus, aliquando primo die mortificans, vel secundo, vel tertio. Quia enim est peracuta, et mortifera, id est, hominem cito mortificat, et suffocat, idcirco συναγχή vocata est. Angustat enim flatum, ut infirmus neque cibum possit recipere, neque potum, vel si recipiat parvissimum; humores autem descendentes sanguinolenti sunt, vel cholerici, vel phlegmatici, viscosi et salsi. Ex melancholia enim nunquam hoc apostema fit, quia hic morbus cito prævalet cum sit semper acutissimus. Sed melancholia post longum tempus operatur. Unde impossibile est de nigra cholera esse. Flatus in angina laborantium proprie est longus. Causa ejus longitudinis strictura est gutturis. Quod cum quantum sibi sufficiat aërem in impetu sibi trahere non valeat longo spatio, necesse est ut expleat. Anhelitus ergo brevis, laudabile signum est in angina. Unde Galenus super Prognostica Hippocratis : Pessimum anginæ generis est, quod comitatur spirandi difficultas, neque nimium dolorem, vel augustiam fecisse videtur exterius : in gula, sive in collo si tumor non apparet, neque rubor. Minus est malum si non anhelitum habet angustum sed cum tumore, et rubore, in gula, et collo facit dolorem nimium. Minus etiam est malum, cujus non nimius dolor est neque flatus angustiosus. Hoc

genus non est in gutture, sed in jugula, vel in collo, vel in utroque. Oportet ut signa humorum dicantur, unde hic morbus concreatur. Si sit ex sanguine, infirmus apparet plenus corpore rubet in faciei, venæ faciei sunt plenæ, densus pulsus, tumor calidus, etrubeus. Monstrat æger quasi vinum jugula sapiat. Diæta ejus antea multi sanguinis fuit generativa. Ex cholera rubea, fit fortis dolor, angustia nimia calor atque sitis maxima, fumositas in gula, pulsus vacuus, et fortis. Ex viscoso phlegmate dolor non est nimius, neque prædicta signa in eo videntur, tumet lingua, et mollescit, dolet parum. Ex salso phlegmate, sapit amarum salem in gula. Vox ejus sicut catulorum parvulorum. In hujusmodi medicandi, humores sunt perquirendi. In sanguine, cephalica vena est minuenda. Hippocrates in epidemis : « In angina inquit oportet incidere venas. » Galenus semper incidere dixit venas secundum quod oporteat, id est, quantum virtus satis valeat. Dat autem intelligi duobus modis debere incidi, secundum magnitudinem morbi, vel quantitatem virtutis. Synanche autem ex majoribus morbis. Si sanguis cùm cholera rubea mixtus esset, perpenditur, ventrem humectare debemus cum cathartico de cassia fistula, oxyfœnicia, jujubis, viola, et similibus. Similiter, cum clysteribus de viola, et semine malvæ, chamomillæ, prunis, jujubis et similibus. Extincto autem acumine humoris choleræ rubeæ et egrediente cum cholerica egestione, cephalica phlebotometur, ut exeat sanguis a cholera rubea incensus. Post phlebotomiam, et purgationem, redeundum est ad membra, ubi morbus maxime regnat. In principio medicemur cum his, quæ repugnant humoribus ad guttur descendentibus, et ipsum guttur confortantibus, sicut sapa est de moris, vel cum solatri, vel cum succo arnoglossæ. Detur deinde gargarismus, furfur quoque hordei aceto infusum, et colatur, et aqua detur ubi balaustia, rosa, vel galla sint cocta vel lentes, sive solatri succus, sive psyllii. Omnia sint stiptica, et repugnativa, quæ cum fecerimus, et humores extenuaverimus ad humores dissolvendos in infirmis membris clausos redeamus cum gargarismis de sapis mori, et sapa vini comixta et pauca myrrha vel ptisana cum saccharo, vel lacte caprino, sive asinino cum saccharo, et pauco croco, vel cum cassia fistula, et sapa in aqua calida, vel cum succo

portulaceæ. Quodamque horum invenerimus, inde infirmo fiat gargarismus, quia humores dissolvuntur. Cibum demus parvissimum, qui sit vel medulla pistata. Amylum tragagantum cum amygdaleo. De his omnibus jus conficiatur, et jejuno detur, vel amylum cum lacte, et amygdaleo. Nutriendus est cum chrysolocanna, blitis, portulaca, quæ cum amygdaleo sint parata. Si apostema sit phlegmaticum, quod ex predictis signis intelligendum est, cum cathartico phlegmatis depositivum erit purgandum cum clystere similiter et gargarismus, in morbi principio. Fiet aut de sapa nucum, cum anetho, vel ubi cortices nucum sint cocti, vel ubi mora, vel succus solatri cum oculis lucii, vel aloe. Humoribus his dissolutis ad membra curanda redeamus ubi humores mali includuntur. Gargarismum faciemus cum sapa nucum, addito pyrethro, vel sapa sola, vel oxymelle, vel sapa myrtina, vel aqua ubi ficus siccæ sint coctæ, vel cum caprino lacte, et stercore canis albo subtiliter pistato, et cum melle distemperato. Oris interiora omnibus his ungamus cum penniculo. Galenus dixit, hæc omnia utilia esse. Accipiamus item caninum stercus et pulveratum, in os projicietur cum felle taurino ; melle buccam ungamus. Gargarismum faciamus. Item Galenus: Fel inquit taurinum suffocationi uvulæ cadentis est adjutorium, similiter fel ovinum. De cinere radicum caulii cum melle faciamus gargarisma. Similiter, succus radice juvat cum oxymelle. Aliud gargarismus valens ad anginam ex phlegmate : liquiritiæ drachm. 3 pyrethri, cassiæ, cicutæ seminis, ana drach. 2 fœnugræci, myrrhæ, ana 1, croci, piperis nigri, spicæ, ana dracht. II. Fac pulverem, cum melle distemperatam, et in modo avelanæ accipiat et cum aqua ubi cortex mali granati sit coctus ; tempera cum vino odorifera forti, vel cum oxymelle. Aliud valens similiter : Rosæ drach. 2. Stercoris canini, croci, anna exagium ; tempera cum oxymelle, inde os unge, et fac gargarizare. Aliud quoque valens : rosæ, liquiritiæ, anna exagium I cinnamonii, piperis longi, croci, a. I. drach, aluminis scissi. cardamoniæ, myrrhæ, et sinapis, zingiberis. costi, ana, scrup. II. Fac pulverem ; adde mel quod sufficit. Accipe in mode avellanæ, vel cum sapa, vel cum aqua ubi cocta sit galla, vel cum succo solatri, vel cum melle et cum aqua calida.

(*Medicinæ lib. II.*)

POEMA MEDICUM DE CHIRURGIA

(De Secretis mulierum, de chirurgia et de modo medendi, libri septem (Renzi collectio Salernitana, t. IV).

De cancro in naribus, labiis, gengivis et palato.

Naribus et labiis, gingivis atque palato
Insurgit cancer, locus et corroditur ipse
Circumquaque; locus etiam quandoque rubescit
Inversatque cutim, nec eam corrodit at ipsam
Interius carnem; si vero sit undique dura
Livida sive nigra caro, cura gravis tibi fiet!
Si vero labrum vel nares commaculata
Vel corrosa patent, hoc quod corrumpitur omne
Incidas usque vivum calidoque peruras
Auro vel ferro, superappositoque vitello
Aut porri succo donec cadat ignis ab illo;
Postea rumpentis unguenti cura sequatur
Ut prædicta docent. Insit si quando palato
Tunc calido melius est comburatur ut auro
Ast in gingivis si sit, prelotus aceto
Sit locus ipse dies per tres vel quinque, fricetur,
Inde locus talis vel alumine cum zucarino;
Abluat os æger istove liquore probato.
Vinum decoctum vel mel jungatur aceto
Pondus ad æquale, radix flosmi caprifici,
Maligranati cortex adjuncta pyrethro,
Zinziber atque piper, pulvis jungatur et illi
Postea subscriptus; locus at mundabitur ante
Abstersus panno nitido prelotus aceto.
Origanum, rosa si foliis jungantur olivæ
Dactila dent ossa cum cancris, hiis et alumen
Cum pyrethro, pipere gariofila, cinnama jungas
Cum nuce muscata et granati cortice mali;

Omnia præscripta sint æquo pondere trita,
Pulvere quo sparsus locus hoc prelotus aceto
In quo bullierant prius hysopus aut calamentum.

. . . .

Si pimpinella succum plantaginis addas
Verbenæ, caprifolii, sic lanceolatæ,
Sic apii, scissum quibus associetur alumen,
Ista trociscentur, quo pulvere cancer obibit.
Est tamen hæc summa cancrum medicando medela
In quocumque loco sit corporis ; ustio fiat
In fontinella capitis, quia fluxus ad illas
De facili tendet partes aliasque relinquet.
Istud erit gratum si vis corrodere cancrum :
Extrahitur succus apii cum petrosilino,
Cum sale pistentur simul hæc triticique farina
Sic apponatur. Aliud quoque sæpe probatum :
Ejicis albumen ovi retinesque vitellum,
Tunc atramento fuligine cum forte molestus
Si fuerit, plus hiis ovi superadde vitellum.
En subjungetur aliud tibi sæpe probatum :
Terra sigillata fuerint si cinnama juncta
Albo cum nitro, quibus atramenta jugabis
Hinc factus pulvis multum conferre solebat,
Si novus hic fuerit modice corrosus, oportet
Ex hiis subscriptis curam variare probatis.

. . . .

Si quæ recens fuerit, ablutio facta valebit
Urinæ patientis ei si sit locus extra
Os — si sit vetus, hic corrosio fiat
Ære de viridi si pulvis cum sale tosto
Sit, fex argenti cum nitro crustula donec
Surgat, pura caro videatur. — Pulvere tali
Carnem restaures ; sit thus cum mastice junctus
Consolidæque bolus, amidum, sanguisque draconis ;
Pulvere quo trito carnis reparatio fiat. —
Aut cum radice rafani limacia nigra
Cortice cum rubeo quercus melli sociata
Pondus ad equale; simul hæc contrita coquantur

Et fac emplastrum quod sic apponitur cancro
Nocte dieque loco quod sic dimittitur tali;
Cum locus hic fuerit albescens, ponitur solum
Hoc semel emplastrum terna vel luce secunda
Quotidie positum nimium cito curat eumdem.

(*Liber I, cap. LI.*)

FLOS MEDICINÆ SCHOLÆ SALERNI

(*Renzi collectio Salernitano T. V.*)

I

Materia medica.

Agaricus.

Pectus flegmaticum solvit, pellitque venenum ;
Prodest pulmoni, splenis solvitque tumores,
Febribus occurrit, sic prodest sumpta venenis.

Aloes.

Vulnera dessiccat aloe, carnem creat; et aufert.
Preputii cancrum, cilii cum melle nigrorem ;
Auriculas, oculos, caput et linguam bene purgat.
Confortat stomachum, juvat ycter, hepar reparabit,
Canitiem prohibet, sed solus viscera lædit.

Canella.

Vera canella tibi plurima dona reportat.
Mentem, hepar, pectus, vocem, præcordia firmat,
Innaturalem tollit de corde tremorem.

Fœnugræcum.

Ad grossum flegma fœnugræcum est cura salubris.

Juniperum.

Juniperi grana pectus comesta reformant;
Et tussim nimiam sedant atque inveteratam;

Expellunt sedule semper de carne venenum,
Et prosunt capiti carbonibus ista projecta.

Nasturtium.

Nasturtii succus crines retinere fluentes
Illius asseritur, dentis curare dolorem
Et squammas succus curat cum melle perunctus.

Pinea.

Tussim, ephemeras, hecticam tibi pinea tollit;
Masculi plus tussi valet, et passiva diarrhæa.

Piper.

Piper de mane comestum purgat ægrotum
Humores tollit de corpore mane comestum.
Dat bene calorem, pravum depellit odorem,
Est humidum, certum sic sanum debet esse.
« Quod piper est nigrum non est dissolvere pigrum,
« Flegmata purgabit, digestivamque juvabit.
« Leucopiper nervis, stomacho, tussisque dolori
« Utile, præveniet scotosim febrisque rigorem.

Plantago.

Hepar tum parit, plantago stiptica cum sit;
Prodest hæmoptoicis, sacrumque coercet et ignem.

Pyrethrum.

Masticet patiens vel gargarizetur aceto,
Hoc modo tumidam reprimit de flegmate linguam;
Suspensum collo poterit prodesse caducis.

Rosa.

Curat hæmorrhoidas rosa, semine, cortice dentes,
Gingivas, colicam, capitis juvat ipsa dolentes.

Sinapi.

« Est modicum granum siccum calidumque sinapi ;
« Dat lacrymas purgatque caput, tollitque venenum.
Escæ mihi napi sunt bona, suntque sinapi.
Senapis oculis pectoribus allia prosunt.

Zinziber.

Algores stomacho, thoraci, renibus aufert ;
Idem conditum solamen zinziber affert.
Zinziber mane comestus pectus bene purgat,
Mollificat pectus, renum flegmaque repellit,
Clarificat visum zinziber sæpe comestum,
Humores siccat, cruorem de corde repellit,
Auget calorem stomacho, sic digerit escam.
Zinziber expurgat stomachum, cerebrumque refortat ;
Atque sitim pellit, juvenes quoque cogit amare.

II

Influences astrales.

Arbor plantetur cum luna Taurus habetur ;
Ædificari potes, et spergas semina terræ ;
Et medicus timeat cum ferro tangere collum.

III

Etiologie morbide.

Hæc faciunt rheuma : coitus, repletio summa,
Cæna nimis tarda, ventus, fumus, piper, assa.

. . . .

Nux, oleum, frigus capitis, anguillaque, potus
Atque crudum pomum, faciunt hominem esse raucum.

. . . .

Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus,
Inflantur venæ, corpus nimiumque gravatur.
Est pulsus frequens, plenus, mollis, dolor ingens

Maxime fit frontis, et fit constipatio ventris,
Siccaque lingua, sitis et somnia plena rubore,
Dulcor adest sputi, sunt acria, dulcia quæque,
Plectora vasa tenent, cacochymia tenet extra.

. . . .

Accusant choleram frontis dolor, aspera lingua,
Tinnitus, vomitusque frequens, vigilantia multa,
Multa sitis, pinguis egestio, torsio ventris;
Nausea fit, morsus cordis; languescit orexys (fames);
Gravantis choleræ motus hæc signa sequuntur.
Pulsus adest gracilis, durus. veloxque, calescens,
Aret, amarescit, sitit os, tenebroso
Contrahitur somnus, incendia visio fugit.
Pulsatur capitis pars dextra, buccinat auris,
Dum lucis medias librat sol igneus horas
Ipsa movet, quoniam lux tertia suscitat humor.

. . . .

Phlegma supergrediens proprias in corpore vires,
Os facit insipidum, fastidia crebra, salivas,
Costarum, stomachi simul, occipitisque dolores,
Pulsus adest gracilis, tardus, mollis quoque inanis;
Artus suppendit laterum stomachique lacunam,
Diffundit, replet et torquet vexansque propellit,
Irritat et minuit nativi jura caloris;
Insipidum reddit gustum, plurimumque salivæ.
De salso salsus, de dulci phlegmate gustus.
Visus hebes, motus tardus, pigritia, somnus,
Et sopitivus dolor occipitis comitatur.
Humor phlegmaticus nocturnis æstuat horis;
Præcedit fallax phantasmata somnus aquosa.

. . . .

Humorum pleno dum fæx in corpore regnat,
Nigra cutis, pulsus durus, tardus, tenuisque urina,
Sollicitudo, timor, et tristitia, somnia tetra;
Acescens ruptus, sapor et sputaminis idem,
Lævaque præcipue tinnit, vel sibilat auris;
Melan(cholia) dat splenem, ructum crudum, scotomiamque.

. . . .

IV

Nosologie (Cap. III).

Si fluat ad pectus dicitur rheumata catarrhus,
Ad *fauces* branchus, ad nares esto corhyza.
A cerebro fluxus ad subdita rheuma vocatur,
Qui veniens oculis scotomia dicitur; isque
Naribus effusus corhyza, superciliique
Fit dolor hic ; veniens aures facit has quasi surdes
Si venit ad malas ex hoc raucedo fit, osque
Vulnerat ut linguam, si derivetur ab illa
Seu maxillares ad nervos, hinc dolor urget
Gingivas, dentes, branchus fit faucibus inde
In gula pestis squinantia; si petit illud
Cannam pectoris vel tracheam, generatur
Tussis, si turbet pulmonem dyspnœa fiet
Asthmave, visceribus spumosus fit fluor inde
Et dolor atque tumor fit et indigestio ventris

. . . .

Raucis salsa nocent, nux, pinguia, nebula, ventus,
Unge dialthœa, galli pinguedine pectus,
Mollia sorbebis ova, sed piperata cavebis

. . . .

Uvula si rubet et longa tumere videtur,
Diamoron, ne (?) mora, pyrethrum quoque gargarizetur

. . . .

Quando dolet guttur velut ulcera si patiantur,
Protinus abstineas, minuas, sic alleviatur.
Succus amarisci tollit de fauce squinancem
Potatus magis hanc quæ magis intus hæret.

. . . .

Tussis sicca premit et pectus sæpe gravatur
Uva, fœni, liqui(ritia) ficus tragacanthaque coquantur,
Sacchara ponatur, ex his aqua cocta bibatur;
Humida fit tussis tum hyssopus adjiciatur.

2. — De vulnere gutturis vel œsophagi.

Si vulnus fiat aut gutturis aut œsophagi
Aut trachea arteria scindatur vel penetretur
Cujuscumque modi, vulnus mortale videtur;
Aut si principium vel finem sumat ab illis
Sive, sit a telo vel re quacumque cavendum,
Si cutis aut carnis sit tantum, cura patescit.

3. — De squinantia.

Esse squinantiam nascens in gutture quoddam
Fertur apostema; species tres esse leguntur;
Nomine totius illarum prima vocatur;
Est locus istius isthmi (larynx?), quæ perniciosa,
Dicitur esse cito solique Deo medicanda,
Cura reservetur istius; et altera partem
Interius quæ retinet, cujus pars iminet extra,
Perniciosa minus est prima; dicta synantis.
Tertia sed species cujus transmittitur extra
Materies tota, minus illis perniciosa;
Dicta quinantia. Sunt hæc generalia signa :
Orthopnæa, cibum nec potum sumere possunt,
Mittere nec sputum, nec transglutire salivam,
Et vox omnino quandoque negatur ad horam.
His a principio sic subveniatur oportet,
Si virtus, ætas coeant, minuatur utroque
Ægrotans armo (brachio), de cephalica moderate,
Sive per antipasim fiat detractio sola
Sive diamoron sibi gargarismata præstent;
Et si sub lingua fortasse minutio fiat
Et nimius fluxus assit, teneatur in ore
Fluxum constringens, aqua sit calefacta parumper
Huic gargarismum faciat prodesse probatum;
Nilque repercutiens morbum ponatur ad istum.
Sume liquiriciam, caricas, mel cum tragaganto
Et gargariza; vel fiat tale probatum :
Sume diureticum de multis talibus herbis
Oxymel factum; quod gargarisma valebit.

Hoc valet emplastrum quod fit de semine lini
Et fœnugræci trito, triticique farina
Melli commixtis, oleo vino quoque coctis.
Aut fœnugræci, bismalva, semine lini
Conjunctis butyro porcive sagimine (sagina), confert.
Aut berulæ tritæ porci conjunge sagimen.
Sive recens butyrum; sic fit cataplasma probatum;
Aut his unge gulam, fiet curatio mira.
Sive dialthea butyroque simul liquefactis,
Aut appone loco tali stupas ibi tinctas.
Sive cataplasma sibi fiat tale probatum,
Tertia quo species curabitur atque secunda :
Accipe radices ebuli nondumque remotos
Porros, absinthum, cardum pariter, benedictam;
His bene pistatis ex istis extrahe succum,
Alfita jungatur, pulvis de semine lini,
Sint tamen hæc liquida; post hæc liquefactus ad ignem
Sit porcinus adeps, tantum cui jungito mellis;
Omnia bullire facias commixta vicissim
Donec spissa tibi pateant embroca sit instar :
Quam calidum poterit istud cataplasma ligetur
Uno sæpe die, ter vel quater hoc removendo.
Cum saniem dederit, digito lignove licebit
Imposito cuneo per dentes rumpere tactum
Istud apostema dictum vitando periclum.

De branco.

Si tumet interius crescens ut amigdala, brancus
Excreat unde grave, fit spiritus anxius ejus;
Si non contulerint huic gargarismata dicta,
Usque cyrurgiam statim migrare licebit.
Infirmus primo coram te constituatur;
Os aperi cujus, infra sit lingua repressa;
Ut videas illas quot sint, ubi sit locus harum,
Cautius illarum valeas inscindere pelles;
Extrahe quas unco, sibi vicinasque relinquas
Illæsas, et aquæ roseæ jungatur acetum

Ac arnoglossæ succus, teneantur in ore
Ut gargarismus hinc fiat congruus illis,
Si multus sanguis fluat hinc, tunc conferet istud :
Confert cauterium factum mediante tuello
Per ferrum candens a partibus interiorum;
Quod si dat saniem, confert inscisio longa;
Extractis illis vellas radicitus omnes;
Auro vel ferro locus hinc uratur honeste.

PLATEARIUS

(*De simplicibus medicinæ circa instans.*)

Alumen.

Alumen calidum est et siccum in quarto gradu. Alumen est terræ materies, secundum quosdam et secundum alios vena terræ dicitur esse, quæ propter nimiam coctionem in album colorem conducitur Théorie alchimique et sic efficitur alumen. In regionibus valde calidis procreatur et præcipue in locis sulphureis et ignitis; quod album est, illud melius est .... virtutem habet dessicandi et vehementer consumendi.

XVII

Ammoniacum.

Ammoniacum calidum est in tertio gradu, et siccum in secundo. Est autem ammoniacum *gummi* cujusdam arboris, quæ simili nomine appellatur, cujus rami in superficie minutatim inciduntur in æstivis diebus. Liquor inde distillans induratur ; et dicitur ammoniacum, illud quod est albius et purius eligendum ; et cui terra non admisceatur. Bene autem assimilatur albumini ovi cocto. Habet autem virtutem dissolvendi et relaxandi. Contra tussim antiquam humectatam et asthma ex grosso phlegmate viscoso tres guttæ ammoniaci accipiantur in ovo sorbili, vel distemperentur cum melle et dentur patienti ; vel fiant pillulæ cum eo et melle et dentur, pectore prius mellificato cum dialthæa et butyro, vel semine ursi, vel brachia ursina.......

De gummi arabico.

Gummi arabicum simile est tragacantho, et in Arabia reperitur. Est duplex species ; album melius est eligendum ; est

etiam et citrinum et suffusum, et quod similiter clarum est eligatur. Et invenitur in recepto (ordonnance) simpliciter arabicum, album est ponendum. Habet autem virtutem relaxandi, humectandi et leniendi. Et contra asperitatem linguæ ponatur in aqua, donec agglutinetur, et ex tali agglutinatione humectetur lingua, et fricetur.......

De moris.

Mora domestica frigida et sicca. Sunt qui etiam fructus sycomori in receptionibus ponunt et sicut ista frigida sunt. Fructus sunt rubi, et cum maturi sunt, colliguntur. Virtutem habent dissolvendi, consumendi et mundificandi. Et contra squinantiam et uvam relaxatam et brancos et vitia faucis valet electuarium, quod diamoron dicitur. Et istud gargarisma fiat aliquando cum oleo et aceto, aut cum melle despumato.......

De nitro.

Nitrum est siccum et calidum in secundo gradu. Est autem nitrum vena terræ, quæ in multis locis reperitur. Cujus duplex est differentia, quod simile vitro et album eligendum est. Et citrinum et melli simile non adeo bonum est. Et virtutes dissolvendi et abstergendi habet ex nitrositate.......

Pyrethrum.

Pyrethrum est siccum et calidum in tertio gradu. In hyeme colligitur radix et per v annos servatur, et radices eligendæ sunt continuæ et non asperæ odore... Gargarisma factum ex aqua decoctionis ejus et ficuum siccarum vel in vino dulccerebrum a superfluitate phlegmatica mundificat.......

III. ARABISTES

A. ÉCOLE DE MONTPELLIER

(*Gordon et Valescus de Tarenta*)

GORDON

De Rheumate et corrhyza.

Rheuma est fluxus humorum a capite ad partes subjectas. Rheumatis autem tres species ab auctoribus distinguuntur corrhyza, bronchus, et catarrhus. Corrhyza quando defluit ad nares ; bronchus quando ad fauces : catarrhus quando ad pectus. Rheuma autem potest esse genus, et ideo dicitur Rheuma, quasi ruens materia ; Rheuma autem negligi non debet, quia forte est mater omnium ægritudinum, quod patet *quia si fluat ad aures, causabit surditatem* aut tinnitum ; si *ad oculos*, caliginem ; si *ad nares*, fœtorem aut polypum ; si ad linguam, paralysim ; si *ad guttur*, *squinantiam ;* si ad pectus, phthisim aut pleuretin ; si ad stomachum, fastidium aut vomitum ; si ad intestina, fluxum ventris ; si ad juncturas, arthritin, et ita de aliis omnibus membris subjectis, præterquam de splene, quoniam splen non apostematur, nec oppiliatur propter rheuma, quoniam passiones splenis fiunt ex materia grossa.

Causa. — Materia autem rheumatis est subtilis, aliter non rueret. Licet igitur vulgariter loquendo ex rheumate nullus plangatur, nihilominus citissime sunt remediandi, cum omnia

membra subjecta debilia ad ægritudines proximas sint parata. Succurrendum igitur est ita velociter, quod etiam medicinæ laxativæ possunt dari sine digestione materiæ, et potissimum si flueret ad pectus. Rheuma vero aut provenit ab *exterioribus aut ab interioribus*. Exteriora sunt ventus septentrionalis, veniens post meridionalem, item calor nimius, aut frigus aut insufflatio ventorum, aut somnus; post nimiam repletionem et potissimum somnus diurnus, odor rerum fortis odoris, sicut est lilium, mentastrum, muscus, et similia, comestio rerum vaporosarum, sicut sunt cepæ, allia, vinum forte, crapula et ebrietas, balneum, phlebotomia, et breviter omnia, quæ dissolvunt vapores in capite, aut per modum compositionis, aut per modum dissolutionis.

Causæ interiores sunt humores in cerebro abundantes, sive sint calida, sive frigida; vel vapores a stomacho et toto corpore ascendentes ad caput.

Signa. — Si sint humores calidi, tunc caput tactu calidum invenitur, facies rubea aut citrina, punctura et mordicatio, ablatio appetitus cibi; sitis et similia. Si causa fuerit frigida, signa sunt contraria, et ista causa frequentius venit.

Prognostica. — (Hippocrates) Bronchi et corrhyzæ in valde senibus non maturantur (catarrhe chronique des vieillards). Qui etiam habent caput calidum, et partes inferiores frigidas, raro sunt sine catarrho; et converso, qui non caput frigidum et cor calidum habent, iis multi vapores ascendunt, qui in cerebro frigido digeri non possunt, et quando cerebrum est calidum, fit attractio multa vaporum. Catarrhus cum dolore capitis, difficulter curatur, quia caput videtur debile naturaliter. In autumno frequentius veniunt catarrhi, quam in alio tempore anni.

Cura. — Cura communis in omni catarrho, seu rheumate est, quod, si fluat materia ad membrum nobile, evacuetur materia, digestionem (coctionem) non expectando cum pilulis aureis, aut cochiis, parvitas cibi, et potus competunt, ut et vigiliæ multæ, et quod non dormiant, interdiu non utuntur balneis, nec fomentationibus, nec ablutionibus, nec exercitio forti ; teneatur venter laxus, famem et sitim patiantur, quantum poterunt.....

(*Cap. XVI, particula III.*

De ægritudinibus colli, pectoris et mamillarum. De squinantia seu angina.

I

Circa istam materiam intelligendum versus radicem linguæ esse duos meatus, quorum unus est via cibi, alter via anhelitus, appellaturque, trachea arteria, et caput ejus vocatur epiglottis quemadmodum via cibi meri, seu œsophagus : et via media inter istos duos meatus guttur. Sed illa lingua, quæ est supra istos duos meatus ad modum digiti in fistula; appellatur uvula: Et caro illa addita in radice linguæ, duo amygdala; pars anterior colli, gula, est que proprie via anhelitus : pars autem posterior colli, per quam transit meri, cervix. In his membris (organis) accidunt nocumenta multa, et cum hoc anhelitus etiam redditur difficilis propter multa, et propter causas extrinsecas, sicut est arista, lignum, et similia, cum intromittuntur : casus et percussio, propter quod accidit dislocatio vertebrarum, et talis difficultas anhelitus raro aut nunquam curatur.

Accidit etiam difficultas anhelitus ex debilitate virtutis, sicut in pueris, item propter mollificationem nervorum et paralysim, propter spasmum et multa alia consimilia.

De tali autem difficultate anhelitus hic non agitur; sed de illa quæ sequitur ex apostemate gutturis, quod appellatur squinantia.

Squinantia igitur est *apostema gutturis impediens viam anhelitus et viam cibi.* Attamen hic non agitur principaliter de nocumentis accidentibus in prima digestiva, sed de nocumentis accidentibus in membris pectoris in toto clibano ejus.

Accidit igitur squinantia in lacertis gutturis et viarum duarum, sive anterioribus, sive posterioribus, et secundum hoc diversificantur; quoniam quædam est species squinantiæ, in qua apparet tumor et rubor ore aperto.

Secunda species est, in qua nihil potest videri, *nisi lingua fortiter deprimatur,* et tunc latet apostema interius in istis viis.

Tertia species in qua nihil potest videri, etsi lingua deprimatur, *latet enim apostema interius in istis viis.*

Quarta species potest esse, quando apparet tumor interius in gutture, et exterius in cervice.

Causæ. — Causarum quædam sunt *extrinsecæ*, quædam intrinsecæ. Extrinsecæ sunt nimia caliditas, et frigiditas, insufflatio ventorum, *acceptio quorundam fungorum*, et *quorundam venenorum*. Sed ab intus, hoc potest provenire ut plurimum ex repletione capitis, et rheumatismo, item propter vapores ascendentes a pectore, stomacho et toto corpore : aliquando propter malitiam particulæ patientis, aliquando propter ægritudines præcedentes, quoniam febris continua terminatur ; aliquando per squinantiam, aliquando phrenitis, aliquando apostema uvæ, et ita de aliis, quæ est universaliter mala crisis et suspecta. Accidit etiam aliquando ex sanguine, aliquando ex cholera, phlegmate et melancholia, (licet raro ex melancholia).

Signa. — Tumor, rubor, calor, dolor, plenitudo, pulsus, significant *sanguinem:* color citrinus, punctura, mordicatio, *choleram:* albedo, tumor, mollicies, modicus dolor, multitudo salivæ, *phlegma ;* durities et livor, *melancholiam*; ut tarditas afflictionis et duratio morbi. In particula (sede) autem a qua provenit materia, semper est pondus et aggravatio. Et si venerit ex ægritudinibus præcedentibus, vel ex causis primitivis, illa sunt satis manifesta ex patientis relatione et ex illis, quæ præcesserunt.

Signa autem squinantiæ *interius latentis*, quæ videri non potest, sunt constrictio anhelitus, et quando bibit aquam, regurgitat ad nares, oculi sunt rubei, lingua frigida, vox catulina, (catuli) et collum rigidum. Signa autem demonstrativa sunt difficultas anhelitus, dolor, apertio oris.

Sciendum etiam circa istam materiam, squinantiam terminari aliquo istorum modorum, aut scilicet terminatur per *resolutionem insensibilem*, cujus signa sunt alleviatio doloris, bonitas anhelitus; aut ad *nervos*, et *lacertos* colli, cujus signa dolor, gravatio et tortura, pulsus, et durities. Aut ad *pulmonem*, quæ est semper mala terminatio, quoniam aut causat ulcerationem in pulmone, aut peripneumoniam; cujus signa, tussis, dolor pectoris, et difficultas anhelitus. Aut *ad cor*, quæ etiam est mala terminatio, cujus signa, tremor cordis, syncope, occultatio pulsus. Aut ad *stomachum*, cujus signa dolor et vomitus, et

potest esse ad bonum. Aut terminatur per saniem, quod id esset ad bonum, cujus signa apparet in screatu.

Ista igitur sunt signa permutationis. Si autem permutetur materia ad saniem, signum est, quod magis appetit cooperimenta, et cum sanies est generata, alleviatur, sed hoc non potest compleri,in quatuor diebus, sed bene potest inchoari, et postea compleri, quoniam omnis squinantia terminatur ut plurimum in quatuor diebus. Quos si transeat, materia ut plurimum videtur melancholica, cujus signum, quia sentit saporem stypticum in ore.

Prognostica. — Ista sunt signa mala in squinantia et pernecabilia seu lethalia, scilicet quando squinantia evenit in *fibribus continuis* in die critica, syncope, vehemens difficultas anhelitus, sicut est dyspnæa, oregmon, difficultas transglutiendi, ita quod rejicita potum per nares, vox catulina, ita quod videatur loqui cum naribus, spuma in ore, emissio linguæ et frequens motus, sicut apparet in equo fatigato, color niger et lividus in lingua, oculis et labiis, frigiditas extremitatum, contractio colli, et quod non possit jacere supra dorsum, potissimum in squinantia, quæ est in viis anhelitus, quoniam quando est in viis cibi, accidit magis difficultas transglutiendi, aliquando tamen accidit utrunque.

Squinantia venit frequentius in vere, et quæ est cum febre, est magis periculosa. Signa autem vitalia, sunt quies, somnus, alleviatio doloris, bonitas anhelitus, facilitas transglutiendi, et breviter privatio malorum signorum.

Cura. — Ista ægritudo est admodum periculosa et brevis terminationis, ideo a principio statim succurrendum est, unde homines qui facile incurrunt squinantiam, cum sentiunt se repletos, deberent instituere phlebotomiam, antequam malum incurrant. In primis fiant clysteria, deinde si corpus est plethoricum, phlebotomia saphenarum ejusdem lateris, vel cephalicæ oppositi lateris.

Postea si indiguerit, et virtus possit tolerare secetur cephalica ejusdem lateris, prout dolor magis declinat ad dextram vel ad sinistram. Deinde si particularia conveniant secetur vena, quæ est in fronte, postea labiorum, et quæ sunt sub lingua. Et si non possit transglutire, applicentur ventosæ in collo et sub mento. Ista autem valent in omni apostemate præfocativo cum convenientia particularium.

Quantum ad diætam, nihil comedat usque ad diem tertium, si virtus possit tolerare, et si non possit, sit contentus aqua hordei aut hydromelle, syrupo acetoso oxymel, aut brodio pullæ parvæ, Post diem autem tertium, utatur hordeato claro, aut pulla trita colata, et ita de aliis sorbilibus juxta convenientiam particularium. Universalibus igitur recte ordinatis, ad particularia veniamus. In primis fiat gargarisma, si causa est calida ex diamoron et modico syrupo, julep, viol. aut syrupo de papavere. Aut fiat decoctio in aqua coriandri; cum sumach, gallis, hypocistide, malis granatis contritis cum toto, cui addatur aliquantulum sacchari; coletur et fiat gargarisma.

Pilulæ. — Deinde utatur istis pilulis sub lingua retinendis ℞ granorum rosæ, sumach coriandri, sandarach conficiantur cum mucilagine psyllii-dragaganti facta in syrupo nenufaris, et fiant pilulæ, quæ teneantur in ore, vel fiat gargarisma ex oxymel. aqua et aceto, valet in utraque causa.

Anginæ frigidæ curatio. — Si causa est frigida, fiat gargarisma ex decoctione de nitro, et alumine assis, mastic. thure, hydromelle; deinde pilulæ, quas teneat in ore. ℞ masticis, thuris uvarum passarum mundatarum ab arill. styracis calamita. ana 3.2 conficiantur cum oxymel. In causa calida, circumdetur collum undique lana succida, infusa in oleo de chamo. Si frigida, grossa et viscosa, ℞ sinap. nitri, sulphuris, castorei, bulliant, in oleo, in quo lana intingatur, et circa collum involvatur.

Deinde postquam incipit venire ad augmentum, gargarizet cum aqua decoctionis fœnugræci, sem. lini, uvarum pass. mund. ab arill. summitatum papaveris, caricarum, liquiritiæ mundæ. Et si causa est calida, addatur saccharum ros. viol. nenupha. frigida, non oportet addere, nisi mel.

Item ℞ olei viol. butyri, caricarum, fermenti, dialtheæ, misceantur. Istud enim maturat et rumpit sive intus, sive extra applicatum per modum emplastri, aut quocunque; modo applicetur sive gargarizando, sive alio modo.

Postquam autem venit ad maturationem, rumpatur et gargarizetur oxymelle diuret. cum decoctione caricarum, et fermenti, aut scil. aut aperiatur cum digitis et ungue. Aut cum ruptum fuerit gargarizet oxym. cum vino. Et si materia fuerit admodum grossa, addatur piper, nitrum, cinamomum, sinapis.

Illa autem, quæ valent a tota specie, sicut dicunt magistri nostri, sunt stercus hirundinum, stercus pueri, stercus canis comedentis ossa, et stercus lupi, quæ debent aliquantulum desiccari supra testa, deinde pulverizari, et ori insufflari, aut decoquantur in hydromele et fiat gargarisma. Dicunt etiam, viperam si stranguletur cum filo et circumdetur collo, multum valere. Ista empirica non sum expertus, sed alia omnia, quæ dicta sunt, feci frequenter.

Hæc etiam valent in squinantia et in apostematibus suffocativis, arista et similibus. Spongia parva ligetur cum forti filo, stranglutiatur et subito extrahatur. Idem posset fieri de lardo. In ultima autem desperatione, aperiatur gula, ut possit respirare, et cum negocium erit completum, consolidetur. In curatione istorum apostematum non debet Medicus esse negligens, nec somniculosus, quia passio est acutissima.

Squinantia potest causari ex melancholia, sicut pleuritis licet raro : quoniam squinantia est brevis terminationis, melancholia autem facit longum morbum, et cum hoc melancholia non est humor admodum fluxualis, nec bene penetrabilis, ideo raro fit, possibile tamen est sicut Avic. testatur, licet contrarium dicat Viaticus, sed impossibile accipit pro difficili.

Secundo squinantia fit ut plurimum ex sanguine, postea ex phlegmate, tertio de cholera, raro ex melancholia. Et juxta hoc notandum, ut plurimum fieri per viam rheumatismi et per viam derivationis, ideo fit subito, tardius autem fit per viam congestionis et per ascensum vaporum ab inferioribus, quia talia tarde aggregantur et tarde ascendunt, squinantia autem fit subito.

Tertia quatuor sunt notanda circa istam materiam.

Primum, scilicet quod ad squinantiam sequitur febris continua, quoniam licet ista membra non sint nobilia, deserviunt tamen membro nobili, et ita habent nobilem operationem. Et quando istud evenit, scilicet quod febris sequatur squinantiam, tanto est deterius propter difficultatem anhelitus. In omni squinantia competit lac, quia obstergit, mundificat et maturat, nisi timeamus febrim, inqua solet corrumpi.

Secundum, quod debemus observare, est quod ad squinantiam sequatur eductio oculorum, propter colligantiam, quam habet trachea cum lacertis oculorum.

Tertium, quod sequitur, est eductio linguæ et hoc propter magnitudinem apostematis in radice linguæ.

Quartum, in omni specie squinantiæ competunt repercussiva et diuretica. Et si objiciatur, nonne mittitur materia ad membra nobilia? respondeo quod non, quia multa membra sunt in medio, et dispartitur in multas partes, distributaque; per multa membra, melius rectificatur, quam si esset collecta in uno: et cum hoc, ista membra non sunt emunctoria, sicut sunt axillæ et inguina: et quia in principio, non habet tantam malitiam ista materia, et quia operatio membri nobilissimi impeditur.

Ex his igitur elici potest, in squinantia posse competere sit de repercussiva, aliter posset contingere repentina suffoca tio, cum perperacutis.

Ultimo considerandum circa istam materiam mucilaginem psyllij et citoniorum, una cum aliis, licet sint frigida et viscosa, posse maturare et rumpere quia faciunt alia adhærere: sicuti et caricæ et fermentum maturant et rumpunt. Si autem apostema fuerit in exterioribus, calx viva cum sapone judaico rumpit, et si sapo mollis inveniatur albus, tanto melius, sed possumus accipere saponem durum, album, ultramarinum, et miscere cum oleo laurino, eritque molle et album.

(*Cap. I, part. IV.*)

De passionibus uvulæ.

II

Uvula habet quinque juvamenta. Primum, quod præservat a fumo et pulvere, quod non eant ad pulmonem.

Secundo, alteratur ibi aër calidus et frigidus antequam proveniat ad pulmonem et cor.

Tertio, valet ad informationem vocis, et ideo stat supra foramine anhelitus, sicut digitus fistulatoris.

Quarto, quando homo loquitur, stat supra meri (pharyngem), ne aër ingrediatur ad stomachum: et quando homo comedit, stat supra viam anhelitus, ne cibus et potus eant ad pectus; et ideo non est bonum comedere et loqui simul.

Quinto præcavet, ne materia rheumatica descendat subito ad

pectus et stomachum, quoniam ibi remanet aliquo modo, ac sentitur, et tunc expellitur cum screatu. ideo qui amisit uvulam, amisit ista quinque juvamenta, et pro tanto non potest pati, nec calorem, nec frigus, nec sitim, imo læditur facile a quacunque causa, et ideo ut plurimum phthisicus moritur. Caveant igitur sibi, qui sani faciunt sibi incidi uvulam, *ut melius cantent*, quoniam sine dubio cum instrumentis vocalibus postea nunquam facient operationem pulchram. Vigilate igitur. Uvula aliquando relaxatur, et cadit inferius ac impedit viam cibi et anhelitus; aliquando et jam apostematur, ad quod valde modica materia sufficit, et sicut apostematur uvula, ita et *duo amygdala*, quæ sunt in radice linguæ.

Causæ. — Causæ sunt nec plus, nec minus, quam sicut dictum est capitulo de squinantia.

Signa. — Ista etiam sunt eadem cum prædictis signis.

Prognostica. — Hippocrates docet prognosticare uvulam tumidam et rubentem, periculosum est incidere, etc...

Timor enim est quintuplex, primo, quoniam timendus est nimius fluxus, qui non possit restringi.

Secundo, quoniam si non fuerit maturum, ex incisione accidit magnus dolor, ideo affluunt humores et magnificatur apostema.

Tertio, quoniam si amittatur pars substantiæ uvulæ, amittuntur quinque; ejus juvamenta, quæ naturaliter habet.

Quarto, quia si materia eat ad pulmonem, timenda est phtysis, aut peripneumonia, et ita de aliis.

Quinto, quoniam si eat ad stomachum, timendum est, quod causet ibi nocumentum; vigilate igitur.

Curatio. — Curatio fere est eadem quæ in squinantia. In primis igitur fiant clysteria, phlebotomiæ, ventosæ, purgationes et similia, quæ dicta sunt superius juxta convenientiam particularium. Corpore autem mundificato, repercutiatur materia cum diamoron et aqua calida, aut decoquantur in aqua gallæ, sumach, psidia, addatur modicum aceti et fiat gargarisma. Et si causa est frigida, addamus alumen assum, sal assum, masticem, thus, et mel. Si propter styptica, aut hujusmodi alia apostemata fuerint nimis indurata, mollificetur sic : ℞ Psyllii, dragaganti, gummi arabi, fœnugræci, semina lini, malva, hordei;

conquassentur omnia præter psyllium, et fiat mucilago in aqua calida, et exprimatur. Isto possumus uti multis modis sive intus, sive extra. Primo, quod illiniantur partes induratæ frequenter cum pluma, aut istæ mucilagines bulliant in aqua calida et fiat gargarisma; decissetur et fiat pulvis, qui insuffletur usque ad locum. Postea dissolvamus sic : coquantur hyssopus et radix lilii in oxymel. Scilliticum et fiat gargarisma. Et cum hoc bulliant succus agrimoniæ et centaureæ in oleo laurino, in quo intingatur lana succida et involvatur collum.

Si fuerit casus uvulæ cum febre, gargarizet diamoron cum aqua calida, aut bulliant rosæ, myrtilli, sumach, gallæ, in aqua cum aceto, et fiat gargarisma. Si est sine febre calore, addamus sal assum, alumen assum, sal ammoniacum, galliam muscatam, et fiat gargarisma. In pueris autem fiat ex istis illinitio cum pluma, et involvatur collum lana succida cum oleo de chamomilla; fricetur caput et claudantur commissuræ partis anterioris, cum thure et pice, ac præservetur omnino a rheumate, et administrentur exiccativa siccut sunt vigilæ et minorationes cibi, potus et similia, licet non possit transglutire. Desiccetur igitur humiditas superflua illius uvulæ quantum erit possibile.

Ad incisionem uvulæ veniamus; quando igitur uvula gracilis est versus radicem, scilicet in palato superiori et grosso inferius nec rubea, sed vergit ad quandam albedinem ac livorem mortificatum, videnturque signa maturitatis, et corpis est mundificatum, et tanta grossities, quod timeatur suffocatio, tunc si aliqua hora incidenda est, comprimatur lingua, et uvula cum forcipibus incidatur, scilicet quantum augmentata est præter naturam, quoniam si abscinderetur in parva quantitate, non haberet ivvamentum; et si in nimia, magnum nocumentum, mediocritas igitur observetur. Vel potest hoc fieri cum tenaculis, illis cum quibus abscinduntur dentes.

Secundo modo potest abcindi hoc modo. ℞ Assa fœtidæ, arsenici, vitrioli, salis armoniaci, atramenti, aluminis, fiant pilulæ cum aceto scil. et ingenientur cum aliquo instrumento quod possint applicari uvulæ per unam horam, et cum incipit denigrari, iam sufficit, quod inter tres dies cadet.

Tertio, modus operandi est, ut restaurator percutiat uvulam

cum phlebotomo in parte illa, in qua major est maturatio, et statim sanies et sanguis exibunt.

Quarto, acus de ferro ponatur in ignem, donec candeat, deinde eodem cauterizetur locus, sed acus transeat per calamum de ferro, ne partes vicinæ lædantur, et sit ita figurata, ut possit operatio completi. Ubi patiens debet tenere os apertum, ut sanguis et sanies possint effluere, quæ si fluerunt ad pectus, mundificetur illud cum tussi, et si ad stomachum, cum vomitu aut secessu. Post hoc autem, gargarizetur ista decoctione ℞. reos, hyssopi, liquir, capil, vel, re hordei, decoquantur in hydromele, hujus decoctionis accipe duas partes et tertiam oxymel, diureti, et fiat gargarisma, utatur frequenter.

Si autem velimus abscindere apostema, quod est in amygdalis existentibus in radice linguæ, tunc elevetur cum uncino, cavendo, ne auferatur tota pellicula, quia amitteretur humiditas salivalis.

Uvula magis declinat ad viam anhelitus, quam ad viam cibi. Cujus ratio est, ut præservet magis a nocumentis ; quoniam membra pectoris non habent aliud foramen, per quod possit mundificari trachea. Sed stomachus potest mundificari per superiora, et per inferiora. Conservanda est igitur uvula, ne abscindatur, quia qui eam amisit, pulchrum jocale amisit.

Secundo via anhelitus, silicet trachea arteria declinat magis versus partem anteriorem et viam cibi ; sed meri declinat magis versus partem posteriorem : cujus duplex est ratio ; quoniam pectus declinat magis anterius et stomachus posterius, quare oportuit meatum cujuslibet declinare versus partes suas.

Secunda ratio est, quoniam anhelitus est magis necessarius, quam cibus, et ideo oportuit viam ejus esse rectiorem, quare est anterius ; via autem cibi est magis tortuosa, et quia non est ita necessaria, ideo fuit posterius collocata.

Tertio via cibi est magis dilatabilis, quam via anhilitus, quia subtiliora sunt illa, quæ transeunt per tracheam, et propterea fuit cartilaginosa. Illa autem, quæ transeunt per meri, sunt grossiora, et etiam aliquando transglutitur magnus bolus, quare illa via fuit multum dilatabilis aliter sequeretur suffocatio.

Quarto ea, quæ ascendunt a stomacho, magis nocent suis

viis, silicet meri, quam illa, quæ ascendunt a pectore nocent suis viis, id est, tracheæ. Cujus ratio est duplex, quoniam ea, quæ ascendunt a stomacho, sunt magis indigesta et acuta, et cum hoc meri est magis passibile. Illa autem, quæ ascendunt a pectore, sunt subtiliora magisque digesta, et trachea non est ita passibilis, cum sit dura annulosa, cartilaginosa.

Quinto trachea dilatatur et magnificatur naturaliter circa tempus pubescendi, quare immutatur vox naturaliter, etiamsi homo nondum cojerit; sed si coëat, manifestius immutatur, cum coïtus violenter faciat ad augmentum, quoniam vox immutatur naturaliter secundum latitudinem, aut stricturam cannæ, secundum caliditatem et frigiditatem, et secundum virtutem fortem et debilem.

Ultimo si radix uvulæ esset grossa caputque acutum, non esset ita timenda suffocatio, quia viæ non ita clauderentur, et ideo non oportet eam incidere, sed quando, radix videtur gracilis per comparationem ad suum caput, tunc cadit, oppilat et impedit vias, igitur propter timorem suspectionis est incidenda aliter non : et quocunque modo fiat, semper est magnum periculum.

VALESCUS

(*Philonii pharmaceutici liber tertius de vittis membrorum spiritalium nimirum de gutturis, faucium, pulmonis, cordis, et thoracis vicinarumque mamillarum aflectibus.*)

II

De Angina.

Angina est tumor faucium, vel gutturis, vel partium vicinarum. Cujus a Galeno quatuor ponuntur species : lib. 4 de locis affectis. *Prima* est, ubi fauces inflammantur.

Secunda, cum neque fauces neque reliquæ oris partes, neque partium externarum aliqua inflammari videtur, æger tamen suffocationis periculum in gutture sentit. *Tertia*, ubi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. *Quarta*, ubi gutturis partes, tum internæ, tum externæ, simul afficiuntur.

Causæ. — *Causæ externæ* sunt calor externus, dissolvendo, vel frigus externum, comprimendo, faciens fluere humores in fauces et partes vicinas : flatus aquilonius statim post austrinum, potio medicamentorum fortium, vel hellebora et usus ciborum sua proprietate anginam caussantiam,quales sunt fungi. *Causa antecedens* est humorum copia, in toto corpore, vel capite redundantium, vapor sursum elevatus, destillatio ut plurimum, vel morbi præcedentes, acutæ febres, phrenitis, vel columellæ inflammatio : tales enim morbi in anginam quandoque degenerant lethalem. Angina potest fieri a bile rubra, sanguine, et pituita crassa, tenui, vel salsa : non autem a melancholia teste Avicenne propter suam crassitiem et terrestrietatem, ob quam non potest subito eliquari, et ab uno membro ad aliud effundi : vel raro, quando scilicet aliis miscetur humoribus subtilibus.

Indicia. — Signa sunt, spirandi difficultas, deglutiendique, linguæ inflatio, rejectio potus aliquando per nares. In principio pulsus est frequens et inæqualis : in statu vero rarus, et parvus.

Si difficultas respirandi sit, cum deglutiendi facilitate, morbus magis declinat ad tracheam arteriam : et e contra Hyeme angina potius fit a pituita, autumno vero a bile flava. Aliquando transmittitur anginæ materia ad alia membra : nam pulsus durus et inæqualis, arguit materiam ad pulmones fluere : undosus autem et magnus cum tussi, verti in peripneumoniam, et convulsivus in convulsionem. Tremor cordis cum imbecilla virtute, prænunciant materiam ad ipsum confluere: quæ si fluat in ventriculum, inducet vomitum, et dolorem in eo. Signa peccantis sanguinis sunt pulsus plenus, et undosus, rubor in facie, oculis, et lingua, sapor dulcis in ore, dolor magnus, et extensivus, cum anhelitus constrictione. Signa bilis sunt calor intensus, sputum paucum sitis, inflammatio cum siccitate, sapor amarus, intensus et inordinatus dolor, citrinitas linguæ, biliosum ægri temperamentum, tempus autumnale, vel æstivum, et minor constrictio anhelitus, quam cum fit a sanguine. Multa humiditas in ore et visciditas, albedo in facie, et lingua, parva inflammatio, dolor remissus, et pauca sitis, pituitam arguunt : minus etiam impeditur deglutitio, ob mollitiem phlegmatis, sapor autem salsus et corruptus, et morbus diuturnus, viscidam innuunt pituitam. Sapor acidus, loci durities, color cinereus, et lentior morbi accessus, quam in aliis speciebus, humorem produnt melancholicum.

Prognostica. — 1° Quicunque ab angina liberantur, si ad pulmonem vertitur, in septem diebus pereunt; si vero hos effugerint, suppurantur (aph. 10, sect. 5).

2° Ab angina habito si rubor vel tumor fiat in collo vel pectore, bonum : extra enim vertitur morbus (aph. 37, sect. 6 et aph. 49, sect. 7).

3° Angina pendens a pituita, securior et cæteris, et citius faciliusque curatur: teste Avic. in capite proprio.

4° Quo morbi symptomata, ut febris, et respirandi deglutiendique difficultas, remissiora fuerint ; eo minus periclitabitur æger.

5° Tutior est angina cum facili respiratione, et difficili deglutitione, quam contra quoniam diutius vivitur sine cibo, quam sine respiratione.

6° Spuma præ nimia spirandi necessitate apparens in ore, est mortalis.

7° Angina periculosissima est, celeriterque enecat, si neque in faucibus, neque in cervice quicquam apparet et tamen dolor est vehemens, ac vix spiritus trahitur (com. 13, lib. 3, præsagium Hippocratis).

8° Viror in facie, vel nigredo, cum oculorum diminutione, frigiditas extremitatum, difficultas màxima respirandi, simulque vehementia febris, diminutio pulsus, linguæ extra os emissio et vox catulina, mortem prænunciant.

9° Pulsus mollis, ordinatus, æqualis, cum respiratione commoda, securam remissionem affectus indicat (com. aph. 10, sect. 5).

Curatio. — Ad curationem generalia quædam prælibanda; ea vero etiam collumellæ, et tonsillarum affectibus conveniunt.

1° Materia faciens inflammationem in faucibus, statim est evacuanda, non expectata concoctiones : medicari enim oportet eadem die, quando materia turget, suasu : Hip. aph. 10, sect. 4.

2° In morbis valde acutis, qualis est angina, materia revellenda est ad partes remotiores, sanguinis missione, cucurb. et clysteribus.

3° Sanguinis non est universim sed paullatim educendus, quoniam æger difficiliter deglutit, unde necessario vires dejiciuntur.

4° Missionem sanguinis sequatur lenitio ventris ex cassia, tamarindis, manna, jujubis, prunis, et sebesten, si possint deglutire : sin minus, indantur idonei clysteres.

5° Fiant in principio gargarismi materiam a loco repellentes, et humoris fluxum cohibentes. Avicennas tamen in materia frigida vult addi, quæ parum abstergunt et incidunt. In medio vero et fine applicentur resolventia, et maturantia, tam intus, quam extra.

6° In parte exteriori nunquam applicentur repellentia.

7° Cibus et potus interscindatur omnino, modo vires ferant, donec allevetur æger : interea enim mali absumuntur humores.

8° Gargarismi mere resolventes non conveniunt in tumoribus palati, linguæ gutturis, et colli, nisi præcesserit sanguinis missio, vel potio solutiva, vel clyster : quoniam major materiæ copia ad locum affectum traheretur.

9° In principio harum inflammationum, si dolor sit intensus,

misceantur anodyna stypicis, ne, præ nimio dolore, humorum fluxus augeatur.

Curatio. — Curatio particularis est absolvenda, secundum causarum exigentiam. Nam causæ primitivæ contrarii, sunt removendæ : habendo semper rationem causæ internæ.

Si ergo fiat propter sumptionem maligni aut fortis medicamenti, ut hellebori : trahatur deorsum materia clysteribus acribus, ut ex colocynth. ne copiosa materia commota et ad gulam fluens suffocationem inducat. Deinde detur theriaca vel mithridatium. Post fiat gargarismus ex aqua plantaginis, et similib.

Si fiat a causa antecedente calida, mittatur sanguis de cephalica pro viribus et ægris temperamento : non tamen universim, sed paullatim, bis vel ter reiterando, ut vires melius ferant et major fiat materiæ revulsio. Postea venæ sub lingua aperiantur. Deinde fiat gargarismus ex his, quæ repellunt, et roborant : qualia sunt dianucum, diamorum, oxymel, simplex (valens cum rosacea et aceto in principio, sive causa sit calida, sive frigida) succus solani, plantaginis, maligran. muzi triti cum sua carnositate, corticum jugland, coriand. virgæ pastoris, caton. sorborum, succus vel rob pomorum acetosorum, rosacea cum sumach, aqua frigida, cum aceto. Syrup. acetosus paratus cum saccharo (quoniam cum melle non convenit in principio causæ calidæ, sed frigidæ solum) decoctum malicorii et balaust. cum aqua aceto medicamen. quod ℞ malicorii vel foliorum myrti, hypocist. ana ℥ ß aquæ ℔ aceti quarta, j. fiat decoctio in aqua et aceto. Vel : ℞ calicum gland, pediculorum rosar. sumach, balaust. psidiæ sing ʒ ij caphuræ ℈ j. fiat decoctio, loco prædictæ : posset etiam ex iisdem fieri pulvis et in guttur insufflari. Vel : seminis rosa. Portula. Amyli. Spodici. Sumach. Gummi tragac. sing. ℥ ij. balaust. iij. sach. ℥ j caphuræ, ℥ j fiant pilulæ sub lingua tenendæ.

Post primum diem, nimium in augmento, suasu Avicennæ, miscenda sunt prædictis aliqua resolventia : fiat igitur gargarismus ex vino, cui prius miscueris pulverem gallarum et salem ammoniacum : vel ex decocto coriandri rec. vel lentium : ex diamoro cum myrrha, et croco : (nam myrrha, teste Avicen. facit alia penetrare, roborat, et maturat) atque ex ol. vio et aqua

quia lenit, et maturat. Idem posset fieri ex ol. communi aqua vel succi solani depurati ℔ j. rosa. rub. glycyrrh. rasæ, lentium cum cortice sing. ℥ j. vini rubelli ℔ ß fiat. Resolvet, roborabit, maturabit, et leniet dolorem. Idem posset fieri ex sapa, myrrha, vel ex ptisana, lacte caprino, et sacch. vel ex decocto solani, lacte asinæ, vel capræ saccharo, croco, cassia. Resolventia porro citius competunt in causa frigida quam calida : et in augmento, atque statu, non autem in principio.

Inter cætera missio sanguinis de venis, quæ sub lingua sunt, non est prætermittenda eodem die : nec fortes partium extremarum lingaturæ, acresque clysteres. Præsertim si deglutire nequeant, ad trahendum deorsim materiam : nec cucurbitulæ, quæ collo sunt applicandæ. Et si in muliere supprimantur menses, mittatur abunde sanguis de saphena. Hæmorrhoides autem consvetæ aperiantur phlebotomo, vel aliter si non fluant. Alvus etiam emolliatur haustu sequenti : ℞ passul. mund. florum borag. et buglo. ana ℥ ß prima num. X. ficus num. v. fiat decoctio, in qua dissolves cassiæ vel tamarind, vel mannæ ℥ j. plus, minus, fiat potia, si possit transglutire.

Si adsit destillatio, sistatur ab initio milio et sale, torrefactis : et potione syrupi de papæ. modo materia si calida.

Externa. — Applicentur extrorsum attrahentia, ut lana succida, oleo chamæ. vel communi imbuta.

Valet etiam pannus lineus, imbutus oleo amygdal. dulc. in quo ad fervorem aquæ bullierit spolium serpentis, ut vult Arnaldus ad Papam Clementem : pulvis hirundinum, et eorum pullorum torrefactorum gargarismis additus, insufflatus, et cum melle illitus, ad eadem confert similiter, stercus canis rodentis ossa, stercus hirundinum, stercus puerorum torrefactum, stercus luporum, et nidus hirundinum modo prædicto adhibita. Possent etiam misceri vino, vel aquæ rosa. pro garga. Filum quo vipera fuerit strangulata, collo alligatum, ad eadem prodest.

Vigor anginæ quæ requirat. — In statu autem et prope statum, utendum est lenientibus, et anodinis tantum, ut gargarismis ex lacte caprinino, vel asino cum cassia, vel tamarindis : decocto caricarum, fœnugræci, passulariæ et glycirrhyzæ, vel vino in quo dissolveris bdellium et succum glycirrhyzæ, vet succo brassicæ cum melle. Vel caricas decem, dactylos quatuor, passulas

XX, fœnugræci ℥ ij, lentium ij glycyrrh ℥ j. succi glycyrrh ℥ ß mellis lib j. Fiat decoctio pro gargarismate, ad maturandum, et aperiendum : Et si addideris ʒ j pulveris stercoris anseris torrefacti, erit magis aperitivum. Vel : bauracis, myrrhæ anna ℥ ß mellis ℔ ß, lactis caprini ℥ j ß, fiat decoctio pro gargarism, ad leniendum dolorem, maturandum et aperiendum. Vel : calaminthæ, zingiberis, radicum iris, acori, singula ℥ ij. Fiat decoctio in aqua et melle, pro gargar. loco prædictorum. Et si abcessus non rumpatur, colluatur os gargarismate, quod bauracis, myrrhæ, nitri, assæ fetidæ, piperis castorœi, stercoris hirundinum et anseris singula ʒ j pulverata dissolvuntur in aqua et melle, et fiat gargarismus. Vel : pyrethri, harmel seu rutæ silvestris, seminis raphani, sinapi, salis ammoniaci singula ij fiat pulvis, cujus una pars in os insuffletur, altera vero dissolvatur in oxymellite scillitico, vel composito, pro gargarismo. Ad eadem : assæ fetidæ ʒ ij rad. iris ℥ j cum succo brassicæ fiant pilulæ sub lingua tenendæ.

Cucurbita magna retro admota collo dilatat œsophagum, valetque ad anhelitus et deglutitionis difficultatem. Vel : seminis cicutæ (rutam sylvestrem substitue), seminis raphani, salis ammoniaci, assæ fetidæ, bauracis, myrrhæ, singulæ partes fiat pulvis valens, teste Rhaze, insufflatus ad constrictionem anhelitus.

Aperto abcessu colluatur os hydromellite, vel vino et melle, in quibus bulluerit salvia, vel iris.

Si materia sit pituitosa, et corpus plethoricum, mittatur sanguis omnibus consentientibus : Indantur clysteres acres, qualis est qui ℞ quinque remoll. sing. M. j. rad. iris, acori, utriusque centaurei, rutæ, hyssopi, chamæp. sampsuchi, sing. M. ß furfuris, hordei ana P. ij. Fiat decoctio, in qua dissolve hieræ Hermetis, vel hieræ Logad. vel hieræ pic. vel benedictæ, vel agarici, vel diaturbith, vel esulæ, secundum vires ægri : mellis, et ol. ana ℥ iij salis ammoniaci ℥ iij, fiat clyster. Si possit deglutire, purgetur antecedens materia pilulis cochiis, diaturbith hiera picra, cujus vires intendantur bdellio, vel colocynthide.

Deinde fiant gargarismi ex stypticis calidis addendo aliquid resolventium ut ex syrupo acetoso parato cum melle, vel ex ℔ j. hydromellitis et ℥ j. sinapis pulveris vel ex hydromellite et succo raphani et succo corticum nucum cocto cum melle, myrrha et

croco, addendo aquam fœniculi, vel ex decocto pyrethri, vel radice urticæ, dissolvendo parum stercoris hirundinum. Vel : fœnugræci marat. ana ℥ j. cinamon. ℥ iij, mellis quarta. j. Fiat gargarismus. Vel : hyssopi, majorani, costi amari sing M ß lentium cum cortice ℥ ij. caricas nu. X. Fiat decoctio in qua dissolve pyrethrum, et fiat gargarismà loco prædictorum. Ad eadem valet diamorono cum pyrethro, vel : stercoris canis, triduum nutriti ossibus, myrrhæ, croci, zinziberis, sinapi, gallarum, balaust. sing. ʒ ij. fiat pulvis in os insufflandus, vel gargarismus miscendus. Insuffletur etiam in guttur nitrum, assa fœtida, et sal ammoniacum, pulverata semper exspuendo.

Illinatur exterius oleum chamœmillæ vel commune, et superponatur lana succida. Radix althææ, et caricæ in vino et aqua bulliant, mox fortiter pistentur, et fiat emplastrum, addendo farinam fœnugræci, linique, et butyrum, vel axungiam porci. Valet etiam, ut sæpe expertus sum, ad sedandum dolorem, maturandum, extrahendum, et rumpendum, emplas trum ex furfure, cocto in vino, ad ipsius vini consumptio nem : Addendo mel, axungiam insulsam et oleum chamomillæ. Vel : ♃ dialthææ, fœnugræci, lini, cassiæ extractæ, butyri insulsi sing ℥ ß. caricas num. X. oleum amygdalarum dulcium ℥ j. senecionis coctæ sub cineribus M. ij. Misce omnia simul pro cataplasmate. Vel : ♃ farinæ frumenti, fœnugræci, lini ana ℥ ij, aquæ ℔ j. oleum chamomillæ quatuor j. uncoquantur pro emplastro. Idem posset fieri ex stercore anseris et sanguine porci, partibus æquis.

Ruptio abcessus. — Ante perfectam maturationem rumpatur phlebotomo, aut aliter, ore aperto, et compressa lingua, in parte interiore, *aliquando tamen rumpitur exterius.*

Galenus in magno antidotario sequens proponit : ♃ croci ʒ v, stercoris hirundinum ʒ vj, myrrhæ ʒ ij. spicæ nardi ʒ j, mellis despumati, quantum sufficit. Misceatur una pars diamoro, et hydromellitis pro gargarismate : altera vero teneatur in ore paullatim deglutiendo ; valet enim ad omnem gutturis phlegmonem. Idem posset fieri pulvere hirundinum crematarum, croco, myrrha, et specia celtica.

Ad eadem valet : quod Rhazes proponit, libro de secretis medicorum ♃. cassiæ extractæ, rob. prunorum ana ℥ j, aluminis jameni

ʒ iij. addatur succus citri, pro gargarismo. Prodest quoque *masticatio* omnium specierum mororum, vel extremitatum mori, vel gargarismi ex succo mororum.

Sectio aspera arteria. — In desperata salute Avicennes præcipit, tracheam arteriam dividi inter duos annulos, ut per illum locum æger possit respirare; deinde ubi suffocationis aberit periculum, suatur, et consolidetur, sicut alia vulnera. Aliquando etiam fistula aurea vel argentea immittitur in asperam arteriam, ut per hanc fiat respiratio.

Diata. — Tribus primis diebus, adsit diæta tenuissima, potando solum in siti intolerabili aquam hordei, vel hydromeli: hæc enim diæta consumit per accidens morbi materiam. Nam teste Galeno, super secundum aphorisma 4 sectionis Hippocratis: inedia est de genere evacuantium. Post tertium diem redeundum est paullatim ad victum pleniorem, ut ad hordeatum, avenatum, colaturam furfuris, jura pullorum, et vitellos ovorum.

(*Caput II.*)

B. ÉCOLE ITALIENNE

BRUNUS

Squinantia.

Præterea fit in gutture et multoties quoddam apostema pessimum, quod dicitur squinantia, quæ est quasi suffocatio ægrotantis in brevi tempore, quoniam stringit flatum : ut neque cibum, neque potum assumere possit; aut si assumat, est modicum valde. Et præcipue quando est species mala; quæ fit præcipue inter tracheam arteriam, et œsaphagum in loco, qui dicitur isthmos, vel epiglottis. Nam hujus apostematis tres sunt species : quarum una dicitur quinantia, cujus materia intro ex toto latens est, et tunc est mortalis; alia dicitur synantia, cujus materia ex toto diffunditur, et tunc non interficit; alia dicitur squinantia nomine utriusque partis, et materiam foras emittit, ac partim interius retinet. Tunc distingue quia si secundum plurimum interius fuerit, plurimi moriuntur. Et si secundum plurimum exterius fuerit, plurimi liberantur. Fit autem hoc apostema, aut ex sanguine, aut ex cholera, aut ex phlegmate, et nunquam ex melancholia. Et signum *sanguinis* est rubedo faciei, et venarum, et corporis magnitudo, et usus ciborum sanguinem generantium, *choleræ* signum est sitis calor, et color fortis. Ex phlegmate vero signum est paucitas rubedinis faciei, alivæ multitudo. Et curatio illius quod et ex sanguine, vel cholera est ut in principio, si virtus patientis aut aliud non prohibet, fiat minutio cephalicæ, vel venæ quæ est sub lingua : Deinde gargarizet patiens cum aceto et aqua, aut sapore de moris, id est vino de moris, vel succo solatri, et arnoglossæ : aut aqua decoctionis sumach et rosarum balaustium. Extra autem non apponatur aliquod repercussivum omnino. Imo emplastretur locus cum medicinis solutivis et lenitivis, ut materia

trahatur ad exteriora: Et confert emplastrum cæpæ cocti sub cinere cum modico mellis triti et similiter injunctio dialthææ, vel olei muscel. et chamomil. cum butyro. Et ventosa quidem posita in cervice adjuvat ad dilatationem gutturis. Si autem apostema in gutture apparebit, incide ipsum; vel rumpe ipsum omni ingenio quo potes, ut si in eo sanies est collecta, foras egrediatur. Curatio vero illius quod est ex phlegmate, est ut patiens in principio gargarizet cum oxymellite, vel cum aqua decoctionis ficuum siccarum. Et cataplasmetur etiam locus cum medicinis attrahentibus et resolutivis, sicut monstravimus superius.

(*Rubrica VII, liber II. Chirurgica magna.*)

De elongatione uvulæ et tumefactione.

Quandoque uvula elongatur, et tumescit, et fit cum vehementi rubedine et caliditate, tunc cephalica phlebotometur : deinde fiat gargarismus cum aceto et aqua ros. aut decoquantur balaustiæ, gallæ, ros et cortices mali granati cum aceto : et fiat gargarismus Q. Si non apparet in ea rubedo, immo declinat ad albedinem, tunc fiat gargarismus ex alumine et sinap. cum aceto, vel syrupo acetoso ; aut fiat gargarismus ex sale armenico. Si hoc medicamen non valet, tunc necesse est quoque uvula incidatur. Verum tamen post considerandum est ne uvula sit sanguinea, aut rotunda, aut fusci coloris, vel nigri coloris, et pauci sensus, quoniam tunc fugiendum est ab incisione, sicut consulit optimus Hippocrates, et non incidenda est uvula, nisi quando est alba, longa, et subtilis ; et modus incidendi est, ut facias ægrum in loco lucido sedere ; et a discipulis lingua inferius deprimatur cum aliquo instrumento : deinde projice uncinum in uvulam : et extende ipsam ad exteriora : ac cum instrumento congruo incidatur. Sed cavendum est ne incidas ex ea, id quod ultra additum est supra terminum naturalem, ne accidat ex hoc læsio vocis vel sermonis assidua; deinde fiat gargarismus constrictivus cum aceto et aqua ros. aut cum aqua decoctionis ros. corticum gra. foliorum myrti, et similium stypticorum.

(*Rubrica V.*)

De branchis sive amygdalis quæ in gutture nascuntur, aliis passionibus gutturis.

Nascuntur multoties in gutture apostemata quædam quæ branchi vel amygdalæ nuncupantur. Quorum signum est anhelitus et spiritus attractio, et difficilis excreatio, et aperto ore lingua depressa inferius visui non occultantur amygdalæ.

Et prima curatio ejus est gargarizatio stypticorum, sicut dictum est in casu uvulæ: quod si non confert, redeundum est ad chirurgiam. Oportet autem te diligenter inspicere, quoque si fuerit in ea hic offuscatio coloris, durities, et paucitas sensus: tunc non præsumas in earum curatione cum ferro : quoniam ex melancholia sunt: et sunt ex natura cancri. Et similiter quando est rub. coloris, et grossæ radicis, non præsumas tangere ipsas cum ferro, propter sanguinis fluxum : immo dimitte eas, si non fiet in eis perforatio per se: et fiat gargarizatio mellis, ut sanies abstergatur. Amygdalæ igitur quibus chirurgia convenit, sunt rotunde, et albi coloris, et subtilis radicis. Species operationis est, ut patiens in loco lucido constituatur; ejus ore aperto discipulus deprimat linguam inferius, cum instrumento ; tunc si vides amygdalas, projice uncinum, et extrahe secundum quoque melius potes ad exteriora, deinde incide eam cum instrumento congruo unam raciditus post aliam. Cave tamen ne tunicæ quæ sunt in eis propinquæ, alio modo lædantur; deinde gargarizet patiens cum aqua frigida vel aceto. Quæ si sanguinis fluxus supervenerit, gargarizet cum aqua decoctionis cortic. granatorum, aut foliorum myrti, et similium stypticorum, donec sanguis abscindatur ; deinde curetur vulnus, donec sanetur. Illud autem quod securat a reditione ipsarum amygdalarum post earum incisionem, est ut locus *cauterizetur*; solent namque *multoties redire*. Et fit etiam in gutture quædam alia passio, quæ folium nominatur : eo quoque foliis assimilatur latis; et cura ejus est ut incidatur, sicut diximus de amygdalis.

(*Rubrica VI.*)

ROLANDO

De apostematibus cujuscunque generis in gula et partibus ejus nascentibus.

Sicut autem humores diversi sunt in humano corpore, ita quidem et collectiones quæ ex eorum superfluitatibus consurgunt, diversis nominibus nuncupantur; generali autem nomine apostemata vocantur : quorum quatuor sunt species ; aliud est de sanguine et dicitur phlegmon ; aliud est de cholera, vero alia naturalis, et alia, innaturalis. Naturalis cholera rubea : innaturalis melancholia. Apostema igitur quod fit ex cholera rubea, dicitur *herpes æsthiomenus*. Quod autem fit de melancholia, dicitur cancer. Aliud fit de phlegmate, et dicitur zinnia. Undecunque fiat, per propria signa cognoscitur. Si autem fuerit apostema de sanguine, rubor, pulsus, dolor, calor et tumor inerit. Ex phlegmate, signa sunt hæc : albedo, mollities, ut si digito compresseris, quasi signum foraminis facies. Ex cholera vero rubea talia signa procedunt : calor, rubor mistus citrono colori. Ex cholera nigra cum melancholia innaturali signa hæc sunt : ingens durities cum quadam nigredine.

Nunc autem ad curas eorum veniamus : fiat ergo cataplasma hujusmodi. Accipe rutam, cyminum, lardonem (?), farinam tritici, et cepas : quæ omnia coquantur in vino albo et oleo, et diu agitentur : deinde superponatur quousque ad saniem venerit maturato vero apostemate, inferius ubi locus magis dependet, caute cum sagittella incidatur per longum : et si fieri potest, digitus intromittatur ; et tota sanies diligenter exprimatur ; qua diligenter emissa stuellus de panno intromittatur : et bis in die mutetur, et curetur deinceps ut cetera vulnera.

Si autem anthrax vel carbunculus fuerit, sic subvenimus cum frigidis circa loca patientia, ut oleo rosaceo, succo solathri, aceto, et succo capriolorum vitis, memitæ, vermicularis, et similibus calorem reprimentibus inungimus. Fit enim anthrax vel carbunculus de ferventissimo sanguine, Supra locum vero po-

natur scabiosa contrita cum axungia. probatum est. Consolida major inter duos lapides contrita divino quodam miraculo anthracem liberat, vel interficit: et ex toto concavat, et superligata intra unius diei spatium, ita curat, ut postea non egeat nisi cura vulnerum. Et est sciendum quoque secundum physicam differentia est inter anthracem et carbunculum; secundum chirurgiam nulla: quia carbunculus dicitur ante apostematis confirmationem, post confirmationem dicitur anthrax: ad cujus curationem, præter Rogerii auctoritates doctrina precipue est phlebotomia per metathesim: et apium risus appositum peroptimum est. Nota quoque omni apostemate ante sui confirmationem superponenda sunt frigida et calida: preter quam in anthrax et squinantia hæc etiam vitamus apponere apocrustica in locis ortis a nobilibus membris vel prope nobilia propter refluxum. Sed debemus statim purgare materiam, quia quatuor sunt casus in quibus debemus materiam indigestam purgare: scilicet multitudo materiei, furiositas ejusdem, nobilis membri possessio, nobilis operationis læsio. In anthrace vero et aliis apostematibus periculosis frigida sunt apponenda circa loca, et maturantia desuper. Item nota quoque anthrax vel carbunculus non debet curari cum repercussivis, hoc dico si cutis apta fuerit; sed cum folis calidis, et extrahas furiosam. Calida hominis egestio multum prodest ad anthracem interficiendum; sive testa nucum super caput apostematis posita. Item succus fetidæ datus in potu liberat multos. Item emplastrum contra anthracem et carbunculum: Accipe pulverem salis, fici, pinguium passularum, ana. omnia simul terantur, et superponantur; post appositionem hujus emplastri in prima vel in secunda aut in tertia die solet locus apparere totus niger. Et in medio quasi foramen: et cum per se crepuerit, appone pultes de farina tritici, et succo apii. et melle usque ad mundificationem: et cum locum a carne mundatum videris, pulverem mastichis et olibani apponere consuevimus.

Si fuerit apostema de cholera nimium calida et spissa in aliqua parte consederit, eam ulcerat: altera vulnera facit: cui sic subvenimus, ut in anthracis cura prænotandum est.

Si fuerit apostema de phlegmate, facimus cataplasma, quod Re: malvavisci viij. unc. et decoquantur in xviij. unc. adipis

porcini, olei veteris sextariis duobus sublatis radicibus, et coato oleo adantur spumæ argenti subtilissime tritæ, unc. viiij. et sine intermissione agitando lento igne coquantur : et admodum emplastri ponatur. Vel fiat cataplasma quod facere consuevimus ad omne apostema : quod saniem facere debet : fiat autem sic : Accipe malvam brancham ursinam, radices malvavisci primo coctas in aqua : et postea pista cum axungia : deinde adde butyrum, fermentum, lac mulieris, tamarices, id est limacas, et pultes quas superius diximus ad saniem provocandam, in vulnere mittimus. Et cum opus fuerit loco superimpone hoc. Accipe radices lilii, et coque in aqua : et cum axungia pista, ad ignem molla iterum calefacias : postea adde cepæ assatum, memitæ folia caulium cocta et pistata cum axungia, et farinam se : lini in vino coctam : et quæque talia per quibus materia possit maturari, et ad saniem duci. Ista omnia simul pista et incorpora : et superponatur donec apostema perducatur ad maturitatem. Cum autem maturatum fuerit : ubi locus magis dependet, aperiatur : et cæterea persequamur quæ dicta sunt in apostematis cura : quod fit de sanguine. Potest etiam fieri hoc emplastrum : quod est antea supradictum : et multum valet. Valet enim ad omne durum apostema : et ad carnes duras mortificandas : et ad materiam exterius extrahendam : et dolorem mitigat. Re : ficus siccas saginam porci, mel, ana. et radices althææ bene coctas, ab interiori stipite mundatas comisceantur : et fiat emplastrum.

Cancer aliquando vitio exteriorum, aliquando vitio interiorum consurgit in corpore : vitio interiorum fit ex humoribus putrefactis ; vitio exteriorum, ut in vulnere non bene curato. Omne enim vulnus postquam quatuor vel v dies præterierit, incuratum iam non vulnus sed cancer, sine fistula nuncupatur. Hujusmodi vero cancer aliquando habet esse ex multo tempore, aliquando ex brevi. Item alius est in nervosis locis et intricatis et plenis arteriis : alius in carnosis : unde aliter curandus est, qui in nervosis est intricatus, et plenus arteriis : et aliter qui est in carnosis. Nam qui in nervosis locis est, et intricatis et plenis arteriis, insicione vel incensione curandus non est secundum illud dictum Hipp. Quibuscunque cancri absconditi fiunt, non curare melius est. Curati enim cito pereunt : non curati multum

tempus perficiunt : quia igitur circa collum cervicem et guttur sunt nervi et arteriæ plurimæ et venarum abundantia, ab incisione et incendio est desistendum : prout tamen possumus subvenire. Si ergo fit cancer et non ex multo tempore, circa loca prædicta tale unguentum facimus. Accipe radic. linguæ bovinœ unc. iiij. radic. bardanæ unc. v. radic. chelidoniæ unc. i. cinnami, unc. zinzii. unc ij argenti vivi, unc. ij. ceræ, unc iiij. resinæ quod sufficit: et axungiæ veteris, unc vi. Confice sic supra dictas, radices herbarum in mortario marmoreo tere : quibus axungiam adde : et eas diligenter incorpora. de illis autem pulverem facias : et cum prædictis diligenter incorpora argentum vi. in fictili vase ad ignem pone cum resina, et liquefac. cumque liquefactum fuerit : cola, et usui reserva. Quæ si tale unguentum non subvenit : ponatur pulvis ad cancrum occidendum : qui est in nervosis locis : qui sic fit. Accipe elleborum alb. et aristolochiam long. et rotundam : et pulveriza : et cum opus fuerit, superpone.

Si vero tali pulvere extinctus fuerit, ponatur stuppa cum ovo et oleo, postea vero ponatur ibi unguentum viride : et sic usque ad finem cum talibus curabis. Aliud accipiantur cortices nucum, et terantur: et superponatur per totum cancrum, eum mortificantes. Signum mortificationis tale est : quando sanguis emittitur purus et spissus : et caro nova et bona crescit in extremitatibus, et non solummodo in medio : quia si cresceret solummodo in medio et non in extremitatibus : non esset signum mortificationis : unde adhuc oportet insistere cum mortificationibus. De cancro vero qui fit in carnosis locis, suo loco dicemus.

(Cap. II, lib. I.)

De squinantia.

Squinantia est apostema quod in gutture nascitur: cujus tres sunt species. Quarum prima squinantia vocatur : et hæc inter tracheam arteriam, et œsophagum nascitur, in loco qui dicitur isthmos : quæ species est pernecabilis : cujus cura soli Deo servatur. Secunda dicitur sinantia : quæ partem materiei retinet interius, partem vero foras emittit : ut tumorem exterius videre

possis : et hæc minus malitiosa est. Est et tertia species quæ dicitur schinantia : cujus materia tota foras emittit : de cujus malitia maxime timere debemus. Quæcunque vero istarum specierum fuerit : generalia signa sunt hæc : Difficultas inspirandi et respirandi: cibum quoque non potest suscipere: sputum a gutture emittere non possunt. Quibus a principio sic subveniamus.

Si virtus et ætas permiserit, sanguinem de vena cephalica vel de vena quæ est sub lingua extrahimus. Gargarisma de sapa, vel diamoron fieri volumus : vel fiat tale gargarisma. Suma. gallas, balaustias, rosas : lente facias bullire in aqua rosacea vel pluviali : et de hac sibi patiens gargarizet sæpius hoc enim gargarisma humores currentes ad locum dolentem reprimit. In principio, debemus insistere cum repercussivis gargarismatibus ; quia fere semper fit de rheumatico humore pro majori parte ; deinde cum consumptivis et inspissativis humorum. Extrinsecus autem de dialthæa, et similibus ungatur. Vel fiat cataplasma: quod omnino secundam et tertiam speciem curat : quod sic sit. Accipe radices ebuli, porrinas, quæ non sint remotæ neque evulsæ a loco, in quo sunt natæ absinthium, cardum benedictum, senationes ad libitum ; ista bene pistentur, et succus extrahatur. Item accipe farinam hordei et farinam seminis lini, et cum succo supradicto distempera, et incorpora ; ita tamen quoque multum remaneant liquida, postea vero accipe axungiam porcinam, et liquefacias ad ignem in patella : et adde mellis æqualem quantitatem cum axungia : et facias bullire : deinde prædictum succum in farina hordei in eadem patella mitte cum prædictis admisce, et incorpora : et tandiu facias bullire : quousque ad spissitudinem veniant : et in modum alicujus embrochæ tale cataplasma super locum illum ponatur : ter vel quater in die mutetur : et semper calidum removeatur. Cum autem tale apostema intus saniem fecerit, digito vel aliquo instrumento ipsum apostema rumpere, et saniem emittere non est inutile. Sic enim aliquos propria manu curavi.

Emplastrum ad squinantiam. Accipe althæam, et restas alliorum, et coque in aqua : et postea pistentur cum axungia : et desupere ponatur. Vel fiat emplastrum de radicibus lapathii acuti, et restis alliorum et axungia, et desuper ponatur. Contra

squinantiam fiat tale experimentum. Sumantur carnes bovinæ salsæ semicoctæ ad modum castaneæ vel ad modum avellanæ : et insuantur firmiter filo longo serico : ne forte patiens velit nolit carnem illam transglutiat : et medicus extrahat illam subito cum violentia : ut ita possit apostema rumpi.

(*Liber II, cap. VII.*)

GUILLAUME DE SALICET

De apostemate sanioso in collo et gula.

Tale apostema semper fit ex materia, et humore composita, et mista, sicut et ut plurimum omnia apostemata, declinante ad sanguinem, aut ad choleram, in qua est materia post purgationem in fine exitus saniei, manifeste videtur vestigium phlegmati et melancholiæ; et ad hoc sensibile tactu et visu satis apparent. Signa ergo ejus quod declinat ad sanguinem, sunt loci rubedo obscura, et pulsatio fortis, et non cum multa extensione in modum ponderis, et habitudo patientis est carnosa, sanguinea, et usus fit diæta calida, ut vino, carnibus, mellæ et breviter omnibus aliis sanguinen multiplicantibus. Signa vero ejus quod ad choleram declinat, sunt aliqua de dictis, sed hic est acuitas magna apostematis in acumine, cum punctura notabili, et rubedo quædam declinans ad citrinitatem.

Cura. — Ergo ejus quod ad sanguinem declinat, est, ut subito a principio phlebotometur patiens de cephalica, in manu opposita apostemati; aut etiam si sit corpus plenum et robustum, phlebotometur prius de basilica: et deinde de cephalica, et hoc virtute et ætate consentientibus.

Et si prohibet ætas vel aliud, ponantur ventosæ super spathulis, cum scarificatione, aut ponantur sanguisugæ super spathulas scarificatas. Quo facto, super apostemate fiat unctio cum oleo de chamomilla, et liliis albis, et de anetho, pinguedine gallinæ, butyro et hysopo; et antequam fiat hujusmodi unctio, fomentetur locus cum aqua decoctionis althææ, florum chamomillæ, semi, anethi, seminibus lini aut fœnugræci et hordei; imo et cum spongia fiat de hac decoctione embrocha apostemati dicto. Deinde exiccato loco optime cum panno calido, fiat tunc talis unctio cum ante dictis, aut ante inunctionem lavetur solummodo cum aqua calida apostema, et tunc exiccetur et ungatur ut prius, sed primus locus est artificialior. Factis fomentatione et embrochatione ante dictis, super apostemate

hujusmodi emplastrum apponatur : radicis althææ mundatæ, frustratim incisæ, tritæ et pistatæ optime, lib. I. farinæ fœnugræci, seminum lini et hordei, ana drachmorum ij. cæparum et liliorum candidarum coctarum cum prunis et althæa, et florum chamomillæ, quinque drachmorum ficuum pingium optime pistatarum cum althæa et cæpis, numero VIII passularum, drachm. II, vitellorum ovorum coctorum sub prunis numero V.

Incorporentur omnia simul cum decoctione altheæ sufficienti, et bulliant, donec inspissetur ad formam emplastri : et dum quasi sit inspissatum, adjunge ei butyri et axungiæ porcinæ ana, ut sit bene pingue, liliorum alborum, chamomillæ et anethi ana drachm II. (Hoc enim apostema maturat et dolorem mitigat). Factam ejus maturationem cognoscit medicus digitis suis palpando apostema, et sentiet mundationem ; et dolor, qui sentiebatur ante maturationem, valde remollitus erit.

Ita semper signa maturationis humorum. Cognita maturatione, incidatur apostema secundum *longitudinem* gulæ, et modo competenti, absque forti dolore si est possibile, sanies in parte extrahatur, non curando si tota non exierit illa hora. Remota tunc sanie in parte, aut in totim, illa hora impleatur locus cum stuellis stuppeis (charpie ?) aut lineis, involutis in vitello et albumine ovi, cum oleo roseo, alumine zuccharino, et hoc enim mundificat locum, defendit partem ne plus recipiat, et dolores sedat. Sed si fluxus sanguinis infestaret, dimitte oleum et sic procede per tres aut quatuor diebus. Et tunc considera locum si indiget majori mundificatione, et tunc mundifica ipsum cum unguento apostolorum, de quo in fine operis faciam mentionem plenam ; aut cum ungento viridi, de quo etiam dicam. Facta mundificatione, incarna et consolida ultimo cum incarnativis et consolidativis dictis supra, et dicendis in fine operis copiose. Diæta ejus sit similis ut in molestia præcedente et paulatim redeat æger ad suam vitam usualem...

Cura apostematis, quod ad choleram convertitur, est ut phlebotometur et ventosetur patiens modo dicto, et conditionibus dictis superius : sed non sit copiose. Et si facta phlebotomia patiens sit constans in virtute, bonum erit ut purgetur minorative cum hac decoctione. Reci : prunorum, violarum, endiviæ ana II

drach. coquantur ista in aqua unica bullitione, deinde collentur et adjunge tamarindorum indorum rhubarb : ana drach. I, cassiæ, mannæ ana III drachm. sumatur mane jejuno stomacho. Diæta ejus sit, quæ dicta est superius. Quo ad localia, incisionem, mundificationem, incarnationem, consolidationem, directe ut dictum est de apostemate sanguineo. Diæta tamen sic in ipso poterit ordinari, quia a pincipio paucis sit contentus, succo hordei, aut ejus ptisanna cum zuccharo, aut in sola aqua, aut cum brodio pulli juvenis, lactucis, portulacis, endivia, cucurbitis et hujusmodi frigidis utatur, pro suo ferculo cum agresto aut vino granatorum, et zuccharo. De istis sic elixatis, suma: unum aut duos bolos cum forti aceto, aut agresto, aut vino granatorum, aut aqua decoctionis prunorum, endiviæ, capitum veneris, scolopæ et hujusmodi frigidorum cum antedictis, aut sola cum zuccharo pauco. Et ista sit ejus diæta, nisi virtutis debilitas impediret, quia tunc posset sumere carnes pullinas, et alias leves alterativas semper cum antedictis frigidis. Et post hoc redeat paulatim patiens ad ejus consuetam vitam, bonam tamen, secundum virtutis ejus debilitatem, aut vigorem.

In incisione autem omnis apostematis colli et gulæ considera bene nervos et arterias, et specialiter vita pro posse, incisionem inter duas arterias, quæ sunt prope cannam pulmonis in gutture apud eminentiam gulæ, ab utriusque latere gulæ, quia ex illarum incisione sequitur mors in brevi.

(*Chirurgia lib. I, cap. XXII.*)

LANFRANC

De apostematibus colli et gulæ.

Horum apostemata locorum aut in lacertis fiunt exterioribus ita quoque de materia nihil transit ad intra ; aut in lacertis fiunt interioribus: aut in ipsa substantia meri aut in quadam fiunt concavitate, quæ est inter cannam pulmonis, et œsophagum in loco, qui dicitur isthmos; et sunt ut plurimum sanguinea, et sæpe phlegmatica, rarius cholerica, et rarissime melancholica. Humoris abundantia distinguitur per signa superius assignata. Quoque autem materia in lacertis contineatur exterioribus, cognoscitur per apostematis apparentiam : et quoque transglutio vel aëris attractio multo impeditur. Quoque autem materia in lacertis sit interioribus, cognoscitur, eo quoque pars tumoris apparet extra : quoque cum difficultate transglutitur. Quoque autem materia sit in isthmo sive intra, cognoscitur eo sic de tumore extra, ut aliquid non apparet : et quia æger non potest transglutire : et quoque vix respirat, et expirat. Et si accidentia hujus apostematis intenduntur, oculi foris eminent, lingua ore contineri non possit ; nec ullo modo loqui possunt, et spiritum emittunt parvum : lacerti pectoris valde laborando salire videntur. Tunc non est necessarium medico dicere, nisi Domine miserere isti. Verum est quoque alii qui audace lignum aliquod violenter infixerunt in gutture usque ad locum apostematis impellantes, apostema ruperunt quare fuerunt a morte subito liberati. Sed talis operatio ab infamia non est tuta ; quoniam inter manus medici operantis taliter plurimi moriuntur, quorum mors non ægritudini, sed medico imputatur. Illa vero species occulta, in qua non tantum accidentia sunt intensa, non est tantum periculosa.

Curatio. — Cum ægritudo incipit, si sit cholera, cum phlebotomia basilicæ, et si fuerit jam pluribus diebus incepta ; quia vocatus a principio, non fuisti, cum phlebotomia mediante ; quæ quidem phlebotomia fieri debet usque ad syncopem, maxime

si corpus forte fuerit et carnosum. Sequenti die fiat minutio de venis, que sunt sub lingua. Nec ullo modo audias consilium illorum, qui præcipiunt incipere a venarum linguæ phlebotomia : quoniam ex phlebotomia ipsarum, si phlebotomia basileæ vel medianæ non precedat, accidit sæpe ut eger subito, maxime si fuerit plethoricus, suffocetur. Facta phlebotomia detur ad gargarizandum et gallarum cum qua sit distemperatum diamoron ; aut gargarisetur stercus hirundinum distemperatum cum hydromelite, aut stercus passerum vel gallorum : aut stercus canis comedentis ossa solum : et stercus pueri lactentis desiccatum. Item Reci: Stercoris canis solum ossa comedentis, gallarum, satureiæ partes æquales fiat pulvis : et cum aqua mellis distemperatus fiat gargarismus. Aquam bibat hordei : nihilque comedat nisi candarusium factum de furfure in hunc modum. Re : furfuris de tritico recentis unam scutellam, et cooperi aqua calida, et permitte stuphari per horam. Postea tere in mortario cum pistello et cola. Colaturam bene decoctam cum modico sale et ægro cum penidiis administrabis.

Si vero comestionis hora transglutire non posset in colli fontanella, parvam pone ventosam cum igne: quia tunc transglutiet, dum ventosa locum ibi amplians permanebit. Gula toto exterius et collum cum oleo ungatur de chamomil. et supra uncturam lana ponatur succida. Ponatur utiliter emplastrum factum de nido hirundinis : quod est commune squinantiæ seu apostematibus gutturis, et colli cujuslibet speciei squinantia quod componitur per hunc modum. Re : nidum hirundinis : et fac illum in aqua diu bullire, postea cum cribro raro collo, ut grossæ paleæ abijciantur : terreum suave quod relinquatur, retineatur, et in alia aqua bulliant radix lilij, radix bismal., radix bryoniæ, folia malva et viol. et parietariæ. Quæ bullita pistentur optime apte grossa unius cultelli sup. acida : et cum aqua hirundinis incorporetur fermentum bene acre, et farina lini : et addantur herbæ pistatæ et oleum commune vel axungia por. sine sale : et bulliat totum simul : et conficiatur : et fiat emplastrum. Hoc enim emplastrum miraculose resolvit vel maturat squinantiam, sive sit intus aut extra, si extendatur super pannum, et ponatur calidum circa gulam. Valet etiam colli inunctio cum oleo de chamomilla misto cum butyro veteri non salato, si cum lana succida involvatur.

Bonum est etiam, si apostema fuerit interius, aut major ejus pars, cum tempus prolungatur quod non repercutitur nec resolvitur; et fit maturativus gargarismatibus ut hoc. Re: ficus sem. lin. malvæ, simul coque in aqua, et gargariscent. Aut aqua ficuum cum butyro, et vino mista quæ maturat omne intrinsecum apostema sive in gutture sive in stomacho sive in intestinis fuerit generatum.

Cum autem illud maturum cognoveris, et cognoscitur per doloris mitigationem et accidentium et febris, si fuerit apparens extra, cum sagitella illud perfora, nervorum cavendo læsionem, et arteriarum, et venarum. Post aperturam mundificetur cum mundificativis in antidotario nominandis. Si fuerit intra, nec rumpatur, cum gargarismate prædicto de butyro, ficuum, aqua et vino rumpatur cum ingenio subtili (Halyab). Scilicet cum gargarismate stipticorum, sicut decoctionis gallarum, acaciæ, psidiarum, balaustiarum, aluminis jameni, quoniam hæc partes loci contrahunt, et apostema crepatur. Rupto apostemate, sanieque foras educta cum aqua calida, in qua dissolvatur butyrum et oleum violaceum, donec sanies tota fuerit expulsa, postea cum aqua decoctionis liquirities, ireos, tamarisci, fac gargarisma. Valet etiam vitellorum ovorum sorbitio. Si vero materia fuerit frigida, minus repercutiatur et calidioribus gargarismis est utendum. Et post apertionem fortiori indiget abstersione cum mundificativis, in quibus sit aliquid de myrrha, sarcocolla, secundum quoque in capitulo de mundificativis in antidotario continetur.

Aliquando quidem propter rheuma descendens a capite nascuntur in radice linguæ ab utraque parte quædam excrescentiæ: quæ videntur quasi amygdalæ, quæ tracheam impediunt arteriam, ut anxia fiat aeris attractio, et emissio; quæ curantur cum prædictis medicinis, et per prædictum modum evacuando, repercutiendo, resolvendo, et per ordinem maturando. Et quoniam bona casuum narratio multum corroborat operantem, ponam in hoc loco quod mihi accidit in civitate Mediolani de quadam domina quinquageneria quinta, quæ habuit squinantiam phlegmaticam, quæ totam occupavit gulam intus et extra, ita quoque extra tumor maximus apparebat, et cum hoc non loquebatur, nec poterat transglutire, hoc fuit in cura cujusdam juve-

nis mei scholaris per plures dies, de malo in pejus quotidie procedebat. Tunc quasi in casu desperationis fui vocatus ; et inveni eam in statu pessimo, quia pluribus non comederat diebus; nec audebat dormire; qui a timebat subito suffocari. Tunc tangens pulsum, ipsum in ultima inveni debilitate. Tangens locum corruptum sensi materiam in profundum ; quod cognoscens cognovi quoque potius suffocaretur. Tunc mihi præparavi rasorium ; et locum palpans cum digitis inveni maturam materiam inter mentum et epiglottum plusquam in alio loco congregatam. Tunc locum palpans cum digito, ut possem nervos, venas, et arterias evitare, vulnus secui ibi profundum, per quod de corrupta et male fœtente materia magnam partem extraxi, magnam quoque partem dimisi, quam tunc evacuare poteram : sed ratione volui quam scivisti. Tunc ægra leviorem habuit anhelitum: pulsusque fuit fortificatus, timorque mortis subito diminutus, eo quod ad cor major poterat aeris quantitas delegari. Tunc administrans ei brodium, per vulnus magna ipsius quantitas exibat. Tunc ingeniavi, ut cum *argentea cannula*, quæ positâ in ore totum vulnus transibat, sua cura reciperet ad ipsius necessaria nutrimentum, gulam totam, et collum cum medicinis mundificantibus ; et residuum materiæ maturantibus circundabam, donec extraxi de vulnere frustum magnum viscosæ materiæ et fœtentis : quæ fuerat sicut quoddam intestinum longum plus, et grossum unius minoris digiti quantitate ; quæ quidem materia calore fuerat extraneo condensata: quæ quidem remota remansit locus sine fœtore : et ægra incepit maxime confortari ; tamen in ea continuavi mundificativa, et incarnitivis, et cicatrizativis vulnus optime sigillavi, et ægra fuit saluti pristine restituta. Cum ergo in locis prædictis frigidam materiam et corruptam in venis, aperturam locis nullatenus expectabis : sed aperturam accelera, et si materia nondum ad plenum fuerit maturata: nam si naturæ ipsam aperiendam dimiseris, male faceres, quoniam materia grossa in membris profundo imbibita, non potest a virtute debili ad membri superficiem delegari; nec membra spiritualia non longo possunt tempore defectum aeris expectare.

(*Doctrina secunda, Tractatus tertius, cap. V.*)

ROGER

De apostematibus gulæ et colli.

Sicut autem humores diversi sunt in humano corpore, ita quidem et collectiones, quæ ex eorum superfluitatibus consurgunt, diversis nominibus nuncupantur : generali autem nomine apostemata vocantur, cujus quatuor sunt species. Nam aliud est de sanguine et dicitur phlegmone; et aliud est de cholera. Sed cholera alia est naturalis et dicitur rubea, alia innaturalis et dicitur melancholica. Apostema ergo, quod fit de cholera rubea, dicitur herpes œsthiomenus, quod autem fit de melancholia, dicitur cancer interior. Aliud fit de phlegmate et dicitur zimia. Unum quodque igitur propriis cognoscimus signis. Si enim fuerit apostema de sanguine, rubor, pulsus fortis, dolor, calor et tumor adsunt. Ex phlegmate vero signa sunt hæc albedo, et mollities, ut si digitum impresseris, quasi signa foraminis facies. Ex cholera rubea talia sunt signa, calor, rubor mistus citrino colori. Ex cholera nigra, sive melancholia innaturali, hæc signa sunt, ingens durities cum quadam nigredine. Nunc ad earum curas veniamus, etc., (pas de passage spécial pour la gorge).

(*Chirurgia cap. V, liber II.*)

De squinantia, et ejus speciebus.

Squinantia est apostema quod nascitur in gutture, cujus tres sunt species. Quarum prima dicitur Squinantia. S. nomine totius sic dicta, et hæc nascitur inter tracheam arteriam et æsophagum, in loco qui dicitur isthmos, et hæc cito est pernecabilis, ejusque cura soli Deo relicta est. Secunda dicitur Scinantia, quæ partem materiei retinet interius, partem vero foras emittit, ut tumorem exterius videre possis : et hæc minus maliciosa est. Tertia species, dicitur Quinantia, cujus materia tota foras emittitur, et de hujus malicia non maxime timere debemus. Quæcunque vero istarum specierum fuerit, generalia

signa hæc sunt difficultas inspirandi et expirandi ; cibum quoque vel potum sumere non possunt. Vox quandoque denegatur ex toto, salivam non inglutire, nec sputum emittere possunt. A principio tamen istis sic subvenimus. Si virtus et ætas permiserint, sanguinem de vena cephalica attrahimus, vel diamoron fieri volumus. Vel fiat talis gargarismus ; sum : gallas, balaustias, rosas, et lentas, facias bullire in aqua ; et de hac patiens gargarizet sæpius : hoc enim gargarisma humores currentes ad locum dolentem reprimit. Extrinsecus autem dialthæa, et similibus ungatur (*a*), vel fiat cataplasma, quod omnino secundam et tertiam speciem curat, quod sic fit. Accipe radic. ebuli, porrinas, quæ non sint remotæ neque evulsæ a loco in quo nata fuerint absynthium, cardum benedictum, senationes ad libitum. Ista bene pistentur, et pistatis succus extrahatur. Item accipe far. hordei, et far. seminis lini, et cum prædicto succo distempera, et incorpora, ita tamen quod multum remaneat liquidum. Postea vero accipe axungiam porcinam, et liquefacias ad ignem in patella, et adde mel in eadem quantitate cum axungia, et facias bullire : deinde prædictum succum cum farina in eadem patella mitte, et cum prædictis admisce ; et incorpora, et tandiu bullire facias, quousque ad spissitudinem veniant ; in modum embrochæ alicujus, tale cataplasma calidum super locum patientem ponatur, ter vel quater in die mutetur, et semper calidum renovetur. Quum autem tale apostema interius saniem fecerit, digito, vel alio instrumento, ipsum apostema rumpere, ei saniem emtittere, non est inutile : sic enim aliquos propria manu curavi (*b*).

a. — *Additio*. — In principio debemus insistere repercussivis gargarismatibus, quia fere semper fit de rheumatico humore pro majore parte : deinde cum consumptivis et inspissativis horum extrinsecus autem de dialthæa, et similibus ungatur.

b. — *Additio*. — Emplastrum ad quinantiam. Accipe : althæam et rad. alliorum, et coque in aqua, et postea pistentur cum axungia, et desuper ponatur : vel fiat emplastrum de racidibus lapathii acuti, et restis alliorum et axungia, et de hoc ponatur. Contra quinantia, fiat tale experimentum : sumetur carnes bovinæ salvæ semicoctæ ad modum castaneæ, vel avellanæ, et insuatur firmiter filo longo de serico ne forte patiens, velit nolit

carnem illam transglutiat, et medicus extrahat illam subito cum violentia, ut ita possit apostema rumpi.

(*Cap. XIII, lib. III.*)

De Branchis.

Branchi interius tument, et quasi amygdalas duas creant. Unde difficilis est excreatio, et anxia spiritus attractio. Quibus gargarismata prius adhibeantur, a quibus si patiens non liberatur, ad chirurgiam est eundum. Infirmum ergo primum coram te constitue, cujus ore aperto linguam inferius premas cum instrumento, ita ut amygdalas illas videre valeas, et unco ferreo vel æneo capere, et competenti ferro incidere. Pelliculas autem illas, quæ stant juxta eas, illæsas relinqua, postea de aqua rosa cum aceto æqualiter, fac gargarismum, et cum succo arnoglossæ similiter. Si vero sanguis multus fluxerit, melicratum adde. Quod si putredinem fecerit, horum incisio sic fiat: cutis in longum incidatur, et instrumentis ad hoc factis, illa abstrahatur, et a radice funditus evellantur ; locum vero, aureo vel ferreo instrumento, decoquimus (*a*).

a) *Additio*. — Est autem quædam alia passio, quæ nascitur in ore juxta epiglottum, quæ dicitur *folium*, quia ibi sunt una, vel duæ carunculæ tenues, et latæ, ad modum folii, quæ obstruunt tracheam arteriam, et vocem impediunt. Cum vero patiens os aperit ad loquendum, se elevant, et foramen tracheæ arteriæ oppilant. Cum vero os claudit, subsident. Unde patiens vix potest formare vocem, vel aliquod verbum intelligibile, quæ passio nunque curatur, nisi beneficio chirurgiæ.

(*Cap. XIV, lib. III.*)

De Uvula.

Uvula, elongatur sæpe, vel tumescit, quæ exsiccetur pulveribus constrictivis et gargarismatibus, et hoc pulvere, qui fit: Re balaustiæ, gallæ, piperis, pyrethri, cinnamomi superponatur pulvis cum cavo ferro ; fiat gargarisma, quod fit: Rec: vini dulcis, vel mellis, et aceti, ana, piperis, pyrethri, staphidis agriæ balaustiæ, æqualiter de omnibus, pulverizata, cum prædictis

liquoribus bulliant, et utatur patiens hoc vino, mane et sero. Si autem non sic desiccetur, incidatur forficibus ad hoc factis, juxta palatum subtiliori loco, cave tamen, ne radices uvulæ tangas. Et fiat gargarismus desiccativus, seu cum desiccativis, de quo gargarizet die ac nocte: caveat sibi patiens, ne supinus jacet gargarizet etiam aquam ubi cocta sit pinguissima gallina. Sæpissime caveat sibi patiens, ne multum dormiat per tres noctes (*a*). Vel ante incisionem, incendatur aureo nummo et gargarisma fiat, ut diximus (*b*). Utatur hoc emplastro, quod fit de melle calido, et pluribus baccis lauri, cymini, pulegii, origæi euphorbii, ana, et pone in summitate capitis cum stuppa.

a. — *Additio.* — Quia a somno provocatur rheuma.

b. — *Additio.* — Item ad relaxationem uvæ, coctura facta in occipitio confert, et emplastrum, factum de pice liquefacta super ignem, et de pulvere mastiches et olibani commistis, et illud tepidum in occipitio ponatur. Fiant gargarismata constrictiva, nisi multus humor sit in causa : quod si fit, gargarismata fiant in parte consumptiva, et in parte dissolutiva.

(*Cap. XV, lib. III.*)

GUY DE CHAULIAC

De squinantia.

Est ergo squinantia apostema gutturis, et partium ejus, viam aeris, et cibi impediens. Cujus species secundum loca distincta, quatuor assignat Avicennes, sequendo sententiam Galeni in quarto loco de locis affectis. Una est, quando apostema est in lacertis *extrinsecis,* ita quod sit apostema solum apparens extra in membris continentibus.

Secunda species est, quando est in lacertis extrinsecis versus *spondylia* (vertebras) : ita quod apostema solum apparet *intus* versus fauces et amygdala; quando comprimitur lingua.

Tertia species est, quando est in lacertis *intrinsecis ipsius meri*: Et tunc non apparet sensui; sed manifestatur rationi, per majorem offensionem transglutionis atque anhelationis.

Quarta species est, quando est in lacertis intrinsecis ipsius cannæ seu epiglottis; et tunc etiam non apparet sensui, sed rationi, quia magis ostendit anhelationem atque difficultatem transglutiendi.

Unam aliam speciem assignat Galenus in quarto de locis affectis, quæ vocatur *strumosa ;* quæ fit propter dislocationem prim- aut secundi spondylis colli, de qua in dislocationibus inferius fiet sermo.

Causa squinantiæ. — Sunt sicut et aliorum apostematum universales, et particulares. Fiunt enim ut plurimum per viam derivationis; et habent materias calidas, et frigidas, ut in sermone communi apostematum fuit dictum.

Signa et indicia. — Quantum ad causas sunt, ut aliorum apostematum. Quantum ad locum autem secundum Galenum, ubi supra, omnes species quandam difficultatem operantur secundum transglutionem, et respirationem, et coguntur stare recti, et linguam extrahere. Et potus sæpissime ascendit ad nares. Avicennes addit oculorum egressionem, et linguæ difficultatem, secundum nares locutionem. Signa *mala et timorosa* in squi-

nantia sunt dyspnæa fortis, et origmonica, transglutiendi magna difficultas, colli contractio, emissio linguæ, et spumæ ad modum fatigati equi, color malus in lingua, labiis, et oculis, ac etiam extremitatum frigiditas, sudor frigidus et cordis defectus. Signa vero *bona* sunt quies, somnus tranquillus, alleviatio doloris, et anhelitus, et transglutionis, et malorum signorum privatio. Squinantia est ægritudo brevis et periculosa, et secundum Hippocratem, tertio (libro) de prognosticis, illa est pessima, et citius mortifera, quæ intus in gutture, nec extra apparet. Et quæ est cum dolore acutissimo, in spiritu, qui recto cervice trahitur. Hæc autem species in primo die, aut secundo, aut tertio, aut quarto suffocat.

Altera hujus species mala, est quando apparet *intus* in gutture, et non extra. Et ipsa est plus mortifera quam prima.

Tertia quæ apparet intus, et extra, prioribus diuturnior est.

Quarta autem species quæ omnino *extra* proeminet, tutior est aliis. Squinantia quæ non transmutatur, neque patiens putredinem exposuit et doloris requiem invenit, et subito malum istud evanescit aut mortem vel laboris iterationem promittit. Item quinto aphorismorum, decimo quibuscunque squinantia ad pulmonem convertitur, in septem diebus moriuntur. Si vero hos effugerint, empyici fiunt. Propterea in sexto aphorismorum trigesimo septimo : in squinantia bonum est apostema foras exire, et membra interiora dimittere. Amplius secundum Avicennem omne apostema præfocativum aut resolvitur, aut permutatur, aut collectionem facit, aut interficit. Signa *resolutionis* sunt signa bona jam dicta. Signa *permutationis*, sunt subita detumefactio cum nocumento alterius particulæ (partis). Signa *collectionis*, sunt lenitas, et prolongatio ultra quartam diem. Signa *mortis* sunt signa perniciosa jam dicta : Amplius, squinantia critica est suspecta. Nam, secundum Avicennem, crisis cum apostematibus præfocativis procul dubio est perniciosa.

Cura squinantiæ. — Convenit cum cura apostematum communium in diæta, et substractione materiæ, et in applicatione repercussivorum *in principio*; et resolventium et maturantium in *fine*, et mixtorum *in medio*. Differt tamen in his, quia repercussiva non administrantur ab extra, sed ab intra; cum hoc

etiam evacuationes, et derivationes fieri debent sine quacumque dilatatione.

Specificatur ergo curatio talium apostematum in quatuor : prima in victu, secundo in materia antecedenti, tertio in conjuncta (re), quarto in accidentibus.

Primum completur, quia ultra diætam communem dictam superius secundum quod Mesue vult, sint contenti in principio cum hydromellite et aqua zucchari; deinde procedant ad aquam lentium excorticarum, et hordei. Extingunt enim sitim, acuitatem et inflamationem. Deinde ad jus cicerum cum aqua hordei; deinde gradatim ad sorbitiones ex farina fabarum, et ex amylo, et ex colatura furfuris cum melle; post hæc veniant ad vitellos ovorum, et similia; et nullo modo repleant se. Et venter eorum semper sit laxus. Somnus eorum sit mensuratus, nam in multitudine somni timetur subita suffocatio : quare oportet, quod parum dormiant, et sæpe excitentur.

Secundum completur per evacuationes, et diversiones cum phlebotomiis, et medicinas laxativas secundum materiam peccantem; et cum clysteribus acutis, et fortibus fricationibus factis festinanter; quia ægritudo propter membri operationem non dat judicia.

Fiant ergo primo fricationes et ligationes extremitatum, et statim clyster, et post in continenti fiat phlebotomia de *saphenis*; demum post si virtus tolerat, de *brachiis*, et post eodem die de venis *sub lingua*. Et si esset possibile transglutire, in crastinum detur sibi in materia calida diaprunis, aut diacatholicon acuatum cum electuario de succo rosarum. Et in frigida detur hiera picra, aut pilulæ cochiæ, aut de agarico, et intercipiatur rheuma cum milio, et sale torrefacto, et super caput applicatis, aut cum stercore columbino. Et detur ad labendum diapapaver; aut pilulæ styracinæ teneantur sub lingua.

Tertiam rem complent secundum Galenum repercussiva in principio ab intra, et lenientia ab extra ut materia non veniat infra guttur; et resolutiva in fine : et mixta ut dictum est in medio. Sed non quæcunque, quia non vitriolum, ut ipse dicit, nam nocivum esset, si descenderet ad inferiora. Sed certa et appropriata ad naturam particulæ, velut in principio concedit dianucum, seu diacaryon. In augmento diamoron in quo virtus

myrrhæ, et croci et consimilium sigilletur. In fine vero diaron in quo virtus ficuum siccarum pingium, calamenthi, origani seu pulegii, hyssopi, satureiæ, et ultra si necesse fuerit sulfuris et nitri sit sigillata. Et proprie utilia velut stercus hirundinis, canum et luporum et puerorum, qui nutriti sunt lupinis; et ut sunt capita allecium piscium salitorum, et herba dicta morsus diaboli, et consimilium. Diamoron sic fit secundum Galenum ut supra.....

Naturale autem apostemate, præcipiunt ipsum rumpere si est apparens, cum *sagitella*, et mundificare cum mundificatione de apio vel cum aliquo communium exiturarum. Si autem esset intus non apparens, rumpatur cum unguibus, vel fricando cum aliquo si est possibile. Aut cum gargarismis maturativis et aperitivis, ut est decotio ficuum, dactylorum, fœnugræci addendo fermentum. Et fortius cum Avicenne baurac, nitrum myrrha, piper, stercus hirundinum, et lupi, semen sinapis et harmelis (rutæ) et secundum Rogerium sumatur frustrum carnium bovinarum semicoctarum, et ligetur cum firmo filo et longo, et facias quod transglutiat, et dum erit in transglutiendo, extrahatur subito cum filo, cum violentia; et ita rumpetur apostema.....

II

TEMPS MODERNES

I. PROCESSUS COMMUNS

TRAITÉS DE MÉDECINE

FERNEL

Linguæ fauciumque morbi, symptomata et causæ.

Tonsillæ sæpe tument imbutæ destillatione frigida; ac tum quidem sub maxillo tumor tactu visuque intus animadvertitura hicque seu frustulum quoddam faucibus, inhærescens male supremit, obstatque ne cibus, potus et saliva facile vorentur, idque sine siti sine ardore. Sed et interdum inflammatio tonsillas exercet, quæ partis nomen etiam sortitur. Hæc tumoris notas præ se fert, præterea vero dolorem, ruborem, ardorem atque sitim. Concocta materia, interior cuticula facile disrumpitur, abscessoque facto, pus in os et in fauces emanat. Hinc ulcus sequitur sordidum, et quo graveolens fit expiratio. Oritur ejusmodi ulcus frequenter citra phlegmonem ex humore salso vel acri, qui molles, humidas, calidasque tonsillas prorsus excedit. Nonnunquam et ex contagionis labe incipienti hic Veneræ familiare, est. Sed et columella e palati extremo propendens plerumque molesta est. Lascior enim longiorque evadens, in fauces et œsophagi caput illabitur, titillatione molesta, qua qui afficitur, hanc perpetuo vorare frusta contendit, metuitque ne ejus impetu stranguletur. Hoc vitii nascitur cum ex humore multo superne defluente madet atque perfunditur. Quinetiam columella seu gurgulio interdum (at certe raro) inflammatur tumetque cum rubore et ardore. Ac tum in fauces illapsus majore tædio quam

relaxatus, suffocationis metum concitat. Quum per inflammationem illius pars imo crassa summa vero tenuis et nigricans apparet; σταφυλή, inquit Hippocrates, id est uva, nominari solet. Siquidem figura, colore, atque magnitudine est uva acino persimilis.

At vero angina affectus est fauces, id est summas gulæ gutturisque partes per quas cum cibi potusque tum spiritus introitus est, præcludens. In hac spiratio fit difficilis, deglutire vix licet ac proinde potus resilit in nares, dolor acerbus fauces occupat. Atque hæc quidem omnis anginæ communia sunt signa. Singulis autem ejus differentiæ alia peculiaria existunt. Etenim angina alia *vera*, alia *notha* est; veræ et legitimæ quatuor sunt differentiæ. Una, quam omnium periculosissimam censuit Hippocrates, ubi inflammatio penitus abstrusa, graviora infligit symptomata, non sine metu strangulationis. Hac sæpe vidimus occidere ægrotum horis octodecim, constante mente, integrisque sensibus. Altera est, quum interiores laryngis fauciumque musculi manifesto phlegmone tentantur. Hæc æque ac superiora symptomatis sæva sunt, sed minor tamen sit periculo si os expurgari potest. Tertia fauces interiores uno cum cervice occupat, in qua foris tumor atque rubor est conspicuus, cum calore ac dolore. Symptomata huic nihilo sunt quam cateris levia, sed tamen spes salutis melior, quod inflammatio foras evocari et duci possit. De hac scripsit Hippocrates : ab angina habita si tumor fiat in collo bonum : foras enim morbus profertur. Quarto omnium lævissima atque tutissima censetur, quæ non interiores fauces, sed solam cervicem ejusque musculos prehendit, quorum tamen tumore interiores etiam laryngis musculi comprimuntur introitusque, omnis coarcetur. Omnium causa est fluxio biliosa aut sanguinea; quæ e venarum jugularum ramis eo pertinctibus in has sedes influet, vel erysipelas vel phlegmonem parit. Evidentes vero causæ variæ : frigus potius quam æstus, ictus, ossa piscium imprudenter vorata, per media paristhmia trajecta, frigida potus temulentia atque quævis repletio nimia. Præter communia anginarum signa memorata. Adsunt præterea in hiis, tumor rubor, calor, atque febris, quæ omnis veræ anginæ comes est assidua. Angina vero quæ notha nuncupatur, febris est expers. Hæc autem fit cum pituitosa distillatio in fauces

cervicisque musculos decumbit ; ac tum fortasse tumor inest, sed sine rubore, ardore et febre, quodcirca inter acutos morbos habenda non est. Huic ultima est ea anginæ species, que nullo quidem fit proprio faucium, affectu; sed cum cervicis vertebræ intro luxatæ, fauces ac gulæ gutturisque introitus premunt, et arctius coangustant. Nascitur hinc quod signorum, quæ in aliis prodita sunt, nullum apparet, quodque cervix pone excavatur, ægreque et cum dolore inflectitur ; casus quoque aut ictus antecessit, vel humor præter naturam vertebrarum vincula laxavi, vel eas sua copia de proprio sede inficit.....

(*Lib. IV, cap. IX.*)

De julepo, apozemate et sirupo.

Potionum formæ ad simplicem intemperiem, et ad corporis vel humorum præparationem et ad alios plerosque usus, tres nunc præcipuæ, usurpari solent, julepus, apozema et sirupus ; julepum juniores Græci julapium appellant, idque e quovis liquore stillatitio, aut succo defæcato addito mellis sacchari ve triplo conficiunt, coquuntque ; sensim expumando dum toto fere liquore absumpto mellia consistentia fiat, nunc vero simplicior fit atque liquidior, quodque simplex sit ab apozemate. Quod liquidus a sirupo distat. Accommodatur autem is præcipue intemperiei corrigendæ, leniendæ siti et compescendo atque frœnando humoris ardori, et malignitati frangendæ. Fit proinde vel e cardiaco liquore stillatitio, vel e puro defæcatoque succo, ut limonum aut granatorum, vel e jure unius paucorumve simplicium, cui mellis saccharive quadrans permiscetur, leniterque coquitur, ac deinde clarificetur, et conditur aromate, ut citra aquæ ulliusve liquoris permistionem, omnino jucunda fiat potio. Interdum etiam nulla ignis vi ex his fit quæ coqui possunt, ut ex aquis stillititiis, et succo limonum ; quæ omnia saccharo ex purgatore affusa, colo denso subinde transfiguntur. Fere autem sacchari quadrans aut sextans conditur cinamomi vero unamquamque dosim scrupuli dimidium. Est et alia julepiratio cum hieme, aut in virentium herbarum penuria, quivis sirupus duplo aut interdum quadruplo stillatim alteriusve puri liquori divellitur, nullo ignis beneficio.

Apozema æque ac julepus liquidum est, sed ex complurium

simplicium decocto compositum, quæ in multos variosque usus accommodantur; atque id fere ad tres quatuorve doses instituitur, id autem quoniam fere julepo insuavius est, raro in eosdem usus destinatur. Sed maxime in humorum attenuationem atque detertionem, in corporis præparationem et in reliquiarum expulsionem. Olim quidem veteres modo virentes, modo aridas herbas mulsas incoquebant, propinabantque jus colo transmissum: hieme vero carum pollinem tenuissimum mulsam inspergebant: hæcque sunt apozematis. Nunc vero decoctarum stirpium jus assumitur ea quam supra dixi ratione, in quod sacchari aut mellis aut cujus sirupi quadrans si non admodum insuave, aut triens si insuavius est; solvitur rursumque leniter et parce coquitur, aut solum calesit ut clarificetur et aromate condiatur ea dosi quam nunc in julepo dixi. Hæ quidem potiones in rem præsentem usurpari solent. Solet exigendis quoque humoribus præparatis se simplici apozemate carthaticum ex tempore fieri, incoctis scilicet in eo aut dilutis medicamentis purgantibus. Sirupus quod in herbarum penuria recundatur, asserveturque, diutius, crassuræ sit consistentia, in eos præcipue usus in quos et apozema, quanquam plerumque julepi etiam commoditatem habet.

Ex iis comparatur quæ vix hyeme suppetunt nobis, aut quæ æstate non facile sit aut promptum, cum necessitas postulat, ex variis locis tam multa congerere. Fit haud secus ac apozema e stirpium succo, vel ex earum coctarum jure, in quod adhuc tepidum pro libris ternis singula ovorum injicies, diuque scopulis agitabis dum sordes omnis spumæ adhærescat. Deinde in id ipsum mellis saccharive par pondus dissolve, et rursum eoque dum fervendo seposita que spumæ portione, sub hac detectus humor clarus appareat. Tum denuo coletur et leviter exprimatur reddaturque igni lento, dum percoctus sit in sirupi consistentiam, et in singulis libris binæ duntaxat liquoris unciæ supersint. Quum tamen jus ipsum ex admixtis fructibus, ut ex prunis, ficubus, myxariis, zyziphis, aut ex quibusdam mucosis seminibus, ut althææ, cydoniorum, aut psyllii, aut ex tragacantho vel gummi arabico crassum lentumque evaserit, ut convenienter coletur, mellis saccharive minus indendum est. Accuratius is clarificatur diutius asservetur, nec putrescat facile, percoquiturque in mellis consistentiam, ac dum extracta guttula

atque refrigerata, non amplius perfluat, et diluti mellis crassitudine indurescat. Quoniam autem plus sacchari quam apozema habet, liquorisque minimum et vix sextantem retinet, ut valida integraque ejus facultas transferatur in saccharum, jus, ut supra dixi, meracius atque efficacius assumendum est. Omnium autem validissimi sunt ii sirupi, qui e defæcatis expurgatisque fructuum succis comparantur, in quo par quoque sacchari modus additur, expurgantur coquunturque ut superiores. Aut si forte succi vis coctione nimia disperditur in sacchari jam expurgati et perfecte cocti libra una succi crudi et residentia defæcati felibra sensim dissolvatur atque coquatur. Si metuitur ne hic sirupus ob succi cruditatem situm contrahat, insoletur dies aliquot. Hi enim si vel blando igne, vel diplomate lente ac sensim coquantur, tota et integra succi vis transferetur in saccharum : ex melle confectus sirupus quia diutius asservatur, minus neque ad consistentiam coquendus est, is quoque magis incidit ac detergit. Ex saccharo autem suavior, sed non æque efficax : percoquendus is est at fere tandem candesit, quod tamen vitium præcavetur, si mellis quadrans permisceatur saccharo. Harum compositionum formulas hic nullas descripsimus, quod multæ post hac omnisque generis passim occurrant.

(*Meth. med., lib. III, cap. XII.*)

HOUILLIER

Angina.

Angina inflammatio est faucium aut musculorum qui ad fines asperæ arteriæ siti sunt ; nonnunquam etiam exteriorum cervicis. Desperatio est, cum nunquam apparet et cum gravissimus dolor et febris, et cum os hiat, lingua exerta est, intercepta degliutendi via, et potus per nares refluit, aut si ad initia cervicis cavitas est introadducta vertebra. Hæc ut minuuntur ita levior morbus est. Oportet ergo statim initio collocare ægros loco satis amplo, nec frigido ; ita residere in lecto ; caput altius attolitur. Liquidiora sint alimenta ; parcissime vivant quantum vires tolerare possint, abstineant iis omnibus, quæ fluxiones incitant, quale vinum, vaporosa et calida fere omnia. Vitent etiam glutinosa, quæ cum etiam non detergeant, vias jam oppressas angustia intercipiunt. Primis diebus, atque adeo initio morbi sanguis detrahendus est, adhibito prius hoc consilio. Mulieribus tum gravidis, tum quibus menses supprimuntur, angina fit aliquando. In gravida sanguinem detrahes sine ullo metu ad tres, quatuorve uncias, plus minusve, ut scopi phlebotomiæ indicabunt ; minus si fœtus major est, ut post septimum mensem, quod si mulieri gravidæ etiam tum menses fluunt, multo liberius sanguinem e cubito detrahes. Hic enim et ab angina matri, et ab abortione fœtui periculum est. In iis vero, quæ uterum non gerunt, et menses supprimantur, venam e crure vulnerabis, copiosiusque detrahes. Tunc ad brachii venas quæ morbo conveniunt, phlebotomiam transferes. Hoc consilium multis aliis morbis, quibus corripiuntur mulieres, commune est. In aliis, si quidem manifesta signa plenitudinis appareant, e saphena ; si mediocria, e media cubiti. Alio qui e cephalica sanguinem detrahes mediocri vulnere, ne si amplius, nimium viribus detrahatur. Si angustius, effluat tenuis sanguis, crassus relinquatur. Hyeme, ubi sanguis fere phlegmaticus, parcior detractio, sed foramen majus esse debet. Vere et reliquis tem-

poribus copiosor, vulnusque angustius imprimatur. Cucurbitulæ *ex lib. de cucurb.* collocentur.

Mollis alvus esto levibus clysteribus, multo magis si febris est. In quibus interim dissolves cassiæ fistulæ ℥ j. vel B. cathol., vel hieræ 17 picræ. Hujus hieræ summa vis probatæ. Nam cum angina multos Romæ suffocaret, eaque veluti pesti tota urbe grassaretur, inventum remedium a medicis, ut post frugalem cænam ℥ ij pul. 18, hieræ in pilulas coactos exhiberunt.

Quo auxilio quicunque usi sunt, periculum declinarunt tam atrocis morbi.

Paulus 19, omissa phlebotomia acrioribus clysteribus utitur dissolutis ℥ iij hieræ diacolocynthidos. Sed quod ante dictum est, priusquam injiciamus clysteres acriores, levioribus uti oportet qui inveteratum stercus emolliant et detrahant.

Purgationes quoque leves ex cassia, vel manna ℥ j aut eo plus in 21 decocto passularum, hordei, florum cordialium, tamarindorum, sebestim, prunorum.

Suspectum pharmacum, quod Asclepiades imperavit ex aloë et colocynth. tum quia in 22 pilulas conformat, tum quia fortius est.

Dissoluta enim liquoribus, non coacta in pilulas, pharmaca magis conveniunt, propter difficultatem deglutiendi.

Atque dum hæc fiunt, gargarismis utendum est, initio quidem repellentibus : deinde admixta vi detergente, resolvente : post etiam, si fuerit opus, maturantibus.

Atque ubi dolor gravior est, et sentitur exulceratio, levientibus, quorum materiam et compositionem repetes. Recentiores medici iisdem etiam utuntur, vel his.

℞ decoctionis rosarum sicc. ℥ iiij cum diamor. ℥ ij. Ex sorbis, cornis, moris rubi, aut alioqui immaturis, e granatis acidis poterit exprimi succus, et quarto parte sacchari, aut mellis rosati dulcorati dianucum et diamoron initio dissolvantur in duplo liquore astringente, quales sunt supradicti succi. Decoctum rosarum plantaginis, sorborum, cornorum, mespilorum et similium adstringentium, vel in aquis inde distillatis. Conservæ sunt cornorum sorborum, mespilorum, mororum immaturorum, quarum uncia in duplo liquore adstringente dissoluto

reprimentem 23, gargarismum efficit. Et hic quoque laudatus reprimendo et leniendo.

℞ 24 succi expressi e cassia fistul. ℥ iij decocti rosarum aut aquæ plantaginis ℥ iij, vel decocti sebesten iij aquæ e sorbis, cornis, aut mespilis distillatæ ℥ iiij misce pro gargarismo.

Ut augetur morbus, ita repellentium (25), modus minuendus et augendus resolventium. Itaque plus mellis admiscemus : utimurque hydromelite, plus minusve diluto in quo rosæ (26) præbullierint, sirupo rosato sirupo etiam de papavere, ubi fluxio tenuior est. Ubi his remediis nihil proficimus, venæ sub lingua incidendæ sunt. Alii ex Archigene et Asclepiade venam frontis, et quæ ad angulum oculi pertinet Hippocrates, lib. 3 de morbis venam quæ sub mammis est; Nonnulis venas cervicis.

Verum tutius est post universalem vacuationem perseverante malo cucurbitulas cum scarificatione ad initia cervicis ad figere uti. Postea venas sub lingua vel phlebotomo aperire, vel cultello scarificare.

Sanguisugæ iisdem locis, quibus cucurbitulæ affixi possunt : quæ ubi detractæ fuerint, cucurbitulæ inducuntur perpetuo habita virium ratione.

De cinere hirundinum, humano stercore, canino, et aliisque melli mixta, aut aliter præparata anginæ conveniunt (lege postremos lib. Gal. de simplicibus ut de asellis et aliis remediis commentarios secundum locos.)

Lenies dolorem et asperitatem gutturis aqua, in quo mica panis albissimi coxerit. Aut (27), panis ita coctus vehementer exprimatur : colluatur succus eodem modo e furfurum tritici pinguium cremore. Lac etiam per se, muscillago semin. cydoniorum, lini, altheæ, aut hic Sorani efficacissimus gargarismus.

℞ glycyrrhizæ recenter rasæ et conquassatæ ℥ iij melli rosati ℥ j aquæ fontanæ coquantur omnia ad crassitudinem, et colatura fiat gargarismus.

Penidia quoque in lacte dissoluta, Ptisanæ succus, hordeatum, lac amygdalarum dulcium similiter collatus, maturant.

℞ ficuum pinguium ℥ iij hyssopi P j. fiat decoctio ad dimidias, colatura colluetur.

..... Quod si his artibus nihil proficimus, utimur (31) auxilio Asclepiadis. Utendum est tum etiam omnibus fere medicamentis.

Hiante ore lingua deprimatur : culter ligneus acutus indatur in guttur, ut tumor disrumpatur. Tum prono capite sanie repurgetur. Ubi in faucibus manifestus tumor est, vellicandus est unguibus, aut ferro aperiendus.

Alii (32): Spongiæ partem ad magnitudinem avellanæ suspendunt e filo, et ita ab ægro devorari jubent, intumescit spongia, atque dum vi retrahitur, tumorem rumpit. Hoc alii: bole carnis salsæ semicoctæ ita suspenso et devorato, tum vi retracto moliuntur. Alioqui scarificandus locus est sub maxillis, sub mento, in collo, vitatis semper nervis et arteriis. Sic enim aliquando sanies effluit. Alioqui cucurbitulæ scarificatis locis apponendæ sunt.

E nido hyrundinis in aqua decocto, aut oleo communi, vel chamæmelino emplastrum faciunt, quod inducunt collo. Alii e stercore humano recenti. Quidam, quod tolerabilius est, e lana succida insuccata in oleo communis, oleo liliorum, chamæmeli, aut simili quorum consilium est, ut foras materiam evocent.

(*De morbis internis, liber I, cap. XXII.*)

PROSPER ALPINUS

Morbi faucium.

Oris partem, quæ gurgulio et uva et columella dicitur, sæpius inflammari et vehementer quidem inflammari, non est medicus qui non observaverit; non minus etiam eas glandulas quas Græci Antiadas et Latini tonsillas vocaverunt, phlegmone frequenter ob ipsarum calidam humidamque naturam vexari, omnibus itidem notum esse non ignoramus. In qua nonnunquam tunica, nonnunquam subjecti musculi patiuntur. Uvæ vero seu collumellæ phlegmon, si quis aperto ore linguam comprimat, statim aperte ex tumore, rubore, dolore deglutiendique difficultate, cuique notum est. Antiadarum vero phlegmonem iis signis deprehendemus : scilicet rubore itidem, tumoreque exterius apparente, seu duricie juxta ipsas cum dolore, quæ aperte innotescent, si digitis pars comprimatur. Adest quinetiam transglutiendi difficultas, et si malum ad gutturis partes propius accesserit, etiam respirandi difficultas, hanc inflammationem effatu dignam sequitur febris quæ in inflammata uva non apparet, vel lævis quidem. Uterque affectus cum morbus adstrictus sit, laxatoriis utendum mox erit, et etiam esse laxatoriis ubi affectus sit, quo tempore humor majori ex parte ad partem inflammatam defluxit. In principio vero, quo tempore humor fluit, non laxatoriis (quod nondum factus sit morbus adstrictus) sed adstrictoriis erit opus. Quamobrem tali tempore convenient per os gargarismata adstringentia, ut fluxionem prohibeant seu repellant. Hujus modi autem medicamenta erunt, aquæ stillatitiæ rosarum, plantaginis, lenticulæ palustris, polygoni, rubi, et similium, vel decocta in aqua parata ex prædictis herbis, cui decocto poterit permiscere sirupus aliquis adstrictoriæ facultatis; cujusmodi erit, qui ex succo mororum paratur, ex rosis siccis, ex granatis, atque ex myrto ; aqua itaque conveniet pro gargarismate hujusmodi, quæ (exempli gratia) accipiet, aquæ plantaginis libram, sirupi e succo moro-

rum (diamoronis vocati) uncias duas; at post principium erunt necessaria gargarismata laxatoria quæ erunt ex decocto malvarum, violarum, altheæ, fenugræci, caricarum pinguium hordei, cum sirupo vel de glyziriza, vel violato, vel hydromele, vesimilibus; exterius vero convenient in unctiones calidæ ex oleis dulcibus laxatoriis, cujusmodi est commune dulcissimum, amygdalinum itidem dulce, lininum, irinum, et ex radice cucumeris sylvestris, vel altheæ paratum, fomenta itidem ex decocto altheæ, meliloti, fenugræci seminis lini, spongia excepta et calida gulæ et externis partibus apposita; hæc vero singula prædicta medicamenta non prius admovebuntur, quam præmisso clystere mollitorio fuerit (ita requirente phlegmonis magnitudine) sanguis evacuatus primo, aut secta vena interna dextri cubiti, aut scarificatis cruribus, et mox sectis venis sub lingua positis, scilicet morbo adhuc minime cedente. Principio convenient frictiones extremorum ad humorem revellendum; balnea ad pedes calida, in quibus bis in die ante cibum pedes immerguntur, quoadque plurimum rubeant, detineantur. Demum lenes frictiones fient, ex oleo calido dulci, ad omnes corporis partes, ut fuliginosorum excrementorum evacuatio per poros cutis addiretur. Victus iis congruet tenuis, boni succi, modicus (cum plenus, et crassus tumentiam incorpore angeat) ; a vino etiam abstinebunt, cujus loco bibent ægroti, aquam hordei cum saccharo vel mulsam dilutionem :

(*Medicina dogmatica, cap. IX.*)

De medicamentis ad gutturis phlegmonem, quam anginam vocant.

Phlegmonem gutturis fauciumque musculorum cum externorum tum internorum Græci synanchen a suffocatione, quam inducit, appellarunt Latini vero anginam. Juxta vero varias faucium, gutturisque læsas partes, variis nominibus Græci hunc affectum nominarumt, siquidem inflammatis gutturis musculis internis, συννάγχην et externis πασάσυναγχην dixerunt, et faucium musculis itidem internis affectis κυνάγχην, et πασάκυναγχην externis. Compluribus cynanchen, a canibus, lycan-

then a lupis, atque a suibus (qui et ipsi hoc malo vexati soleant) hyanchen, hunc affectum vocatum fuisse visum est : cum vero angina omnis (ea excepta, quæ cervicis vertebris, auctore Galeno, introversis luxatisque, atque gutturis, fauciumque musculis vehementer siccatis fit) gutturis aut faucium musculi inflammati suboriantur; necessario in ipsa hæc signa elucebunt, scilicet omnibus anginosis cum spirandi, tum deglutiendi difficultas aderit; respirandi difficultas major observabitur, gutturis musculis plus phlegmone vexatis, et deglutiendi major erit itidem difficultas gulæ musculis plus laborantibus. Itaque primo ab hoc affectu homines in spirandi et deglutiendi difficultatem incidunt, cum gutturis vel faucium dolore atque febre verumenimvero synanche absque dolore quoque non raro fit a defluxu humoris pituitosi; in quam causam Asclepiades hunc affectum retulisse (cum ipse anginam rheumatismum esse voluerit) visus fuit. In omnibus fit deglutiendi difficultas, maximo in gula inflammata et minor (uti dictum quoque est) si guttur phlegmone vexetur. Quo fortasse non injuria *Soranus* definiendo hunc affectum, dixit : esse difficultatem transvorandi cum acuta præfocatione, atque febre. Dividunt aliqui hanc phlegmonen in occultam, atque in apparentem. In hac depressa lingua apparet tumor et rubor, vel circa externas gutturis partes, in collo, sub mento, vel in cervice, aut pectore atque hæc minoris est periculi. In occulto nusquam exterius, neque in oris partibus, neque in collo vel in alia parte tumor, et inflammatio conspicitur, atque hæc est summe exitialis. Alii triplicem faciunt, primam in faucibus, quæ non est periculosa, in qua lingua depressa tumor apparet magnus, rubens in faucibus, istique difficulter deglutiunt, difficulter respirant, atque difficulter itidem loquuntur; absque febre, ni vehemens fuerit inflammatio. Altera in gula fit, quæ est periculosa ni cito præsidia adhibeantur, in eaque tumor in gula et in collo observatur, vix loquuntur; et summa cum difficultate, si vehemens fit, respirant, cervicem torquere nequeunt. Tertia in gutture, quæ vel summas ipsius partes occupat, vel internos, quippe tracheæ arteriæ musculos. Hæc vero synanche dicta est, quasi suffocatio, quod in hoc affectu suffocatio sit præcipua, veluti illius, quæ in gula est, transvorandi difficultas. In hac ipsa anginæ specie ægrotantes suffocantur, respiratio idcirco



difficillima est, unde recta cervice spirant, atque ingravescente morbo supini jacent ; cibus etiam liquidus guttur non pertransit, per nares effluit, pulsus est parvus, extremaque frigida. Quorum aliqui spatio horarum viginti quatuor suffocantur; alii tertio die intereunt. Hæc summe exitialis esse creditur; minore vero cum periculo est, ubi vel in faucibus vel in collo, rubor et tumor erumpit, perseverat, atque augetur. Porro non perpetuo rubor atque tumor in faucibus, et in collo apparens salutem significat, aliquando enim æque internas atque externas gutturis partes vehemens phlegmon occupat. Quo merita Hippoc. de angina, qua interiit ait : Tertio, rigor, febris acuta, tumor colli et pectoris ex utraque parte subruber, durus, extrema frigida et livida, spiritus sublimis, potus per nares effluebat, devorare non volebat. At exitialis non erit, si tumores externi, et perstiterint, et plurimum aucti fuerint de qua Hippoc. ait : Angina corrupta si tumor appareat in collo, bonum, foras enim morbus existit. Siquidem ex profundis, et principalibus partibus morbos ad cutem transferri utile est. Ab hujusmodi anginæ specie anno a Virginis partu MDCV, nos fuimus magno cum vitæ discrimine vexati, in hoc tumor sub mento tertia die exiens, dein plurimum auctus, quoad morbum resolvit, perseverans, me servavit. Perpetuo summe exitialis est, ubi cum difficillima respiratione deglutitioneque ægroti, nullum externum tumorem habeat; de qua Hippocrates dixit : angima gravissima est, ac celerrime interimit, quæcunque nec in cervice, nec in faucibus conspicuum aliquid efficit. Hunc morbum *strictum* (ex tumore aut faucium aut gutturis in musculis *adstrictionem* faciente) *methodici* fecerumt. Quem concitare ex causis procatarticis posse vomitum laboriosum, ebrietatem) vehementem exclamationem, nivis potationem, cibos acriores, violentam per elleborum album purgationem et quæcunque alia quæ fluxionem, et rheumatismum movere possunt, tradiderunt. Quando angina omnis fiat ab humorum fluxu, aut calidorum tenuiumque venas vel etiam subtiles obstruentium, aut crassorum, scilicet pituitosorum atque melancholicorum, quarum fluxio solet fauces atque spatia ampla occupare. In hoc morbo, qualiscunque sit, opportuna erunt præsidia omnia laxantia, inter quæ primum, locum habebit phlebotomia; primum enim præmisso

clystere laxatorio, secta vena interna cubiti, sanguis copiosior, permittente virium robore evacuabitur.

..... Qua facta sanguinis vacuatione, eaque corpore laxato, ni morbus cessarit, Hippocrates consulit, ut sectis venis duabus sub lingua positis missio sanguinis repetatur. In me eo morbo vexato primum secui venam internam dextri cubiti, ex eaque sanguinis libram detraxi, et mox cucurbitulis sex adhibitis spatulis atque lumbis cum scarificatione iterum sanguis detractus est, qua evacuatione minime diminuto phlegmone, demum sectis venis sub lingua positis ambabus sanguis etiam ad libram fere eductus est, quo præsidio morbus ita diminutus est, ut in securum statum salutis fuerim (Deo optimo maximo laudato) restitutus. Aurelianus, si vehemens passio sit, cito ob celerrimum laxamentum, phlebotomiam fieri voluit; laudavit non minus cucurbitulas collo, gutturi, atque cervici cum scarificatione adhibitas. Non minus etiam utilem esse voluit scarificationem linguæ, faucium, atque palati, quoniam, ut ille ait, locali sanguinis detractione tumentia relaxantur, ex quo non recte ipsum venarum sub lingua positarum sectionem tantopere ab Hippocrate commendatam damnavisse nobis liquido constabit incipiente statim phlegmone, seu (rectius ut dicam) fluxione ad faucium vel ad gutturis partes, adstringentium, repellentiumque usu erit opus. Unde gargarismata ex aquis adstringentibus vel decoctis ex medicamentis adstrictoriis paratis, erunt utilissima, utpote, quod partes roborent, quo minus humoris fluxum recipiant, ab iisque partibus affectis ipsum humorem repellant. Quæ ex medicamentis adstringant, alias abunde ostendimus (exempli gratia) hujusmodi gargarisma erit opportunum, quod recipiet aquæ plantaginis vel polygoni, vel solatri, vel portulacæ, vel rosarum, aut similium libram sirupi diamorronis uncias duas. Vel quod accipit decocti foliorum plantaginis, portulacæ, cymarum rubi libram, sirupi myrtini, de rosis siccis singulorum unciam, aut sacchari rosati unciam et semii. Itaque fluxione incipiente, quo tempore nondum est perfecto phlegmone, adstringentium usus erit ad internas faucium gutturisque partes convenientissimus. Vel decocta sint, vel aquæ stillatitiæ, vel succi ex medicamentis adstringentibus expressi : cujusmodi erunt : plantago, rosa damascena, polygonon, rubus, equi-

setum, myrti cum folia tum fructus, cichoreum, solanum, aizoon, balaustium, hypocistis, acacia et similia. Sed dices quamobrem in phlegmone, *quæ morbus est adstrictus* usus *adstringentium* erit utilis? Nos alias ex methodicorum placitis utile esse ostendimus, ut in phlegmonum principiis adstringentia, minimeque laxantia conveniant, eaque præsertim ratione, quod in principio, scilicet fluente humore nondum factus sit phlegmon, qui est morbus adstrictus, at in perfecto phlegmone premissa sanguinis vacuatione laxantia solummodo convenient cum interius tum exterius. In principio vero per interius gargarismata mediocriter adstringentia, repellentiaque utilem usum habebunt. Non tamen per exterius adhibenda erunt adstringentia, quod cum magno errore nonnulli hujus temporis medici facere observantur, perpetuo in externis partibus laxantia convenient; adstringentia enim humorem compellendo intus internum phlegmonem adaugebunt. Unde gargarismata convenient ex decocto hordei, altheæ, fenugræci, lini, passularum et similium cum saccharo candido, vel sirupo de liquiritia, vel melle rosaceo simplicis infusionis, prædicta autem medicamenta in aqua parum ebullient, ut decoctum viscidum non reddatur, tepidumque adhibeatur. Aurelianus parabat hoc decoctum ex mulso, quo pro gargarismate utebatur. Exterius gulæ partibus convenient calidæ inunctiones ex dulci oleo, cujusmodi est amygdalinum recens, irinum, lilianum, colloque et gutturi spongia vel ex aqua calida et oleo dulci, vel ex decocto althææ, seminum lini, fœnugræci et similium fomenti modo adhibebuntur ; in principio plurimi adjuventi erunt pedum lotiones ex aqua calida quoad pedes rubescant, frictionesque partium extremarum ac post principium præmissa vacuatione sanguinis ad totum corpus leves frictiones, et inunctiones calidæ ad universum corporis habitum laxandum convenient. Clysteres item laxativi utiles, erunt ex decoctis herbarum laxatoriarium (cujusmodi est malva, althea, mercurialis, fenugrecum, et linum, et beta) et ex oleo dulci, atque melle, vel ex saccharo, aut melle aut rosaceo parati. Victus tenuis, liquidus, temperate calidus, atque humidus conveniet, a vino abstinendum omnino, cujus loco aqua hordeata cum saccharo erit accomodata.

(*Medicinæ dogmaticæ, cap. X.*)

MASSARIA

De angina.

Antequam descenderemus ad morbos faucium et thoracis, operæ pretium fuisset, tractare de morbis linguæ, quæ, ut scitis duos præcipue in corpore usus obtinet : alterum ad *sermonem*, alterum ad *gustum*. Qui sane morbi sunt plurimi, in intemperie et simplici et composita, et cum materia, et sine materia ; in conformatione et in soluta unitate. Sed cum multi morbi longe maximi momenti adhuc restent, neque liceat per angustiam temporis omnia persequi, venio ad anginam, de qua pro nostro instituto ordine agemus. Nomen anginæ dupliciter accipitur (ut notat Galenus 4 de locis affectis 3, uno modo apud Hippocratem qui hoc nomine consuevit appellare omnia mala, quæcumque vel in faucibus et gutture, vel in cervice, quomodocunque accidant, et spirandi difficultatem inducant. Altera magis proprie definitur a Galeno, de loc. affect. 6, 4, aphorism. 34, quod sit inflammatio internarum partium gutturis, viam spiritus intercludens, ut propterea suffocationi proportione respondeat. In qua quidem veluti communi notione omnes homines videntur convenire. Barbari (auctores medii ævi?) squinantiam appellant.

Differentiæ sunt plurimæ, ac primum a loco affecto in quo fluxio consistit; ex quo fonte Galenus 4 de loc. affect. 3 quatuor anginæ differentias constituit. Prima est, ubi fauces inflammatione laborant. Fauces autem intelligimus, sicuti ipse Galenus interpretatur, partem oris internam, ad quam et gutturis et gulæ extrema contingunt. Altera est ubi cæteræ oris partes, neque fauces, neque etiam ulla externarum partium apparet inflammatione laborare, tamen æger in gutture suffocationis sensum percipit. Tertia differentia est quando externa faucium sedes inflammatione laborat. Quarta ubi partes gutturis externæ una cum internis affectæ sunt.

Hujusmodi autem differentias nonnulli medici recentiores variis quoque nominibus voluerunt distinguere, qui primam

synanchem, alteram cynanchem, tertia parasynanchen, quarta paracynanchen soliti sunt appellare, ut notat Galenus in 4 aphorism. 34 ; quam tamen inquisitionem nominum veluti snperstitiosam et supervacaneam, reprehendit Galenus 4 de ratione victus 30, 3, prog. 18, 4 de locis affect. 3, qui, inquit, hoc nimis curiosum nominum studium rerum ipsarum negligentiam et contemptum peperisse, sicuti iis evenit qui circa nomina nimium occupati, quæ utilia sunt, prætermiserunt. Itaque modo rem ipsam intelligamus, de nominibus parum est laborandum.

Cœterum Galenus præter has quatuor differentias ex Hippocrate quintam commemorat, quæ contingit, ubi vertebræ cervicis ad interiora distorquentur, de qua specie anginæ Paulus (Œgineta) quoque et Aetius mentionem faciunt, atque illius signa ponunt. Sed ut idem scribit Galenus 1 pro. com. 2 postremis vertebris, cum hujusmodi affectio raro admodum contingat, neque sine inflammatione musculorum gutturis fieri possit, hinc fit, ut talis differentia minus proprie accipienda sit, et commode ad priores differentias possit referri.

Secunda est differentia anginæ *ex natura humoris noxii*, et fluxionis, quæ potest esse duplex : altera ex glutinosa et frigida materia, quam pituitosam licet appellare, altera ex calida et acri materia quam si biliosam appelles, inquit Galenus, non peccabis. De quibus humoribus, diffuse tractat Galenus 3, aphor. 22, 4, de ratione 40.

Et si quis quærat, an angina ex utroque humore, tam calido sanguine et flava bile, quam frigida pituita et melancholia fieri possit, responde, etsi Galenus videtur solius flavæ bilis et pituitæ mentionem facere, tamen nihil prohibet, mea sententia, quin illa quoque ex utroque humore, calido et frigido fieri possit. Ac sane de sanguine, flava bile et pituita nullum dubium esse debet. Sed Arabes dubitant de melancholia, cujus nullus Græcorum videtur meminisse. Avicenna inquit id raro contingere, sed tamen fatetur anginam ex melancholia quoque fieri aliquando posse. Itaque habendum est, anginam quidem ex fluxione cujuscunque humoris fieri posse; eam tamen, ut scribit Galenus 3, aphor. 18, magna ex parte biliosam esse, adeo ut erysipelas aut inflammationem erysipelati similem committat. Aliquando etiam sanguinea est et pituitosa, rarissime autem melancholica, quan-

quam forte id verius possit affirmari, frequentius contingere, ut hujusmodi fluxio ex variis humoribus vel omnibus inter se mixtis, constet, quæ quidem mixtionis ratio non solum ad humores, sed etiam ad superiorem differentiam ex loco desumptam, debet accomodari ; siquidem nulli dubium esse debet, quin sicuti varii humores inter se miscentur, illi pariter varias quoque partes faucium et gutturis possint occupare.

Tertia est differentia anginæ a *magnitudine :* alia levis, et illa est, quæ vulgo dicitur *licagioni*; alia gravissima, in qua inflammatio est insignis, et maximum imminet periculum inflammationis; media medio modo se habet.

Quarto sunt differentiæ a *tempore:* principio, augmento, statu, declinatione; quæ varia tempora sunt maxime animadvertenda, cum variam curandi ratiounem et præsidia requirant.

Quinto sunt differentiæ a modo *generationis:* namque angina alia succedit nonnullis morbis, veluti distillationi, pleuritidi, peripneumoniæ et similibus. Alia primo et sine aliis præcedentibus morbis generatur, quod præcipue ac majore ex parte transmissa materia ex capite fieri consurit, sicuti aparte et diffuse demonstrant Hippocrates et Galenus 4 de ratione victus et pluribus sequentibus.

Postremo sunt differentiæ a *conjunctis,* quæ possunt esse res omnes naturales, non naturales et præter naturam. Sed inter cætera, angina aut est cum febre, aut sine febre. Neque aliquis miretur dari anginam sine febre ; siquidem, ut Galenus docet, 2 de diff. rer. 2 de constitutione artis med. 15, ad hoc *ut febris fiat,* duo necessario requiruntur ; unum, ut læsa pars sit *prope cor;* alterum, ut morbus pendeat ex *materia calidiore.* Quorum si alterum desit, inquit Galenus, tunc non ex necessitate febris consequitur. Itaque si angina pendeat ex humore frigidiore, tunc nulla febris potest excitari. Et inter cæteros Cælius Aurelianus lib. 3 de morbis acutis cap. incipiens tractare de angina, hæc habet : « Hactenus expositis morbis acutis cum febre, nunc de iis tractabimus qui sine febre esse noscuntur. »

Sed veniamus ad *signa*, quæ quidem a Paulo, Avicenna et reliquis, plurima afferuntur, et sunt hujusmodi : difficilis respiratio, difficilis alimentorum et potionum deglutitio, ut pocula quandoque per nares resiliant, dolor acutus, tumor, rubor,

calor, febris, frigidi aeris cupida attractio; quorum omnium signorum facile est cuique rationem reddere. Sed Galenus 5 de locis affectis 3, unum tantummodo proprium, perpetuum et inseparabile signum videtur posuisse : nempe *difficultatem respirationis,* nihil laborante thorace, vel pulmone; quoniam cœtera omnia signa non sint perpetua, sed modo unum, modo, alterum modo omnia desint.

Signa differentiarum, sicuti etiam signa pathogmonica sunt satis incerta. Utrum inflammatio internas vel externas, hanc vel illam partem faucium occupet, potest intelligi ex tumore, dolore, calore, sed potissimum ex periculo suffocationis; namque si laborant partes externæ, aliquis tumor, aliquis dolor item calor et calor mutatus apparebit, neque tantum urgebit periculum suffocationis. Contra si laborent partes internæ, extra nihil apparebit, ægerque omnino majore suffocationis periculo premetur. De signis redundantiæ singulorum humorum jam sæpe diximus. Signa magnitudinis vel parvitatis sumuntur ex symptomatibus de quibus in prognostico. Signa ex tempore, ex symptomatibus desumuntur, et præcipue ex iis, quæ expuuntur. Siquidem in principio æger aut nihil, aut parum expuit, idque crudum et aquosum; in augmento copiosius et crassius, in statu et declinatione concocta solent expui. Signa demum ex modo generationis et a conjunctis, sunt manifestissima. Itaque venio ad curationem.

Cum angina sit morbus ex fluxione humorum, quatuor communes illæ indicationes nobis sese offerunt ; vacuatio universi corporis, repulsio, revulsio, resolutio, quibus postremo, quoniam aliquando inflammatio devenit ad suppurationem, et illa addenda est, quæ ad puris purgationem pertinet.

Sed statim occurit *dubitatio*, utrum *repellentia* in angina *conveniant*, nec ne. Siquidem noxia materia, non nisi ad partes principales videtur posse repelli, quales sunt pulmones et cor, et alias diximus de sententia Galeni, 6 de medendi secundum locos, initio fluxionem repellendam esse, præterquam si humores ad partem aliquam principem sint recursuri, et aliud majus periculum possint afferte. Unde etiam est aphorism. Hippocratis 10 lib. 4 : « Quicunque ab angina liberantur, iis ad pulmonem vertitur, et in septem diebus pereunt. » Itaque repellentia non

videntur convenire. Altera autem ex parte nemo est qui nesciat, et Galenum et omnes rationales medicos in angina repellentibus uti medicamentis. Imo vero Galenus non solum principio, sed etiam post principium, et usque ad finem docet, nullo modo a repellentibus esse abstinendum ; ad hanc difficultatem nonnulli respondent, majus periculum imminere ex præsenti morbo, et ex periculo suffocationis, quam ex repulsione materiæ. Sed forte hæc responsio non est generaliter vera, *neque satis difficultatem dissolvit...* Sed secundam doctrinam Galeni et Hippocratis non solum ad anginam sed etiam generaliter ad omnes morbos accomodat, qui scribit 6 aphor. 25, quemlibet affectum ex profundis et principibus partibus ad *cutem* traduci, et bonum signum, et bonam causam existimandum esse. Contra malum si ad internas et principes partes transferri, malum.

Sed præterea alia quoque symptomata anginæ salubritatem, vel perniciem demonstrant, et inter cætera duo sunt quæ anginam plane lethalem esse significant. Unum est si vehementissima fuerit febris, alterum est debilitas virium (Gal. 4, aphor. 34 et 10 method. medendi 5) de qua item scribit Galenus in pleuritide, in peripneumonia, in angina et in omnibus internis inflammationibus unicam salutis spem superesse *in robore virium.....*

(*Praxis medica, cap. XXXIX.*)

MERCURIALI

De angina.

Distillationem capitis solet quoque consequi ille affectus, qui noncupatur a Latinis angina, a barbaris squinantia. Et quoniam hæc res apud Græcos satis implicita et obscura est, breviter docebo nomina Græcorum, quibus appellant hujusmod-ægritudinem. Nam, ut scribit Trall. c. de angina et Aretæus lib. I, acut cap. 7. Græci solent communi nomine omnem speciem anginæ vocare synanchen.

Cæteri qui proprie et distincte loquuntur, alias appellationes faciunt. Nam aut hic morbus fit in larynge, aut in faucibus. Qui in larynge, aut efficitur in musculis internis, ant externis. Si nascitur in internis, proprie appellatur κυναγχη aut λυπαγχη, vel quia canes et lupi frequenter tentantur hoc morbo, vel quia ægri sub hoc tormento exserunt linguam perinde sicut canes et lupi. Si oriatur in externis secundum Avic. et Paulum Ægin. vocatur παρακυναγχη.

Dixi secundum Paulum et Avic. quia Cæl. Aurel. sic scribunt quoties altera tantum pars *laryngis* afficitur. Si hæc affectio fit in *faucibus* aut fit in partibus internis, aut externis, vocatur συναγχη, eo quod sues creberrime hujusmodi ægritudine laborant. Unde apud Plautum in Trinummo, nescio quis dicebat sues angina interire acerrime; sint in externis, vocatur πάρασυναγχη. Atque hoc pacto potestis versari in intelligendis medicis Græcis. Nam definiebat Praxag: nil esse aliud, quam præfocationem vehementem ex tumore, sive tumorem faucium et laryngis vehementer præfocantem. Veritas autem est secundum Gal. et omnes Græcos, proprie hùc morbum nil aliud esse, nisi inflammationem vel faucium, vel laryngis. Ex quo facile potest unusquisque comprehendere, quis sit proprie locus affectus in hac ægritudine, nec non etiam quis affectus sit, quandoquidem cum, ut intellexistis, sit inflammatio,

necessario sequitur, ut sit morbus in magnitudine auctus in mala intemperie. Adeo etiam morbum esse in via. Et ratio est, quia respiratio in hac ægritudine impeditur, et læditur immediate ab angustia viarum spiritalium, quæ angustia plane morbus est in via.

Fit autem hic morbus ab humoribus, qui vel colliguntur paulatim in ipsa parte quæ afficitur, vel a capite in eas partes mittuntur. Sunt autem humores qui faciunt hanc inflammationem vel acres et biliosi, vel sanguinei, vel pituitosi ; sed utrum melancholici succi faciant quoque hanc ægritudinem, dubitatum inveni. Nam Constantinus Africanus medicus olim celeberrimus manifestissime negavit anginam fieri posse ab humore melancholico, impulsus hac potissimum ratione, quod humor melancholicus sua natura sit tardus, frigidus, et pene immobilis ; angina vero sit morbus acutissimus, calidissimusque, et propterea minime morbus acutus et calidus videatur fieri posse ab humore tardo et frigido.

Constantinum videtur favisse Galen. qui, ubi loquitur de causis anginæ, ferme nunquam meminisse videtur alterius humoris, quam biliosi, sanguinei et pituitosi. Avic. 9, tertii cap. de angina contra dixit anginam quoque fieri ab humore melancholico, sed quam rarissime. Pro resolutionem dico, anginam vel fieri in larynge, vel in faucibus. In larynge nunquam fieri potest ab humore melancholico, sed tantum ab humore bilioso et sanguine, quia in hac parte vasa sunt tam angusta, ut non non sint capacia humoris crassi et lenti, cujusmodi est humor melancholicus. Si autem loquamur de ea, quæ fit in faucibus, dico hanc fieri posse etiam ab humore melancholico, quia ubi vasa sunt ampliora, ut recipere possint humorem melancholicum. Quod scribit Constantinus Africanus, humorem melancholicum non posse morbum acutum producere, verum quidem est aliqua ex parte, sed minime ex toto verum est, eo, quia tamen si ratione sit hic humor faciat morbos longos, attamen ratione loci facit morbos acutos et pernitiosos.

Igitur hoc verissimum est, anginam fieri frequentissime ab humoribus calidis et acribus, quemadmodum testatum habetis 4. de C. P. cap. 20. 4 de acut. f. 3 et 3 aph 16. Rarius fit angina a sanguine, rarissime a pura pituita. Imo vero, quæ efficitur a

pituita potius spuria est angina, quam vera. Dico a pura pituita, quoniam a sanguine pituitoso certe fit frequentius.

Causæ mediatæ, sed internæ, sunt sexus, de quo sermonem habet Cæl. Aurel. qui scripsit frequentius viros exerceri angina, quam mulieres; et inter viros frequentius tentantur juvenes quam pueri et senes! Habitus corporis autem has causas connumerandus est. Nam, qui habent caput magnum, collum breve, caput et corpus plenum sanguine, faciliter et frequenter tentantur angina.

Ex causis præternaturalibus est violentus vomitus, a quo exacerbatæ fauces facile inflammantur; hæmorrhoides retentæ; menstrua retenta. Hipp. 2. epid. 2. et Galen. 3. de loc. aff. 3. scribit luxari quandoque vertebras superiores intro, et ex hac luxatione fieri anginam. Causæ externæ complures quoque sunt inter quas primum locum obtinet aër calidus et humidus, frigidus et humidus.

Scribit enim Hipp. 3. aph. 16. ubi fiunt imbres frequenter grassari anginas. Sic in *regionibus humidis* grassantur hi morbi. Potissimum autem fiunt vere et autumno, ut est apud Hippoc. 3. aph. 20 et 22. Refrigeratio capitis, exercitatio, quæ fit capite ad terram inclinato, clamores, vociferationes, iræ, magnam vim habent ad producendas anginas. Sicut et potus vini meracioris : stricturæ colli, cibi calidi et potus calidi actus. Unde qui non possunt expectare, ut cibum refrigerentur, facile incurrunt in hanc ægritudinem.

Sunt quoque nonnulla, quæ scribit Avic. facere a proprietate anginam, ut sunt fungi, nimius usus cerasorum Andacocia vocatorum ab Avic. (Sunt quædam medicamenta Arabica.)

Signa. — Anginam optimum est præcognoscere, antequam adveniat; quoniam cum sit morbus perniciosissimus nisi præcaveatur, solet repente homines jugulare. Igitur ubi videbitis aliquem sine manifesta causa vix posse movere collum, vix posse deglutire difficulter respirare, destillatione laborare, et calorem insuetum circa fauces et laryngam percipere, statim suspicari debetis, ne fiat angina.

Factæ autem anginæ alia sunt signa *communia*, alia vero *particularia*. Communia signa sunt secundum Hippoc. libr. 2. de morb. insignis difficultas deglutiendi, loquendi, respirandi et

stertor. Hæc omnia sunt signa communia omni anginæ in genere. Cæterum, si morbus sit in *larynge*, cognoscetis, quoniam præter signa ante dicta ægri vix vident, *parum audiunt.* Si omnia spectentur, nihil apparet tumoris, nihil ruboris : et tamen dolor adest non exiguus, calor quoque non obscurus : torpor articulorum, inquietudo tanta, ut nequeant ægri loco consistere, nec locum accommodatum reperire.

Si fiat in *faucibus*, cognoscetis quia si intumescent fauces, apparet rubor, calor, dolor, qui major est quando partes affectæ contractantur. Ad hæc adest insignis difficultas devorandi ; et si malum augeatur sive in larynge, sive in faucibus, oculi prominentes redduntur sanguinolenti et rubentes, exferunt ægri linguam ut canes, nec ullo pacto quiescere queunt. Cæterum, adest in utroque casu insignis febris, pulsus celer, durus densus, quemadmodum solet esse in omnibus prope inflammationibus. Cæterum si fiat inflammatio in partibus externis sive faucium sive laryngis, cuncta symptomata relata multo mitiora sunt.

Neque enim adest tanta difficultas devorandi, neque tanta anhelitus difficultas ; non adeo loquela impeditur. Et ut summatim dicam, multa ex relatis symptomatis desiderantur in angina, quæ fit in partibus externis.

Sed dubitatur, utrum semper anginam comitetur febris Hip. enim in 2 de morb. et I de morbis scribit anginam interdum fieri sine febre. Idem quoque scriptum habetis a Galen. 4 aph. 25, Nec non a Cæl. Aurel.

Ex altera parte angina est morbus acutissimus. Et Gal. I. aph. 12. scribit, nec non 3. de difficultate spirandi, febrem inseparabilem esse a morbo acuto. Quod si quandoque Galen. dixit morbos aliquos acutos esse sine febre, ut apoplexia et epilepsia ; minime tamen connumeravit anginam inter hujusmodi morbos. Respondeo, febrem aut esse accidens purum, aut morbum essentialem. Febrem, quæ est accidens, ut scribit Galen. 5. aph. 66 veteres non dignatos esse nomine febris. Unde phrenitin et pleuritin non appellabant febrem, et si febris perpetuo conjuncta sit his morbis, propterea quoties veteres medici dixerunt anginam esse sine febre, locuti sunt de *febre essentiali* non de ea, quæ *accidens :* quia apud ipsos hæc non erat *vera et legitima* febris. Vel dicere possumus, anginam aliam esse *propriam* et legiti-

mam, aliam *spuriam.* Legitima semper copulatur febris vel accidens vel essentialis : angina spuria sæpe est sine febre : quia fit a pituita, fit extrinsecus, unde jure febris illi nulla conjungitur. Si fiat angina ab humoribus biliosis et acribus, cognoscitur, quoniam febres majores sunt sitis maxima, amarior et acrimonia percipitur in ore, dolor insignis est, et, si ora spectentur, colore pallido infecta sunt ; tumor tamen est exiguus. Si efficiatur a sanguine, cognoscitur imprimis ætate juvenili, complexione sanguinea, vultu sanguine repleto, calor et dolor insignis est in faucibus tumor major, febres magnæ. Si efficiantur a pituita, cognoscitur similiter ætate et complexione pituitosis. Nulla est coloris mutatio in faucibus, exiguus dolor, tumor effatu dignus, exiguus calor, febris aut nulla aut satis languida.

Omnis angina perniciosa est, non tamen necessario lethalis, propterea quod Hip. lib. I de morb. connumeravit anginam inter morbos dubios, qui neque salutem neque necem inferunt necessario ; attamen omnium perniciosissima est illa, quæ sit in *larynge* et præsertim in intima parte. De hac enim loquens Hipp. 3, libr. progn. dicit jugulare ante quartum diem.

(*Lib. II, cap. V, Praxis medica.*)

MERCADO

De internorum morborum curatione.

De Angina.

De angina et reliquarum partium oris inflammatione. — Dum eadem fluxionis differentiæ, quas præcedenti capite memoravimus, ad oris, laryngis aut pharyngis partes prolabuntur, sed non ut in præcedentibus affectionibus per irrigationem aut levem imbibitionem, sed per venas ipsas in carnosas earum partes procidunt, licet eadem sit materia, quæ defluit, et eadem etiam pars quæ afficitur, longe tamen diversius succrescit affectus ; quippe inflammautur, si per venas irruat, apostemosa inflammatione eo tempore, tum columellæ, tum amygdalæ appelatæ, tum vero laryngis, aut pharyngis musculosæ, in quibus solis anginam fieri arbitramur. Verum quia inflammationes prædictarum partium consimilem fere fortiuntur curationem, ob id uno hoc capite institui omnium meminisse, curatione tamen una solum prescripta, eaque anginæ proficua, quibusdam additis considerationibus ad aliarum curationem necessariis.

Est quidem inter prædictas particulas gurgulio seu columella, pars quædam, quæ in fine summi palati carnosa appendens, aperto ore et lingua depressa conspicitur : quæ sane ob diversas dispositiones, quibus insequitur, diversis nomnenclaturis describitur : multi enım uvam appellarunt, quod acino uvæ persimilis existat. Quinimo hujus partis inflammationem Hipp. uvam appellat ; ut ex Galen. colligitur lib. de tumoribus præter nat. Dixerat enim Hipp. lib. de morbis: Fit autem uva, cum pituita de capite ad gurgulionem descendit, et gurgulio præceps dependet et fit rubicundus. Sed hujus uvæ aliam generationem constituit 2 de morbus dicens : Uvam fieri quum summa gurgulionis pars aqua impletur et rotunda fit, ac pellucida et respirationem interdicit. Sed hanc affectionem statuit Gal. 6 local. gurgulionis raro accidere, et longe rarius aliam,

quam lorum appellant medici, quæ sit, cum nimium ignitus gurgulio ipse gracilescit, et loro similis propendet. In qua re expendendum est, nomen hujus partis solum esse gurgulionem columellam vero ejus laxitatem et uvam tumorem in rotundum factum, lorum, angustiam et recrescit, dicitur inflammatum esse gurgulionem.

Præter hanc partem inflammari etiam dicimus glandulas, quarum varias differentias sortitur os : quippe earum triplex reperitur in prædictis partibus sors, officium et natura. Quædam enim in faucium et palati confinio positæ, utrinque ex gargareonis latere assistunt, paristhmia, seu antiades, tonsillæ aut amygdalæ vocatæ. Item aliæ in capite arteriæ ad laryngem positæ sunt : reliquæ vero ad linguæ radicem pertinent. Ceterum primum illud glandularum genus non fruitur his nominum varietatibus, nisi dum aliquo insignitur affectu : quippe antiadas eas partes Galen. libr. 3. de symptom. causis appellat, cum tumore aut inflammatione, maxime fluxione a capite delabente tentatur : et Paulus lib. 6, cap. 26 et 30, per antiadas intelligit scirrhosum tumorem paristhmiorum, maxime si contiguas partes fluxio apprehendat : nam tunc paristhmia appellat, quod sunt ex Gal. 3, aphor. com. 26 dum afferuit, paristhmia, quæ Latini tonsillas vertunt inflammationem esse locorum ad isthmum partem illam, quæ inter os et gulam interjacet. Itaque antiadas tonsillarum inflammationem appellare licet, paristhmia easdem cum ad isthmum et vicinas partes perducitur extenditurque inflammatio. Ex quo vocare oportet has inflammationes : folium tunicæ esse ventriculo, gulæ, faucibus, totique ori communem, nonnunquam vero subjectorum musculorum ; quibus sane dolentibus, rubicundis, inflammatis et tumentibus, non læve periculum impendet difficilis respirationis, aut deglutitionis, ut in anginæ speciebus conspicimus.

Angina vero gravissima quædam morbi species existit, quæ præter gravitatem et periculum, quod infert, difficilis quidem cognitu et curatu existit, propter diversas quas obtinet species, cujus tamen naturam in tres partes jure optimo dividere studuimus, omnes tamen unica communi ratione convenientes, quod suffocari in omnibus laborantes periclitentur, ac nonnunquam difficulter etiam deglutire possint. Est tamen prima, hujus

autem ultime meminit Areteus lib. 1 acutarum passionum, quæ quidem constat ex aëre quem inspiramus, crassiori facto, caliginoso, densiori et fuliginoso, quem, dum facultas per respirationem attrahit, nequit præ crassitie aspera pulmonis arteria capere, aut forsan quia adstringentis et compressivæ est naturæ : quo factum est ut nihil minus suffocare possit, quam angustia meatuum, a quavis alia causa facta : præterquam quod attractus, nec ventilationem efficit nec refrigerationem, quin ejus consortio spiritus suffocantur, quia compressi et coerciti manent, ac quieti : quæ causa est potissima suffocationis, quemadmodum probari potest in *semisuccensis* carbonibus, dum conclavi undique conclusa via coercentur ; nam halitus ille caliginosus fumosusque facile prædictis modis inspiratus suffocationem efficit. Haud secus, quam si quis inspiret vaporem ex musto ferventi (Hispani tufa appellant) elevatum ; incredibilis enim est efficaciæ ad efficiendam suffocationem in brevi tempore.

Illa vero anginæ species, quæ vertebra luxata intro prolapsa œsophagum comprimit, adeo laryngem coarctat, ut linguam ex ore prosilire coerceat, et laborantes aperto ore respirare. Ceterum ea, quæ ex musculis laryngis inflammatis suboritur, faucium procul dubio aut musculorum, qui ad fines asperæ arteriæ siti sunt ; inflammatio est præter naturam, cum rubore, dolore, colore et fluxu conjuncta, quam sæpe affectionem musculis externis cervicis contingere scimus. Verum cum prædictus tumor sensui conspicuus non sit, gravis incumbit de vita suspicio, ita ut si quis evaserit, peripneumonicus fiat, et intra diem septimum pereat ut placuit Hipp. 5. aphor. 10. In qua re primo sciendum est, per fauces intelligendam esse eam partem quæ gulæ et gutturi præjacet, quæque ore aperto conspicua est, continens duo prædicta ostiola. Per cervicem vero intelligimus id spatium, quod est a capite in thoracem, quod septem vertebris comprehenditur, guttur asperæ arteriæ caput. Sed hanc inflammationem prædictarum partium et anginæ sortem in quadruplici esse differentia, consensu fere omnium constat : in qua re expendendum est, nihil in medicis disputationibus difficilius, nihil confusius et inconstans, ac omnibus minus commune usquam repertum esse. Nam præterquam quod citra musculorum consideratio-

nem multi ex conspicuo aut occulto tumore, vel rubore, in faucibus et gutture, has quatuor anginæ differentias venientur alii solum musculis annumeratis), in præsagio et periculi ratione longe dissident, quibusdam asserentibus majus periculum esse in gutturis inflammatione : alii in inflammatis faucibus. Quæ sane res magni est momenti, cum ad cognitionem tum ad extimationem affectus, tum etiam ad veram et genuinam curationem ; nam sæpe levius aut gravius præstamus auxilium, prout affectio difficilior aut periculosior sese nobis ostendit, quo profecto me dicum noscit perdifficile esse, ni exacte compererit, qualis naturæ et officii sit pars, qua inflammatione æger tentatur. Qua ratione expendisse oportet, in cervice, faucibus, gutture et ore ipso, præter glandulosum genus, musculorum quoque reperiri varias propagines et sortes ; nam ex his quædam conspicuæ sunt, aliæ omnino delitescunt, et intrinsecus suis muneribus assistunt. Quod sane venantur medici, quia ex harum partium inflammationibus quædam aperto ore conspicuæ sunt quædam juxta collum et cervicem supereminant et rursus aliæ omnino delitescunt, ita ut neque aperto ore, neque extrinsecus quidquam effatu dignum appareat. Ex quo unanimi plurium consensu constat, veræ anginæ et quæ peculiares sibi arrogat differentias, quatuor esse proprias species. Nam ubi gutturis musculi interni inflammantur, cynanchè appellatur : si vero in faucibus fuerit inflammatio synanche : si tamen in exterioribus gutturis musculis fuerit, paracynanche; si in partibus faucium exterioribus et mento parasynanche. Omnes tamen inflammationes sunt, præsertim per defluxum maxime a capite. Neque obstat Hippocrat. 6 por. part 7 tantum tres anginæ species numerasse dum inquit : In summa qui solum deglutire non poterant, his valde mites ac toleratu faciles erant ; qui vero etiam insuper obscure loquebantur, iis molestiores ac diuturniores.

..... Signis monstrare nunc incumbit et anginæ species, et causarum differentias, ut subsit expeditior curandi ratio ; sic anginæ omnes differentias distinguere, et nosse facile cuivis est : nam ea, quæ ex vertebra luxata prodit, ipsa se ostendit, quod in collo appareat locus cavus ex luxatione vertebræ ad œsophagum cum dolore ; musculorum circumjacentium tumorem respiratio difficilis, hiatus oris, lingua exerta, et a sua radice mota ;

cujus etiam meminit Aetius sermo. 4 tetra 2. c. 47 quod desumpserat ab Hipp. 2 popul. part. 2 Quæ vero ex fumo prodit, nulli est ignota. Ex quibus constat, quod privatione horum signorum reliquas facile possis cognoscere. *Qua vero in parte* sit angina, multa monstrant ; nam licet in quavis parte sit, duo hæc signa assident, devorandi et respirandi nimirum difficultas cum dolore acerbo fauces occupante et difficili deglutitione, ut ob id potius in nares resiliat : ceterum magis minusve hoc, quam illud prævalere, prout in pharynge, aut larynge fuerit inflammatio, comperies magis; nam musculis gutturis interim inflammatis difficilimam efficit respirationem, adeo ut referat Hippoc. 4 de ratione vict. 34: fieri spiritus revulsionem, hoc est, fieri frequentem et violentam respirationem recto cervice et abrupta voce, cum acerbissimo dolore et febre admodum acuta ; nihil apparet intra os, aut exterius in collo. Si vero fit Paracynanches, respirabunt quidem difficulter cum dolore sed apparebit circa fauces color mutatus in rubrum. Ceterum si sit synanches, *deglutiendi* difficultas major erit, quam respirandi ; in cervice nihil apparet mutatum ; in parasynanche vero, colora in collo mutatus apparet, et ipsæ partes tumidiores, et noxa, respirationis minima est, præterquam quod gulam esse inflammatam, monstrant potus per nares excretus, et dolor in dorso qua parte incumbit œsophagus. Sed non est minoris momenti ad curationem, humoris fluentis naturam nosse; sic sanguis, dum fluit, omnium gravissimam infert anginam, quia tumorem efficit durum dolentem, et quæ distensionem minime pati potest. Quo fit, ut gravior hæc sit, cum propter duritiem nequeant distendi partes ad molliendam respirationem, neque comprimi ad deglutionem; quo fit, ut vehementiorem ferant dolorem in devorandis rebus liquidis, quam solidioribus, quod facultas non audeat plurimum comprimere musculos, ut opus est in devoratione liquidorum ; sic etiam major est respirandi difficultas, quia licet periculo suffocationis deterrita natura majorem respirationem efficere conetur, nihil tamen prodest, quia tumor durus est et minime cedit. Hanc autem causam cognosces ex gravitate totius corporis et partis illius, est rubore in faucibus, ex venarum oculorum et totius capitis plenitudine et tensione, vel ex suppressione alicujus sanguinolentæ fluxionis. Alio prorsus

modo periculum minatur flava bilis; nam licet tantum non comprimat respirationem, neque maximum efficiat tumorem, cum hoc tamen periclitatur laborans, ne facile mutetur humor ille tenuis a partibus externis ad internas ; nam id damnaverat Hippocrat. 4 aphoris dicens : Quicunque tumores in faucibus repente occultantur, periculum maximum portendunt. Cognoscitur tamen biliosus hic fluxus, ex punctione partis affectæ, ex ingenti calore, ex mordicatione, et ex parum mutata respiratione, solum enim instar pali infixi dolorem se persentire laborantes referunt. Præterquam quod quæ ex bile aut tenui sanguine fiunt majori ex parte in internis fiunt musculis; quia cum externæ et conspicuæ partes majora habeant vasa, facilius pituitam susceptant ; quinimo si bilem receperint, aut tensem sanguinem, facile defluere permittunt, et in tenues venas internorum musculorum prolabi sinunt, in quibus diutius immoratur, et inflammationem efficit, quod expendisse non est parvi momenti, ut antea retuleram. Pituita enim diversam periculi rationem habet ; nam licet crassior sanguine sit, et tumorem quoque efficiat, is quidem neque durus est, neque renititur tangenti ; laxum enim et indolorosum efficit tumorem. Quo factum est, ut liberalius respirare possint laborantes : ceterum alia lege periclitantur ; nimirum quia pituita crassa, dum a medicamentis agitatur, modo crassis attenuantibus, modo frigidis adstringentibus, et comprimentibus, facile ad infernas partes dilabitur; quo factum est, ut laborantes periclitentur pleuritide, peripneumonia aut alio thoracis, vel pulmonis gravissimo affectu, qualis colli perversio et convulsio est, ut latius lib. nostro de pulsus arte et harmonia exposuimus. Verum si mixta fluxio fuerit ex utrisque permixta quoque aderunt predicta indicia. Quale præsagium ex angustia per pulsum liceat proferre, reperies eodem lib. de pulsu, cap. angina.

(*Lib. secundus, cap. XI, p. 163.*)

TRINCAVELLA

De inflammationibus, ac ulceribus omnium partium oris et faucium.

Eodem modo; et eisdem de causis in universum oriuntur inflammationes, in ore, et omnibus, quas recensuimus, oris partibus, quibus et aliarum particularum nostri corporis inflammationes ; nimirum (ut Gal. multis in locis docuit) ex calida fluxione irruente in aliquam definitam particulam, ea porro ratione, quod partes fortiores, cum aut multitudine gravantur, aut prava aliqua qualitate eorum, quæ in ipsis congesta sunt, excrementorum irritantur, excitata expultrice facultate, nocuam materiam ad imbecilliores partes impellunt, in quas si infarciatur, illas replens in tumorem attollit. Si vero per venas diffluat, neque ex eis exprimatur, vel si etiam aliquid exeat, non tamen hactenus, ut repleat meatus, et inania spatia, sed tantum ut quasi humectet: non fit aliquis tumor in particula, verum vitiat, et immutat naturalem temperaturam illius. Et hoc modo consistunt morbi in intemperie cum materia. Quod si fluxio hæc, præter id, quod calida sit, sit etiam adeo acris, ut possit abradere, et erodere particulas, in quibus consistit, et per quas transit abradendo et erodendo, soluta particularum continuitate, ulcus infligit. Hoc tamen præterea considerandum, quod cum fluxio motionem significet morbosæ materiæ ab uno loco ad alium impulsæ. Ideo duo medico recte has affectiones curaturo sunt observanda. Primum, unde defluat ea materia. Deinde, ubi fluens consistat. Nam primum respiciens, causas fluxionis de medio tollere; alterum vero, morbum factum curare poterit. In his autem harum partium affectibus potest fluxionis occasio in variis, et diversis locis consistere ; siquidem et vitio ventriculi interdum, et consensu cum eo lædi fauces, guttur, et os possunt. Sæpe enim si sit congesta aliqua vitiosa, et putris materia in ventriculo ab elatis vaporibus afficiuntur hæ particulæ, et lingua, faucesque nigrescunt, exasperantur, et tandem

exeduntur, et ulcerantur. Unde hoc pacto in lactantibus infantibus, corrupto lacte in ventriculo, fiunt ulcera, quæ Græce ἀφθαι dicuntur. Multoties quoque ex acri materia per vomitum rejecta abraditur, et ulceratur os. Nonnumquam etiam consensu cum pulmonibus male afficiuntur hæ particulæ, itidem ex vaporibus elatis ad os, et fauces. Sæpe namque id vidimus illis accidisse, in quibus purulenta materia in his partibus fuerat collecta. Unde suppurati, et saniosi, a Latinis, εμπυχοι a Græcis dicuntur. Sæpius etiam in febribus acutis, ubi fomentum febris, vel (ut juniores loqui solent), munera in spiritualibus membris sedem habet, id evenire solet. Quare Gal. in Prognos. referens quæ symptomata sæpius sequantur febres, cum earum fomentum, in membris naturalibus est, et quæ, cum in spiritualibus, ait, quod priores sequi solent alvi profluvia: has vero spirandi difficultas; præterea linguæ, et faucium asperitas, nigredo, et alia id genus. Tertio autem solent affici hæ partes consensu cum toto corpore, vaporibus videlicet a toto ad easdem elatis, ut in febribus præsertim vero malignis, et pestilentibus nec modo vapores, sed etiam interdum humores confluunt ad has partes, effervescentibus nimirum vitiosis humoribus tum ex putredine, tum ex igneo, et vehementi calore febrili atque inde fiunt in ore, et faucibus erysipelata, herpetes, aphtæ, interdum exquisita erysipelata, interdum phlegmonosa, et multa alia mala his similia. Postremo autem, et frequentius solent ex superioribus partibus, ut Gal. tum tertio, tum sexto apho. testatus præterea et quarto de tuend. san. et secundo de ratione vict. in acut. mor. nimirum ex capite, et cerebro fluxiones ad guttur, fauces, aliasque; huc spectantes particulas deferri; unde inflammationes, erysipelata, ulcera, et id genus alia mala ortum habent. Quamvis autem fluxiones hæ, tum a capite, tum ab aliis locis defluentes: non semper in oris, et faucium particulis consistant, sed et alias multas possint decumbere, his tum superiores (ut in prioribus libris fuit expositum) tum inferiores, ut in sequentibus dicetur: attamen ad nos in præsentia pertinet ea persequi quæ ad has particulas attinent. Sed primum de inflammationibus sermonem habeamus: utpote, quæ habent aliquam majorem diversitatem in acuties, molestia, et periculo non tantum ratione sui, videlicet fluxionis, et modi, quo generantur, et consistunt, quantum

ratione locorum, in quibus existunt, a quibus etiam diversa nomina sortiuntur. Cum ergo fluxio in lingua, et palato consistit, excitata inflammatione, ut non admodum gravis morbus est neque insigne aliquod periculum annexum habet: ita neque privatum aliquod nomen consecuta est. Nisi quod interdum sub lingua ad eius radicem, et venas quæ sub lingua sunt, succresit tumor quidam, præfertim vero pueris, qui a similitudine, quam refert, græce βαθραχος, hoc est, rana vel ranunculus (ut retulere Paulus, et Aetius) dicitur. Et quamvis fiat a pituitosa, humida et lenta fluxione ; aliquando tamen ad inflammationis naturam (ut ait Paulus) accedit. Unde et si plerunque ex siccantibus, et attenuantibus soleat curari. Ego tamen interdum suppuratum illum vidi, atque ex eo rupto prosiluisse pus copiosum. Inflammationes vero, quo magis in interioribus partibus, decumbente ad eas fluxiones concitantur, eo et molestiores, et graviores sunt ; quo vero magis in illis, quæ exterius vergunt, eo minus periculi afferunt. Ut ergo prius diximus, duarum glandularum quasquidem iuniores amygdalas appellant, inflammationes, tonsillæ a latinis dicuntur, quamvis et particulæ illæ ab aliquibus tonsillæ nuncupentur, græce vero αντιαδες. Columellæ vero, vel gurgulionis inflammatio, præfertim vero, quando adeo extenuatur eius radix, unde pendet, ut fiat similis pediculo, cui acinus uvæ inhæret, vocatur a similitudine, græce quidem ςαφυλη latine vero, uva. Diximus autem inflammationes partium, quæ inter has glandulas, et columellam, atque fauces, vel guttur, paristhmia nuncupari. Internæ vero, quæ in faucibus, et musculis, qui summo capiti asperæ arteriæ, et ligulam vel επιγλωττιν moventes, quæ sunt proxima vocis instrumenta, quas partes φαρυγγα Græci, nos fauces appellamus, latine angina, græce συνάγχη vel κυναγχη dicitur, eò quod hominem angat, prematque, atque quasi laqueo strangulet. Quia vero morbus acutissimus est, interdum et discriminis maximi. Ideo hic aliquantisper consistamus. Ubi primum hoc animadvertendum, quod antiqui medici, præcipue vero Hip. communii anginæ, vel πυλαγχης nomine omnes affectus nuncuparunt in hoc loco consistentes, qui spirationem lædunt, quomodocunque id faciant. Habet autem angina varias et diversas differentias, quæ cognitu necessariæ medico sunt, tam ad præfagiendi, quam ad curandi rationem. Bifariam autem eas partiendi

ratio iniri potest. Cum enim duo in ratione anginæ conveniant (ut ex prædictis percipi potest) nimirum inflammatio ex fluxione excitata, et locus, in quo consistit inflammatio, vel fluxio, tam ex diversitate loci, quam fluxio corripit, quam ex diversa fluxionis natura potest accipit ratio diversarum differentiarum istiûs affectus. Sed primum differentias a loco sumptas persequamur. Inflammatio ergo aut fauces corripit: fauces vero locum appello, vel partem illam quam φαρυγγα Græci vocant, quo pertingunt, et quasi cocunt gulæ, et asperæ arteriæ sines, ac supremæ partes, quæ sunt quasi ostia, et aditus, tum cibo et potui ad ventriculum; tum spiritui ad pulmones : sicut extremum arteriæ, λαρυγγα Græci, nos guttur (ut puto) nuncupamus. Cum igitur in faucibus extuberat inflammatio, aperto ore, et aliquo instrumento lingua depressa, rubor, et tumor introspicientibus conspicuus est. Quod si ita interius malum consistat, ut in faucibus neque tumor, neque rubor appareat neque etiam exterius signa inflammationis percipiantur ; attamen in gutture sentiat æger se strangulari : hæc est altera anginæ differentia. Tertia vero est, cum in faucibus quidem suboritur inflammatio, sed versus exteriorem partem. Quarta est, quando ex inflammatione tument externæ partes circa guttur. Medici vero Hipp. posteriores, has omnes differentias diversis nominibus, ut quarto aph. et tertio prognos. Gal. tradidit, distinguere volentes, primam συναγχω alteram ηνναγχω, tertiam παρασυναγχω quartam παραηυναγχω appelavere : quos fere deridet. Gal. Sed et alterius etiam differentiæ meminere Hipp. et Gal. quarto de locis affectis cujus proxima causa est, luxatio vertebrarum, quæ cervicis sunt : nimirum quando luxatæ introrsum impelluntur ; ita enim et gulam, et subinde guttur seu arteriam premunt. Periculosissima autem luxatio est vertebrarum superiorum, sicuti illius, quæ dentem appellatum habet, minus aut quo inferiores sunt. Et huic, quæ ex luxatione fit magis obnoxii sunt pueri quam adulti. Nec modo hac ratione distinguuntur differentiæ anginæ, verum et ratione fluxionis, unde excitatur, quæ plerunque (ut diximus) ex capite est; interdum tamen et aliunde. Fluxio vero non semper eandem habet naturam, sed differentem. Unde et diversæ etiam excitantur anginæ differentiæ. Nam aliquando ea fluxio calida est, tenuis, et acris ut quarto de rat. vict. in acu. mor. et tertio apho.

ait Gal. ait tamen ut aliquando magis inflammationis particeps sit: nonnunquam vero erysipelatis, ut idem quinto de loc. affect. tradidit : et in hoc quidem, dolor vehemens est, sitisque et vehemens etiam ibi calor percipitur : adest etiam febris, sed non adeo calida, neque pro ratione sitis. Aliquando autem fluxio magis pituitosa et lenta est, et ubi tumoris non multum calidus sit, alioquin enim nisi aliquem calorem habuerit inflammationem, quam tanquam genus anginæ constituimus, nequaquam poterit excitare. Sed de hoc in secundo libro, ubi de lethargo fuit habitus sermo, egimus. Ubi ergo non multum habuerit calorem, fere erit absque febre prior autem anginæ differentia, ut idem Gal. eisdem in locis docuit solet plerunque guttur vel λαρυγγα occupare; frequentiorque est in æstate, autumno : sicut altera hyeme, et vere; et fauces potius torquet. Unde in ea quædam inæqualitas in devorando percipitur. Nam cibus retineri alicubi videtur, præcipue qui crassior et durior est non sine levi aliquo dolore. At vero cum gulam angina corripit, quidam etiam dolor in dorso percipitur; ob id quia gula spinæ incumbit ; sicuti cum in extrema arteriæ parte, vel gutture ; tantam affert spirandi difficultatem, quod (ut quarto aphor. monet Gal.) sæpe in discrimen repentinæ strangulationis adducit. Omni autem angine hæc duo assident incommoda. Nimirum quod et ægre devorant ægrotantes, et non nisi cum dolore, ut sæpe per nares (ut quarto de loc. affect. idem ait) potum rejiciant : tunc autem major difficultas, dolorque angit cum iacens et supinus devorare nititur : unde mutata figura, considere hi coguntur. Præterea assidet et spirandi difficultas; non tamen cuicunque tanta ut suffocationi periculum laboranti minetur. Quatenus vero ad præsagiendi rationem pertinet, hæc ex Hippo. et Gal. locis sæpius jam citatis colligenda, et annotanda duximus. Primum, quod angina, quæ ex luxationes fit, communi quidem (ut statim initio capitis monuimus) nuncupatione dici hoc nomine potest; quia angit, et strangulat citra noxam pectoris, et pulmonis : hac enim ratione imprimis angina a peripneumonia, et pleuritide discernitur, quoniam si proprie, et exquisite loqui velimus, angina partium oris, et faucium inflammationem significat; luxatio vero aliud est ab inflammatione. Quamvis luxatio hæc bifariam fieri possit. Vel enim ictu, et percussione, ex casu, aut alia occa-

sione; vel (ut ex sententia Hipp. in libro de articulis refert Gal. quarto de loc. affect.) ob crudum aliquod tuberculum in corporibus nervosis, quæ vertebris incumbunt, succrescens, quibus ex tumore contractis, torqueri vertebras necesse est; et ejusmodi quidem istius luxationis causa magis similem inflammationi, et subinde anginæ rationem habere potest. Sed redeamus ad nostrum institutum; cum ex ictu et repente fit luxatio, curationem non admittit, cum vero ex tuberculo, censuit Hipp. (ut secundo libro Epidem. insinuat) interdum curari; esse tamen periculosas has anginas: et eo magis præceps periculum afferunt, quod cervicis superiores vertebræ fuerint luxatæ. Reliquis autem anginæ differentiis, quæ in inflammatione consistunt in majus, minusve periculum, ratione loci, cui incumbunt, hominem adducunt. Ea enim præ aliis acutissima est; et citissime strangulans, in qua maxima et spirandi difficultas, ita ut cogatur ægrotus recta cervice respirare, et a dolore plurimum cruciatur, quæque interiores gutturis partes corripuit; ut ore aperto, et lingua depressa, nullus in faucibus inspiciatur tumor, aut rubor. Ubi autem fauces et tumidæ, et tabentes videntur, dolentque, et insignis etiam spiritus angustia percipitur, non tanta tamen, ut in priori, periculum sane et hæc adjunctum habet, non est tamen perinde acuta ut prior. Longe vero minus periculosa est ea, in qua nec multus dolor, nec insignis spirandi difficultas molestiam affert, et præter fauces collum etiam tumoris et ruboris est particeps, nam extrorsum vergit malum. Quare sexto et septimo Aph. pronunciavit Hipp. bonum esse in angina tumorem, et ruborem, cum in cervice, tum in pectore apparere; tertio vero Prognost. unde hæc fere omnia descripta sunt, dixit eam anginam salubriorem esse, in qua tumor et rubor extrorsum convertitur. His autem præterea addendum est, quod si ægrotanti supervenerit angina, qui vires parum firmas habeat, desperata est omnino ejus salus: quicquid enim spei reliquum est in his accutissimis morbis, id (ut decimo methodo docuit Gal.) in robore virium situm est. Nec etiam præter eumdem cujus quarto Aph. idem meminit, quod perniciosissima est angina, in qua febris vehemens est, cum multa spirandi angustia. Cum enim in magna febre multa sit refrigerii necessitas; quod larga spiritus attractio præstat, exiguus vero in his attrahatur;

citissime strangulantur, nullusque evadere potest. Ea autem angina, nec acuta admodum est, nec ad discussionem difficilis. In qua ex pituitosa fluxione fauces tument. Sed nec hoc ignorandum quod (ut idem quarto de causis puls, monet) angina transit in, peripneumoniam, translato videlicet impetu fluxionis ad pulmones. Nonnunquam vero in convulsionem, conversa nimirum fluxione ad nervos, et medullam spinæ. Et cum eorum pulsus, qui angina tentantur, particeps quidem cujusdam sit tensionis; hac ratione fit, ut quoquomodo pulsui eorum, qui convelluntur, similis evadat. Cum præterea non nihil undosus, et magnus sit, ut peripneumonicorum pulsus ; inde etiam fit, ut ejus transmutatio in quam partem casum minetur, ex pulsu præcognosci possit. Nam si majorem habent tensionem, inditio erit vergere in convulsionem. Sin autem major, et undosior fieri pulsus videatur, in peripneumoniam inclinare anginam ostendet. Addit autem Gal. tertio Prognost. quod conversa angina ad pulmones delirium concitat, et strangulat intra septem dies, aut suppuratur, ut ait Hippo. quinto Aph. Sed de his satis ; ad curationem drogrediamur.

(*Cap. VI, p. 102.*)

De ratione curandi anginam, et reliquas faucium, et oris inflammationes.

Cum item sit modus, quo omnes, qui in his partibus suboriuntur, inflammationes excitantur, nimirum ex fluxione, eædemque fluxionum differentiæ : Nisi quod cum duplicem esse eam fluxionem dixerimus, quæ his partibus solet esse infesta ; alteram videlicet crassiorem, et magis pituitosam, alteram tenuiorem, calidiorem, et biliosiorem. Prior quidem (ut testantur Gal. et Hipp. 4 de rat. vict. in acut. morb.) magis in faucibus, et frequentius solet consistere ; utpote quæ latiores venas habeant, capacioresque, crassioris, et magis lentæ fluxionis. Altera vero quæ tenuior et biliosior, e latioribus quidem facilius effluit, ab angustioribus autem facilius continetur, et sistitur, unde frequentius in gutture, quod λαρυγγα græce appelari diximus, solet inflammationem excitare ; nam venæ gutturis sunt minores, et angustiores. Ad hæc cum natura harum omnium partium

similem pene indicationum rationem habeat; hoc excepto, quod earum quædam actionem, et officium obeunt vitæ, et saluti magis necessarium, sicuti quæ ad respirationem sunt magis necesariæ, ut guttur, majus momentum, quam fauces habet in hac actione, et fauces quam gurgulio, gurgulio vero, quam aliæ oris partes. Unde postea affectus, et inflammatio gutturis acutior morbus est, et cui magis præceps assidet periculum, quam faucium ; et harum quam gurgulionis ; et sic subinde. Cum igitur ea omnia ita se habeant, similis quidem erit ratio curandi omnes harum partium inflammationes; ut tamen medicus magis sollicitus sit, et in administrandis opportunis remediis velocior, ubi majus, ac citius periculum impendet. Nam, ut 6 aph. dixit Hip. in his differre, hoc malum principium vero curationis a communi methodo accipiendum est cujus affectus. Omnes comprehendit a fluxione concitatos. Ea vero est, ut primum fluxioni morbificæ occurramus, ac eam sistamus. Sisti autem nequit, ubi præceps, et vehemens sit; fluxio factura morbum aliquem magnum, nisi (ut sæpe testati sumus), evacuatione tum corporis universi, tum harum particularum. Hac enim ratione, et facile reprimitur fluxio remota, nempe ejus causa ; cum revellendi et avertendi ejus impetum vacuatio opportune administrata vim habeat; prætereaque, ut eodem loco docuit Gal. et commodiorem utiliorem, magisque efficacem usum localium remediorum præstat, quæ subinde necessaria sunt ut et repellatur irruens humor et digeratur, qui jam influxit. Corporis autem inanitionem moliri possumus triplici usi instrumento medico. Nimirum ope manuum; sicuti secta vena, aut incisis cucurbitulis. Deinde usu medicamentorum purgantium clysteriumque, præterea tenuiori victus ratione. De horum igitur unoquoque particulatim, et seorsum sermonem habeamus. Primumque de sanguinis missione. Nam et hoc remedii genus, semper fere in his acutioribus morbis ex recta methodo alia omnia, nisi quidpiam aliud vetet, præmittendum est: Prohibere autem eam possunt hæc. Primum quidem si alvus astricta non dejecerit prioris assumpti cibi excrementa non modo unius, sed et alterius dici, quo in casu prius clysteri procurandum esset, ut dejiceret.

Quamvis Hip. in secundo de Rat. vict. in acut. morb. clysteri utatur post sectam venam. Ego vero, nisi valde esset astrictus

alvus, putarem posse differri clysterem post incisam venam ; sed si astrictior esset,præstare existimarem clysterem præcedere, lenem tamen. Et si quis diceret, nonne possumus et leniente pharmaco idem efficere, ut cassia nostra, quam Arabes plurimum commendant in inflammationibus faucium ? Porro et id fieri (inquam) posset quando in mora nullum esset periculum ; Sed quia in angina, præsertim quæ guttur interius tentat; interdum adeo in præcipiti res est, ut intra spatium horarum viginti quatuor hominem jugulet. Ideo longe expeditius esset, illa eadem hora huic periculo occurere, secta vena, et præmisso clysteri, aut paulo post imposito; quam differre quousque alvus per medicamentum exoneretur. Quod si neque adeo acutus morbus esset, neque eo in loco suborta esset inflammatio, ut in devorando solidiori, vel liquido medicamento periculum immineret, recusaret que clysteres ægrotans, possemus tunc rem hanc lenienti pharmaco transigere. Deinde vero obstare possunt ætas, et vires male affecti corporis ; quod quidem impedimentum longe majoris momenti est, ut prætereamus tempus anni, constitutionem, regionem, et id genus reliqua, quæ potius in magnis morbis modum evacuationi imponunt, quam quod omnino vetent. Sed primum agamus de iis, in quibus nihil est quod venam secare prohibeat. Statim ergo detecto principio inflammationis, si eo videatur futura magna, et periculosa, pertundenda erit vena exterior in brachio, quam humeralem græci, arabes, et juniores cephalicam appellant, et in eo brachio, quod ex ea parte est, in quam vergit inflammatio e directo videlicet partis affectæ : copiosusque deinde sanguis detrahendus est; habita semper ratione cum plenitudinis corporis et impetus fluxionis irruentis ad inflammatum locum, tum vel maxime ætatis, et virium affecti corporis. Inanito autem corpore universo, et consistente jam, aut omnino, aut magna ex parte fluxione, inveterascenteque morbo, cum jam indicatio, quæ est a fluxa materia, et facto jam morbo, vim majorem cæperit habere; propterea quia obsisti non potuerit, quin tumor non creverit insigniter : si venæ qui sub lingua sunt, incidantur, ac pro ratione tumoris, et virium effluat, non parum proderit, quia inflammatio, præsertim in faucibus, inde detracto sanguine, vacuabitur. Sed interdum in aliquibus, aut non pos-

sumus sanguinem ex ratione detrahere, vel etiam nolumus, non possumus vero; quia vel habitus, et natura corporis non facile admittit sectionem venæ, sicuti mulieres, quæ molliores, et albas habent carnes, quæque non admodum coloratæ sunt, itemque pueri et eunuchi. In ejusmodi itaque corporibus per scarificationem, et cucurbitulas scapulis, et dorso interdum vero et cruribus affixas sanguinem mittimus ; quod et Gal. consuluisse, præsertim in lib. de cucurb. observavimus. Neque enim ex sanguine hoc modo detracto dissolvitur robur caloris nativi, neque spiritus ita exinaniuntur, ut ex liberaliore sanguinis missione per venam sectam. Quod si neque hac ratione audeamus sanguinem exhaurire, id erit agendum, quod consuluit Gal. quarto de sanit. tuen. qui in curandis lassitudinibus, quæ cum alioquin sanguinis detractionem requirerent, eam tamen ætas non concedit, vel timiditas hominis nempe, ut liberalius alvus dejiciat, procurandum esse censuit. Quare jam ad hoc secundum instrumentum, quo medici utentes universum corpus inaniunt, exponendum accedamus. Communi autem nuncupatione purgatio dicitur, quam medicamentis molimur. Sed quoniam duplex est regio, qua imprimis universum corpus purgatur ; nempe superior, et per os, ut quando ad vomitum imus. De qua ratione vacuandi non est, cur in præsentia agamus. Quia evacuatio, quæ inter initia molienda est, ea debet esse (ut eodem 4 de rat. vic. in acu. mor. docuit Gal.) quæ vim habeat non tantum corpus inaniendi; sed et revellendi ab affecto loco. Vomitus autem potius commovet humores sursum versus superiores locos, in quibus consistit inflammatio; quam ut inde avertat unde altera regio inferior et per sedem accommodiator est huic negotio. Per dejectiones ergo alvi potius curandus est is affectus. Et cum bifariam alvi dejectiones evocari possint. Vel medicamentis bibendis, aut devorandis, aut illis, quæ per clysteres injiciuntur inferius per sedem. Non erit procul a nostro instituto, si de utrisque agamus; cum utramque rationem ejiciendi alvum laudaverit. Gal. sexto de Comp. medicamentis, sec. loc. et eodem quarto de Rat. vict. in omnibus harum partium inflammationibus. Sed primum de medicamentis assumendis ore sermonem instituamus ; deinde de illis, quæ supponenda sunt, verba faciemus ; quantum ergo ad medicamenta, quæ sumenda

sunt, ut et universum corpus inaniatur, et impetus influentis humoris revellatur, atque alio convertatur, hæc imprimis consideranda sunt, qualitas medicamenti, quantitas, et forma, vel consistentia. Et ut ab hoc postremo incipiamus, cum triplex soleat esse forma medicamenti, vel consistentia, quod in usum venire potest. Nam aut catapotiis vel pilulis utimur, aut potionibus, appellatis *bolis* qui non ita solida, et dura substantia, ut pilulæ constant, sed teneriori, neque tamen fluida et liquida, ut potiones; verum fere inter hæc media. De iis enim, quæ ex saccharo parantur, in orbiculosque confecta rediguntur, et vulgo *confectiones* nominari solent ; in quem modum, et diaturbith appellatum, et diaphœnicon interdum parant apothecarii, ut minus ingrata sint, et deglutiendi facilius possint, nolumus in præsentia loqui ; quippe cum in his majoribus morbis hanc gratiam non quærimus, ubi ulceratio aut pus est.

Consulemus ergo in electione modi, vel formæ medicamenti exhibendi, facilitatem devorandi, vel deglutiendi. Nam, et si in omnibus aliqua sit istius rei habenda ratio, ea tamen major est in hoc affectu habenda; quia (ut paulo antea diximus) omnes harum partium inflammatione sequitur angustia faucium, unde difficilis admodum redditur devoratio, et non sine insigni dolore, quo deinde inflammatus locus irritatur ; magis autem a re dura et solida, quam tenera et liquida. Quare et si solidius medicamentum efficacius, et vehementius trahat vacuandos humores ; ob id quia diutius moratur in ventriculo, cum non ita facile dissolvatur, et diffluat. Attamen, ut aliqui ineptissimi sunt ad devorandas pilulas, vel catapotia, et id suapte natura : Ita omnes fere in his affectibus non citra insignem laborem, et dolorem, eas devorant. Præterea consideranda est ratio morbi. Quoniam si valida, et multa adsit febris, pilulæ non admodum conducent, ut quæ calefaciant magis, et exsiccent, quam appelati boli, vel potiones. Aliis vero omnibus minus potiones, tum ex modo substantiæ ; tum quia parari possunt, et dilui decoctis, vel aliis liquoribus, quæ vim habeant leniendi, et reprimendi inflammationes, refrigerandique, et humectandi. Cui et hoc addamus, quod si ex molestia medicamenti concitetur vomitus, non ita velox imminet suffocationis periculum, si liquidum fuerit medicamentum, veluti si solidum. Pilulæ enim, et boli, dum vomitu

excluduntur confertim, et valido impetu ad angustias oppressi ab inflammatione transitus, majus afferunt periculum. Unde aliqui hac ratione repente strangulati sunt. Ut accidit hic Patavii cuidam muliercula laboranti angina, quæ devoratis bolis aliquot cassiæ, et vomitu excitato a molestia medicamenti statim strangulata interiit. Qualitas autem medicamenti consideranda est, quatenus ad duo ea referri potest. Vel ad vim, qua humores respicit, ut hunc vel alium suapte natura magis respicit ; unde in electione consulenda est natura fluxionis a qua concitatur inflammatio. Hipp. enim hoc docuit, ubi ait: si qualia oportet purgari, purgantur, et confert, et bene ferunt. Ea autem purgari oportet, (ait Gal. locum explanans) quæ lædunt, et morbos procreant. Nec modo in petenda electio medicinæ, quantum ad vim purgatoriam pertinet, sed etiam ad qualitates, quæ primæ vocantur. Si enim calida admodum et acris fu erit fluxio, declinanda erunt medicamenda, quæ interius non minus fere nocent calefaciendo, quam prosint vacuando. Peculiari autem proprietate in his affectibus Ægyptiæ cassiæ liquorem laudarunt Arabes; et id duplici nomine. Primum quia purgat, deinde quia vim habet partes illas dum per eas defluit, leniendi, ac digerendi inflammationem, reprimendique et tunc præsertim, cum dissolvitur aqua vel decocto, vel succo solani. Sed et quantitas medicamendi bifariam consideranda est. Nam aut quantum refertur ad vires et robur medicamenti in vacuando. Aut quatenus proprie restituit quantitatem, hoc est molem, et copiam medicamenti in primo hæc consideranda velocitas motus, et acuties morbis, quoniam si videatur præceps, et violentus admodum motus fluxionis, et augmentum inflammationis, jam subit rationem turgentis morbi. Unde consuluit. Hip. in valde acutis, cum præceps est motus, medicamendum esse eadem die, quod quidem ad medicamenta valenter purgentia pertinere dixit Gal. Quare statim cassiæ, si cassia videatur utendum, et tenuis, calidaque fuerit fluxio, erit addendum electuarium ex succo rosarum descriptum a Nicolao, vel rosatum ex descriptione Mesue, de quibus superius fuit habitus sermo. Sin autem pilulis videatur utendum, *aureæ* erunt aptæ. Sed si fluxio fuerit pituitosa, aut diaphœnicon addemus, aut agaricum ; pilulæ vero cochiæ erunt accommodatæ. Pro cassia autem, si quis eam abominetur, rosaceo syrupo solutivo utemur.

At si morbus, et fluxio quæ ejus causa est, non adeo acuta sit, ut cogat nos ita accelerare, possumus acrioribus medicamentis parcere et uti facilioribus, et lenientibus. Si autem loquamur de quantitate, ut copiam, et molem respicit, debemus quo possumus minoribus medicamentis uti, et minori copia duplici de causa, primum propter difficilem assumptionem ægrotantis, ægre devorantis, ut diximus, deinceps quia amplum, et copiosum medicamentum facilius promovet vomitum, qui non parum in his affectibus molestus est, et noxius, et id, sive pilulis videatur potius utendum, sive bolis, sive etiam potionibus. Postremum autem medicum instrumentum evacuationis universi corporis, est victus tenuioris ratio quæ debet ex proportione respondere. et acumini morbi. Nam hoc docuit Hip. 1 aph. cum ait, ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, et tenuissimo victu utendum est, ubi vero non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior. Unde (ut ait Gal. 6 de comp. med. sect. loc.) protinus ægrotanti quies imperanda, et inedia, vel exquisita, si res plurimum urgere videatur, vel tenuis admodum victus, donec sistatur fluxio, et res jam in tuto sit. Vini potus omnino ægrotanti interdicendus ; danda vero aqua, aut mulsa, aut si pituitosior sit fluxio poterit aliquid, aut oxymelitis, aut acetosi syrupi immisceri. His autem temporibus pro mulsa utimur, julep appellato rosaceo, vel violaceo, quæ magis refrigerant et leniunt exasperatas fauces. Sed neque omnino frigida hæc bibenda ; frigus enim mordet, et asperat partes has, sed potius tepida, ita enim magis sedatur dolor. Quibus recte institutis et fervatis locus affectus jam tuto tractari poterit remediis,et medicamentis, quæ topica, seu localia, dicuntur, et particulatim affecto loco adhibentur. Quorum primum. et in universum eadem penitus est methodus, quæ et aliornm medicamentorum inflammationibus aliarum particularum curandis administrandorum. Exceptis illis, quæ occupant adenosas, vel glandulosas partes, ut bubones, et parotides. Harum enim curatio in principio diversa, et fere aliis contraria, sed de his superius capite de parotide egimus. Methodus ergo hæc generalis his indicationibus vel etiam scopis constituitur ut sæpius diximus. Nempe, ut primum repellatur influens humor ab affecta parte,

deinde ut quod jam influxit, per maturationem, et digestionem discussum vacuetur. Sed de repellentibus prius agamus. Ea autem sæpius jam repellendi vim habere diximus, quæ refrigerant et astringunt, ut quæ austera sunt, atque adeo etiam magis, quæ acerba. Porro autem cum in his affectibus non sit eadem ratio, quatenus ad eorum vehementiam, et magnitudinem pertinet, tum ratione inflammationis, quam ratione loci quem corripit inflammatio, et impetus fluxionis, unde nascitur magnitudo, et celeritas periculi; non erit etiam idem modus, et ordo remediorum, et medicamentorum. Nam ubi non multus fuerit impetus influentis humoris, neque magna videbitur excitari inflammatio, mediocria satis erunt medicamenta repellentia, qualia sunt austera. Sed cum vehemens sit irruentis fluxionis impetus, et inflammatio in insignem magnitudinem excrescere videatur, necesse erit, si hæc reprimenda sint, valentioribus ea aggredi, qualia sunt acerba. Quoniam vero (ut particulatim rem agamus) varia est forma medicamentorum quibus in his affectibus et possunt et solent uti medici. Nam aut decocta parant, quibus tum colluatur os, tum gargarizetur. Aut interdum linimenta conficiunt, quibus affectas partes illiniunt. Aut etiam aridis illis utuntur, medicamentis videlicet contusis, et in tenuem pulverem redactis; qua medicamentorum ratione præsertim in columella inflammata, vel ex nimio humore laxata, et longiori facta utimur. Non erit ab re nostra alienum, ut de collutionibus, et gargarismatibus verba faciamus. Nam præter id quod hæc sunt in frequentiori usu, commodiora etiam sunt in universum, in quocunque loco constet inflammatio. Quia laborantibus intimioribus, et penitioribus faucium partibus, non ita commode possunt linimenta adhiberi, vel arida inspergi. Mediocres ergo, et utiles erunt collutiones, si parentur ex palmulis, vel ex rosis aridis, vel ex pampinis, vel capreolis vitium, vel ex foliis germinibusve rubi, vel canini rubi, vel ex cytini mali punici vel mori radicibus; præterea vero ex malis, pirisve acerbis, quæ vel seorsum singula, vel plura mixta coqui possunt. Testatur enim Gal. quod sæpe observatum est, horum mixturam usu simplicium utiliorem esse. Quæ quidem si ex aqua mellis addita modica portione, decoquantur, et illis, ad os colluendum, et in gargarismate utamur, non parum conducent. In secundo

ordine sunt, quæ sequuntur ; utpote quæ fortiora, et potentiora sunt, nimirum folia et fructus myrti, et cotonea acerba, salicis quoque tenuiora germina, aut etiam arbuti, aut smilacis, aut fagi, item glandes, mespila, corna. Supremum vero ordinem gallæ occuparunt, et rhus tum obsoniorum, tum tinctorum, et fructus myrticæ. Sed præ his omnis summe astringunt omnia aluminum genera ; in quibus cum scissile tenuioribus constet partibus aliis etiam est utilius. Verum medicamenta tria in maximo usu sunt, quorum duo ubique parata servantur in apothecis apud pharmocopolas : quæ ex succis horum fructuum parantur, primum ex succis mororum immaturorum, vel rubi, vel eorum, quæ domestica sunt, et sycomori appellantur ; sed mora rubi valentiora sunt in hoc negotio. Deinde vero ex succo expresso ex viridibus nucibus, quod et aliis omnibus præfert Galen. qui ejusmodi medicamenti fuit inventor. Et quamvis horum fructuum succi ita per se, sine aliorum mixtura gargarizati statim inter morbi initia mirifice prodesse possint, attamen si melle excipiantur, et coquantur eo modo quo syrupi fieri solent his nostris temporibus, poterit et diutius medicamentum servati integrum (alioquin enim et acescunt cito, et putrescunt succi facillime), et præterea in usu erit suavius, et moderatius. Quo non solum inter initia statim, sed frequenti etiam tempore, immo usque ad perfectam sanationem, utiliter uti poterimus, præsertim vero si pro ratione mutationis affectus in his temporibus varia addiderimus ; ut si in principio aliquid, quod magis astringat, fuerit additum aliis autem temporibus, quæ aut magis dolorem sedent, aut magis digerant pro varia rerum opportunitate. Priscis etiam temporibus erat in maximo usu medicamentum confectum ex succo expresso ex triplici malorum punicorum genere, una cum putamine ; quo tempore nondum plene maturi sunt hi fructus, et ex melle coctum ad crassitudinem, ut fiunt syrupi. Verum (ut docuit Gale.) ex multis aliis fructibus, quicunque vel austeri, vel acerbi sunt, simile potest medicamentum confici, ut ex silvestribus pyris, ex cydoniis, ex mespillis, ex cornis, ex immaturis uvis, et id genus aliis. Propterea vero istiusmodi medicamenta, cum ex melle parantur, accommodari possunt, non soli in principio morbi, sed sequentibus etiam temporibus : quia ex melle aliquid consequuntur

facultatis digerendi. Aliquantisper autem obtunditur vis astringendi; unde et aliquid magis astringens adjici jubet Gal. cum in initio eis usuri sumus, sicuti sequenti tempore, cum majori opus est digestione et aliqua maturatione, commode poterit aliquid croci, et myrrhæ addi, sicut si singulorum horum scrupulum libræ ejus medicamenti addiderimus. Sed ubi *consistere* jam morbus incœperit, utendum est illis quæ inflammationes lenire et concoquere possunt. Etenim rarissimum est, quod solis repellentibus queant hi affectus superari. Quod si contingat superari in hiis superantur, in quibus corpus ab excrementis mundum est, neque multus est impetus fluxionis. Nam ubi major sit affectus vel etiam a principio, vel paulo post, commiscenda sunt digerentia, usque quo consistat. Quo tempore si dolor sit infestus (ut nuper dicebamus) tum lenienda, tum concoquenda est inflammatio. Hoc autem præstare poterit lac nuper mulsum, atque ita tepidum gargarizatum, et decoctum glycyrrhizæ vel etiam caricarum pinguium, item et pinguium passularum, et aliorum id genus. Ubi vero jam inclinare inflammatio cœperit, eis quæ magis digerunt admixtis prædictis medicamentis procurandum, ut tollantur reliquiæ influxæ materiæ, et illis, aut valentioribus, aut infirmioribus; prout crassior fuerit materia infarta in inflammatione, vel minus crassa, et magis, vel minus induruerit inflammatio. Nam aliquando crocus, et myrrha erunt satis, si medicamentis illis, quæ ex prædictis succis conficiuntur, sunt addita. Interdum alia, quæ efficacius discussionem adjuvare possint, admiscentur. Meminit autem Gal. nitri, aut aphronitri, aut sulphuris ignem non experti; præterea thymi, mentæ, hyssopi, pulegii calamenti, origani et aliorum istiusmodi medicamentorum; quæ non in multa copia, sed modice, pro ratione tamen naturæ, morbi, et materiæ contentæ in inflammatione, aut addenda sunt, dum coquitur medicamentum, aut facienda decoctio ex horum uno vel pluribus, qua deinde diluatur decoctum medicamentum, quo os colluendum, et gargarizandum est. Nam si faucibus et penitioribus partibus malum incubuerit, gargarismate erit opus, si in ore, satis collutio erit. Hæc autem sufficere possunt quatenus ad rationem curandi has inflammationes pertinet, et ad nostrum institutum spectare potest. Nisi quod antequam finem hujus capiti imponamus, non erit a re nostra

alienum, si meminerimus præterea duorum medicamentorum, quæ ab omnibus priscis medicis plurimum landantur ; ita ut multos eorum usu se liberasse a periculo strangulationis Gal. prædicet. Alterum est, cujus mentionem fecit sexto de Com. med. sec. loc. *stercus canis* cum ille per triduum ossibus fuerit nutritus ; illud enim et album est, et fœdi odores inexpers : hoc ergo melle subactum tonsillis, vel faucibus illinitur ; aitque nunquam reperiisse medicamentum quod valentius reprimeret, et arceret imminentem strangulationem. Id ipsum etiam præstare *stercus pueri* cibis aptis nutriti decimo de Simpl. med. fal. multos asseverasse inquit ; se tamen noluisse id unquam experiri. utpote quod nimis abominandum videatur. Alterum autem medicamentum est id, quod conficitur ex *cinere hirundinum* in vase fictili operto, et bene obturato, accensisque carbonibus opposito donec in cinerem vertantur, quæ simul cum plumis, et pennis urendæ sunt ; qui deinde cinis melle excipitur. Illi vero Andromachus multa alia addebat, quæ magis discutiens medicamentum reddebant. Alia vero Asclepiades, qui sylvestribus utebatur hirundinibus. Quæ omnia a Gal. eodem sexto de comp. referuntur. Alii cinerem ex nido hirundinis cum stercore combusta trahebant in usum. Sed de his nimis multa diximus ; quorum si quis diligentius examen desideret, citatos a nobis Gal. libros adeat. Nos ad alia sumus in præsentia transituri.

De earumdem partium ulceribus.

Sicuti autem nulla earum, quæ intra os contentæ sunt particularum tuta est ab inflammatione, ob id quia in quacunque earum potest ingruere calida fluxio, ita etiam ab ulceribus non sunt securæ, quin aliquando, vel ex influente acri, et mordaci fluxione, vel ex vitiosis vaporibus abrasæ et veluti exesæ non ulcerentur, quorum ulcera sæpe non minus negotium medicis, et ægrotantibus facessunt, quam et inflammationes. Quare subinde post rationem curandi inflammationes, *de oris ulceribus curandis* agemus. Si modo prius ea exposuerimus, quæ cognitu necessaria sunt ad methodum constituendam, qua hæc congrue curentur. Nimirum ut ea explanemus, quæ ad naturam et causas horum ulcerum pertinent. In universum itaque oris ulcera,

quando spontaneum ortum habent, neque ab externa aliqua occasione excitantur, ut quando esset cibus aut potus adeo calens, ut vesicas, vel crustas excitaret, ut aliquid pungens, vel incidens. Sicuti quidem cum acum in ore tenerent, ejus interdum obliti, pupugerunt os; interdum etiam, dum deglutiendus esset, faucibus infixus hæsit. A nulla ergo externa causa excitatum ulcus necesse est, ut ab aliquo mordaci succo, vel a vapore ortum habeat, qui elatus ab acri, et mordaci humore ad os, et ejus partes abraserit, aut exederit. Habent autem plurimas differentias istiusmodi oris ulcera, a variis rationibus acceptas, interdum ab *ulceris magnitudine*. Aliqua enim tantum summas partes, et cuticulam particularum earum, quæ intra os continentur, occupant, ut ea sunt, quæ proprie ἄφθαι a Græcis, alchola ab Arabibus dicuntur. Quibus præsertim infantes lactentes obnoxii sunt. Consistunt enim in summis partibus, et ignei cujusdam caloris sunt participes. Unde et aphthæ dicuntur, quod vocabulum incendium quoddam significat. Alia vero *profundiora* sunt. Aliquando a diversis symptomatibus, vel affectionibus, que cum illis conjuncta sunt. Alia enim simplicia sunt. Alia vero cum erosione, alia *crustosa*, quæ videlicet crustas obductas habent illis similes, quæ ab igne vel re ignita excitantur. Aliis et *putredo* adjuncta est, et putrida ulcera appellantur, in quibus interdum putredo non uno consistit loco, sed ulterius progressa vicinas partes depascitur, quæ inde νομον, vel νομοδηλην græce, depascentia ulcera Latine dicuntur. Quædam præterea inflammationis aliquam naturam sapiunt, alia potius erysipelatis. Aliquando etiam moribus ulceris accipitur differentiarum ratio.

Quatenus, aliqua κακοηθη Græci, Latine mali moris, aut *maligna* dicuntur; alia malignitatis expertia sunt. Plerunque vero corosiva, crustosa et depascentia omnia maligna etiam sunt. Unde in universum Gal. protulit, quod ejusmodi omnia ulcera, ad quæ pravus humor confluit, maligna sunt. Quemadmodum sæpissime solet accidere in pestilentibus febribus, ut ex Hipp et Gal. tum tertio lib. Comm, in tertia Epid., tum etiam tertio item lib. de Præsagii. expul. percipi potest; immo evidens fere signum febris malignæ, et pestilentis est, cum aphthæ, vel erysipelatis, vel inflammationis participes fauces in febricitantibus continua

febre apparent. Postremo vero et a causa, vel humore, a quo infliguntur ejusmodi ulcera, eorum accipi potest differentia. Nam (ut dicebamus) necesse est, ut acrimoniam habeat humor, qui causa sit ulceris, aut putredinis. Propterea quandoque humor, is serosus est. Unde hoc præsertim in causa est, cur aphthis lactentes infantes corripiantur, cum lac, quo aluntur, serosior sit, et majoris acrimoniæ particeps. Quia vel suapte natura nutrix sanguinem biliosum, et calidum, serosumque generet. Vel quia cibis utatur, qui sint huic sanguini gignendo, apti ut sunt allia, cæpæ, aromata, salita, vina potentiora, et id genus alia. Quamvis id aliquando evenire possit vitio infantis, potius quam nutricis quippe, qui non probe lac conficiat aut quia imbecillioris sit ventriculi, aut quia natura ingluviosior plus lactis exsugit quam ventriculi vires ferant, unde lac corrumpitur et acrimoniam ex eo vitio contrahit.

Interdum etiam, immo sæpe et a bilioso humore ad os et fauces confluente concitantur ulcera ; unde ulcera oris inter eos affectus recensuit tertio Apho. Hipp. Quæ frequentius æstate solent humana corpora sollicitare. Nonnunquam etiam ex pituita fiunt ulcera, et id duplici ratione, quia vel acrimoniæ particeps est, ut quæ salsa est ; sæpissime autem id evenire solet, ut destillante a capite salsa pituita, ulcerantur fauces, et reliquæ oris partes, vel etiam quia in illis partibus putrescit pituita. Sed et aliquando, fiunt a sanguine, ut quæ naturam inflammationis referre diximus, quamvis non nisi a vitiato sanguine. Interdum vero a melancholico humore, quando per assationem contraxerit acrimoniam, cum jam incipit vergere ad naturam veræ bilis atræ. Omnes autem hæ istorum ulcerum differentiæ possunt visu discerni, si quis diligenter ore aperto ea fuerit intuitus, et consideraverit eorum omnia symptomata. An videlicet summas tantum partes abraserint ; an vero profundiores etiam partes corripuerint; An crustuosum sit ulcus, an putridum ; nam et color, et odor id facile indicabit. Si sæpius etiam fuerit intuitus, percipiet, an depascatur vicinas partes, vel consistat. Præterea et calore percepto discernet has differentias, an calido succo, vel frigido fuerint procreatæ, et magis etiam ex colore. Nam si ad flavum inclinabit ulceris color, ex bile ortum habebit. Si exquisite ruber sit, sanguinis, et inflammationis, naturam sapiet. Si

vero ad album pituitæ, ut lividus, aut nigrescens color naturam refert atræ bilis, quæ vetarescens, et putrescens, vel exusta non parum ad malignam naturam accedit. Nec modo ulceris color contemplandus est; verum et sordes, quæ ulceri succrescit. Sed et hoc præterea addamus, cujus meminit et Gal. præsertim sexto de Comp. medic, sec. loc., quod facile oritur putredo in oris ulceribus, tum ob harum partium naturam (calidæ enim humidæque sunt natura) tum etiam, quia medicamenta parum possunt in ore, et ulcerata parte consistere, et hærere ; a saliva enim eluuntur, et diffluunt. Sed ad rationem curationis instituendam jam accedamus.

(*Cap. VIII, lib. V, pars I.*)

PARACELSE

Squinantia.

Squinantia est apostema, quod ex omnibus venis, quæ ab inferioribus partibus sursum aut a superioribus deorsum, ad collum in centrum concurrunt; et est apostemati carbunculo simile. Terminatur in cura (salvatione) solum in eo quod concernit locus ipse requirit. Ab eo loco producitur, in quo nascitur, et *centrum est ibidem ubi apostema*. Protenditur in circumferentiam, quantum regiones ambæ continent, colli scilicet, capitisque. In circulo nuchæ collum intumescit, ac folium etiam una rubescit. caput admodum calet. Postea maturescit, ut apostema. Postea foramen post uvam incidit; inglutionem et ejectionem aufert. Cave tum a purgationibus, a phlebotomis et ventosarum applicationibus.

R. Carbunculus (id.) (cap. III, livr. II chirurgiæ parvæ) carbunculus est apostema quod *peculiarem locum non habet;* nam ubicumque se *realgar* ponit, ibidem fit etiam demonstratio. Est illud realgar hujus morbi *tam subtile*, ut latius et magis aliis inficiat, eoque differt etiam quod hoc loco magis in aliis rubefiat. Estque morbus qui cum febrili paroxysmo sumit initium, eaque signa continet. Ubi *foramen concipit*, sperandum est de vita, *alias non*. In carbunculo et squinantia, maxima cura est animadversio, *ne quid reprimatur;* solum extinguatur et refrigeretur mundificationibus, tum demum per seipsa maturescunt..... Item colores in apostematibus occurentes ex realgaris conditione proveniunt. Nam carbunculus rubedinem suam accipit ex realgare rubeo, non ex sanguine, venis, aut carne. Saphyrus etiam ex suo realgare Chiadus etiam, cum in eo nigredo continuatur albedo, cœruleitas et postmodum flavedo cum virriditate.

(*Cap. III, liber III.*)

Squinantia.

Squinantia quidem oritur ex eodem loco, ex quo nascitur apostema, ejusque centrum est in apostematis situ, qui circumferentiam utriusque regionis, nempe capitis et colli totam occupat.

Nota.

Omnis morbus in gutture proveniens, hujus loco curari debet; in confiniis alius non est investigandus.

Signa.

Si collum in circulo nuchæ tumuerit cum rubore cacuminis ejus ac *folii*, caput inflammatum sit non secus ac apostemat tumor iste maturescat, postmodum retro cacumen, foramen inciderit, inglutionem et sputum prorsus hæc abstulerint, signa sunt ejus.

Terminus.

Si forte *balsamum naturæ* deficiat in gutture, putrescit exterius et uvulam atque folium (velum) inficit.

Cautela.

Abstineas a *purgationibus*, a *phlebotomia* et *ventosis*.

Cura.

Per gargarismum incarnativum curari debet squinantia, cujus descriptio talis est : mellis rosarum iiij, aristolochiæ rotundæ ac pirolæ ana ℥ ß, aquarum de prunis vel de prunella ana vii. Fiat gargarismus ; accipiatur ille in ore, et gargarizetur. Si apostema est apertum, gargarizetur ter vel quater in die. *Tunc balsamum naturale curabit.* Sed si apostema non est apertum, gargarisma non proderit. Verum si magnus esset tumor, superpone defensionem extrinsecus.

(*De apostematibus, cap. XLI.*)

De Branco.

Brancus est liquor in faucibus suum centrum ponens et sibimet exitum facit.

Nota.

Quivis liquor scissus descendens cum a vera deflectit origine transit in *emunctorium externum* (amydalas).

Signa.

Si tumor oriatur in faucibus cum dolore capitis, et postea fiat ulceratio, brancum existere judicabis.

Terminus.

Cum branchus progreditur, *uvulæ partem* arripit, postea descendens *squinantiam generat.*

Cura.

Ejus cura est in arcanis, et aqua brunellæ curat brancum optime.

Gargarismus ad branchum.

℞ pyrethri ℥ j, succi hypericorii ℥ ij sucii persicariæ ℥ iij oxymellis scillitici ad pondus omnium; commisceantur.

Aliud.

℞ liquoris minimæ ℥ j, succi persicariæ ℥ ij aceti communis ℥ iij. Fiat mixtura.

(*Cap. XL.*)

Squinantia Gallica.

Sed ad signa pathognomonica hujus affectus progediam, inter quæ primum locum obtinet, gargareonis ad faucium inflammatio ac exulceratio, deinde erosio ossis basilaris ad palatum atque nares usque, sic ut quandoque *per nares* cibus potusque *reddantur;* post hæc parulides ac epulides atque musculorum laryngis inflammationes exoriuntur. Ubicumque ergo hujusmodi erosa ulcera apparuerunt, cum signis propriis, Luis Gallicæ catarrhum cum Lue Gallicæ complicatum esse dices, quamvis etiam successu temporis in subjectas capitis partes quoque grassetur; tamen signa oris, faucium et laryngis ad productionem sufficiunt. Nam hujus speciei natura ea est, ut fere sua

regione desideat. Quod si alias quippe occupare contingat, aliam speciem huic complicatam esse, potius quam hanc alio migrasse dicemus. Quandoque cum squinantia, alias cum branco, nonnunquam cum folio (prout rheuma ipsum ceciderit) coquationem habere videntur, nullumque plane Morbi Gallici genus extitit, quod celerius ac vehementius putrescat, quam rheumaticum hoc.

(*Lib. VI, cap. I, de ulceribus morbi gallici.*)

Prunella.

De Tartareo, lib. II, § *1* « Stomachus igitur et hepar ac renes non nisi ex *tartareo* laborant. Oppilatione hepar afficitur, hæc tum a substantia, tum ab aëre accedit, qui ab intestinis adhuc crassus emittitur. Pestis, *prunella*, pleuresis, sitis, hydrophobia, febres, aliæque ægritudines quæ lividum colorem inducunt, omnes hepatis sunt. Prunellæ *novus morbus* fit ex hoc aëre, ex hepate erupto, qui ad gulam usque ascendit, atque pauatim afficit...

Prunella (lib. II cap. V) est passio principalis cum paroxysmo proprio, ducens originem ex *salibus vitriolatis*, contra regionem propriam et contra testem speciei una de speciebus pleuresis et pestis cum caloribus vitriolatis (realgar).

Accedit tanquam pleuresis calor gutturis cum rubedine, et deinde *calor persicus* cum cœruleo colore, mixto nigredini et calor ut prunus ; atque apostema vertitur usque ad extremitatem (radicem) linguæ, cum humoribus adustis. Prunella genus Pestis est......

Signa (p. 57) ejus sunt quod primo in *faucibus* et lingua rubedo venit, postea niger color ; tetra est regio ut in carbunculo, sicut carbones vivi fuerint vesiculas excitantes ; aut sunt duo aut tres diversi colores. Hæc sunt vera signa prunellæ. Reliqua signa sunt in pleuresi et peste. Cura est sicut in peste. Scabenda est lingua cum panno, ut ea coccinea fit, et gargarizetur et lingua iterum scabenda erit.

....Ex resoluto arsenico fit pestis, orpimento pleuresis, sale vitrio lato prunella.

....Vidimus in castris, cum milites ex febribus ardentibus *epidemicis* linguarum asperitate laborarent, *vulneribus* asperas *cuticulas* supervenisse, similes iis quæ linguas simul molestabant, ita ut fauces et vulnera invicem referrent (*chirurgia magna. Tractatus I, cap. VI.*)

(*Lib. VII, cap. IV.*)

SENNERT

De carbunculo.

Inflammationi affinis est, et proinde post inflammationem a plerisque recensetur carbunculus, utpote qui a sanguine adusto et corrupto originem habet. Tumor autem hic variis appellatur nominibus, Græcis dicitur anthrax; Latinis carbo et carbunculus; Avicennæ Pruna et Ignis Persicus; quibus vocibus etsi diversas tumores significari nonnulli credant, et peculiaribus capitibus de Pruna et Igne Persico, de Carbunculo, ac Anthrace egerint; tamen revera, iis omnibus unicum tumoris genus significatur; quod enim Græcis est anthrax, Latinis est carbunculus. Nisi quis hoc discrimen ex Avicenna ponere velit, quod qui sine pustulis atque humiditate incipit carbunculus, Prunaque vero cum pustulis vesicisque, atque effluente humiditate incipi, Ignis Persicus dicatur.

Atque hoc nomine appellatur hic tumor, quia crustam habet, quæ instar carbonis nigra est, qua de causa etiam pruna dicitur, quod caro nigra sit et quasi a pruna adusta, et forma similis; ignis præterea, quod ab igne quasi partes comburantur. Quæ autem Celsus et Plinius de carbunculo scripta reliquerunt, vix carbunculo in genere ita quadrare videntur, sed speciei alicui et forsan epidemio alicui et novo morbo (diphteria, vel typhus vel pestosus morbus?).

Celsus enim, lib. V, cap. XXVIII, scribit « ab his quæ extrinsecus incidunt, ad ea veniendum est, quæ interius corrupta aliqua corporum parte nascuntur. Ex quibus non aliud carbunculo pejus. Ejus hæ notæ sunt : Rubor est, superque eum non nimium *pustulæ* eminent, maxime nigræ, interdum sublividæ, aut pallidæ. In his sanies esse videtur, infra color niger est. Ipsum corpus aridum, et durius quam naturaliter oportet. Circa quem quasi *crusta* est, eaque inflammatione cingitur, neque in eo loco levari cutis potest, sed inferiori carni quasi affixa est. Somnus urget, nonnunquam horror aut febris oritur, aut

utrumque. Idque vitium subtractis quasi quibusdam radicibus serpit, interdum celerius, interdum tardius; supra quoque procedens inalbescit, dein lividum fit, circumque exiguæ pustulæ oriuntur. Et si circa stomachum faucesve incidit, subito spiritum sæpe elidit. » Plinius vero (lib. XXVI, cap. I) quo de novis omnique ævo priore incognitis morbis agit, scribit « L. Paulo, Q. Marcio censoribus, primum in Italiam carbunculum venisse, annalibus conscriptum est, peculiare *Narbonensis provinciæ* malum : quo duo Consulares obiere condentibus hæc nobis eodem anno, Julius Rufus et Q. Lecanius Bassus. ille medicorum inscitia sectus, hic vero pollice lævæ manus evulso acu ab semetipso, tam *parvo vulnere* ut vix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque *sub lingua,* duritia rubens vario modo, sed nigricans capite, alias livida, corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, *sine alio quam somni indicio*, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorem afferens, circaque pustulas parvas, rarius febrem, stomachum, *faucesque* cum invasit, ocyssime (celerrime) exanimans, » Quæ qui perpendit, facile alium, aut certe quid peculiare a vulgari carbunculo habentem morbum, et in gangrænam ac sphacelum desinentem describi animadvertet.

Inter *novos* et antea *incognitos morbos* eum expresse refert Plinius, et in occultissimis corporis partibus plerumque sub lingua oriri scribit, sine dolore, sine pruritu, sine alio symptomate quam somno, quo gravati intra triduum exanimentur, nullo tumore existente. Celsus vero nonnunquam etiam sine febri oriri et circa stomachum ac fauces incidere scripait. Cum vulgares carbunculi in extimis corporis partibus oriantur, gravem dolorem conjunctum habeant, et sine febre non invadunt, et locus affectus manifeste intumescit.

Sed ut ad carbunculum vulgo inter tumores notum redeamus ; ille est tumor ex sanguine adusto ferventissimo, qui partem corrumpit, ortum habens.

Causæ. — Continens causa carbunculi, adstipulante etiam Galeno in lib. de tumoribus cap. VI et ad Glaucon cap. I et de methoda medendi XIV cap. X est sanguis calidus fervens et crassus ; quem in libro de atra bile cap. IV et V atram bilem

(melancholiam) esse dicit. Nimirum, ut ex lib. II de differentia febr. cap. XIX, videre est, oritur carbunculus ex sanguine fervente crasso, putrescente, et in naturam atræ bilis degenerante, aut atram bilem admixtam, et plerumque malignitatem conjunctam habente. Hic tumor etsi paulatim in corpore generari, et pravam illam naturam inducere possit; tamen ubi gradum pravitatis ac malignitatis illius adeptus est, a natura ab interioribus ad exteriora a membris nobilioribus ad ignobiliora subito propel litur, quod etiam accidit, ubi ab *externo contagio* sanguis inficitur, et corrumpitur, unde nunquam excitatur carbunculus per congestionem, sed semper defluxu atro facto generatur. Et propterea merito inflammationibus subjicitur, neque enim solum ex atra bile, ut cancer, generatur, sed fit ex sanguine adusto in atram bilam abeunte, vel atram bilem admixtam habente.

Generatur autem iste adustus sanguis ex prava victus ratione, cibisque pravis sanguini toti materiam præbentibus. Ad quam rem etiam facit *externa aeris constitutio* humores adurens, et corrumpens, et imprimis occulta et maligna ejus constitutio humores depravans, ac vix datur carbunculus, qui omni malignitate careat.

Differentiæ. — Quia tamen malignitas hæc nunc major, nunc minor est, et carbunculi alii in *pestilenti aeris constitutione plurimos* invadunt, alii etiam sparsim sine pestilenti constitutione ægros corripiunt; distinguuntur carbunculi in *pestilentes* et non pestilentes. Deinde alii oriuntur cum pustula vel pustulis, quales ab igne excitantur, quibus ruptis subjectum est ulcus crustosum, atque id plerumque accidit, et tales in specie ab Avicenna Pruna aut Ignis Persicus vocantur. Alii sine pustulis oriuntur.

Signa diagnostica. — Incipit, ut dictum, carbunculus plerumque a *pustula exigua.* Interdum vero non solum una majuscula erumpit, sed multæ exiles, veluti milii semina, crebræ in particula residentes, quibus perruptis ulcus crustosum fit, quale a candente ferro excitatur. Antequam autem pustulæ erumpant, pruritus in parte sentitur, mox pustula aut pustulæ oruintur. Interdum tamen citra omnem pustulam incipit carbunculus, et ulcus crustosum excitatur, crusta modo nigricante, modo colorem cinereum præ se ferente; mox brevi *instar bubonum* excrescit, in rotundum, et acutum cum ingente calore dolore et ardore, quæ

præsertim circa vesperam exasperantur, ægrumque adeo vexant, ut vix manum continere possit quæ partem fricet, ex qua fricatione postea pustulæ plures oriuntur. Caro circumposita effervescit, caloremque habet, et maximam phlogosin concipit, colorem etiam obtinet quam in erysipelate et phlegmone nigriorem, veluti si cum rubro aliquid nigri permixtum sit. Accedunt deinde et alia symptomata, febris nimirum, quæ ut Galenus etiam 14 meth. méd. cap. X testatur, magis infestat eos, qui carbunculo corripiuntur, quam qui phlegmone erysipelatode laborant, nausea, vomitus, appetitus dejectio, tremor ac palpitatio cordis, frequentia animi deliquia, deliria, quæ omnia eo magis infestant, quo malignior materia est.

Est enim carbunculorum quædam differentia, non solum quod sanguini illi adusto, qui est causa conjuncta carbunculi, modo hic, modo ille humor admiscetur; sed imprimis quod alius carbunculus est *pestilens*, alius non pestilens. Nam licet ommis carbunculus sit malignus, ob materiam ferventem adustam et *putrescentem, quæ carnem corrumpendi* vim habet, et in meliorem et benigniorem naturam aliquam reverti et pene suppurari non potest. Tamen non omnis est pestilens, neque omnis adventitiam habet malignitatem, sed interdum tantum præter nativam malignitatem carbunculi, etiam alia a communi aeris statu aut contagio accedit malignitas. Discernitur autem carbunculus pestilens a non pestilenti, primo pestilente aëris constitutione præsente. Vix enim possibile est, ut vigente pestilente constitutione oriatur carbunculus, qui non ipse sit pestilens. Deinde omnia symptomata et signa, quæ in carbunculo apparent, et frequentiora et graviora sunt in *pestilente* carbunculo quam in non pestilente. Nam et febris, quæ carbunculo adjungitur, pestilentem naturam refert, et licet extra mitior, quam in non pestilente apparet, imo interdum vix percipitur; tamen intus magis urit et longe est periculosior. Color floridus faciei mutatur, lingua nigricat et sicca est, excrementa alvi sunt liquida et biliosa, appetitus dejicitur; adest nausea, vomitusque pessimorum humorum, difficultas spirandi, anhelitus fœtor, sudor est multus, tepidus vel frigidus. Somnus interdum plane profundus est, interdum vigiliæ infestant; deliria comitantur, animi deliquia et syncope. Quapropter etiam ab alio carbunculo plus

imminet periculi, ab alio minus. Etsi non omnis carbunculus sit perniciosus. Tamen ut testatur Galenus 3 epid. comm. 3. t. 12 perniciosissimus est pestilens, seu is, qui ultra privatam malignitatem eam quoque, quam aëris status affert, adjunctam habet, et perniciosis illis symptomatibus est stipatus. Quæ si plurimum remittunt, salutis aliqua spes superest; si vero non adsunt magis intenduntur, et vehementiora fiunt, nihil salutis sperandum est.

Prognostica. — 1° Quo *nigrior* est carbunculus, eo pejor, utpote qui a sanguine maxime corrupto productus est. Huic proxime succedit *lividus*, et *flavescens*. Minus maligni et formidandi sunt, qui colorem *rubicundum* habent, in quibus nimirum sanguis suam naturam nondum plane exuit, sed adhuc aliquid nativi caloris et coloris retinuit.

2° Sunt etiam illi carbunculi minus perniciosi, qui sunt *parvi*, quam qui sunt magni, et ex parva pustula subito ingentem magnitudinem acquirunt.

3° Sicut et illi qui soli sunt, quam qui alios carbunculos conjunctos habent.

4° Exitiosi valde sunt illi, qui ubi erubuerunt, mox iterum evanescunt. Materia enim translata ad partes interiores interitum affert.

5° Considerandum et hoc nonnulli censent, an pestilens carbunculus ante febrem oriatur, an vero præcedente febre pestilenti demum erumpat. Eum enim qui ante febrem pestilentem erumpit, tutiorem esse existimant, modo nulla symptomata superveniant, utpote qui indicio sit, naturam esse fortem, et pestilens venenum ante febrem propellere, priusquam cor occuparet potuerit. Illum autem qui post pestilentem febrem demum erumpit, esse periculosiorem, utpote qui occupato corde a veneno et humoribus pravis in universum corpus sese jam diffundentibus, oriatur.

6° Locus quoque plus vel minus periculi metuere jubet. Mali enim habentur, qui in emunctoriis, et prope membra nobilia et præcipua hærent. Imprimis autem hic vires spectandæ, et viten dum an sint fortes vel debiles. Debilis etiam virtus a parvo etiam morbo prosterni potest.

(*Cap. XIII, lib. V, pars I.*)

De aphtis et inflammatione tonsillarum apud pueros.

Aphta. — Oriuntur in ore infantium sæpe ulcera quædam, quæ aphtæ vocantur, ortumque habent ex *lacte vitioso, vel in infantium ventriculo corrupto.* Cum enim partes oris internæ in infantibus sint molles ac teneræ, nec in utero ulli cibo assuetæ, si lac non sit plane dulce, sed *acre* ac *vitiosum*, facile ab eo exulcerantur. Idem accidit, si ex lacte in ventriculo corrupto vapores acres ascendant, idque eo facilius, cum tunica, quæ fauces investit, œsophago communis sit, et facile vitia ventriculi per eam faucibus communicentur. Horum cum quæ de aphtis dici possunt, omnia fere (lib. 2, part. I, cap. 18) proposita sint, eorum saltem hic mentionem facere volui; reliqua inde petantur.

Vesicula gingivarum. — Cognatæ sunt aphtis, vel fere eædem cum aphtis, vesiculæ, quæ in gingivis infantium interdum oriuntur, habentque enim ortum ex *lacte corrupto* vel vitioso, atque eadem etiam eas curandi ratio est : lentium excorticarum q. v. pulverisentur, et masticentur, et gingivis illinantur; fac linimentum.

Inflammationes tonsillarum. — Inter puerorum morbos Hippocrates, 3 aphorism. 26, et tonsillarum inflammationes recenset, de quibus quidem in genere, lib. 2, part. 1, cap. 22 actum, pauca tamen hic addam. Paristhmia tonsillæ dicuntur, et proprie locum affectum significant. Loco tamen allegato Hippocrates pro ipso affectu accipit, seu tonsillarum inflammatione. Equidem et infantibus, ut Hippocrates, de dentibus scripsit, dum dentiunt, tonsillæ inflammantur et exulcerantur; idem tamen alleg. aphorismo presbuteroisi, pueris jam grandiusculis, id est, ut Galenus, in com. explicat, ab undecimo ad decimum tertium annum progredientibus, malum hoc familiare esse scribit; quia tum vis expultrix fortior fit, quam fuit in prima infantia, et partes istæ, jam non amplius ita molles manent, sed humorem affluentem facilius retinent, cum antea, cum molliores erant, eum facile transsudare, et in fauces defluere paterentur.

Curatio ex allegato parte patet. Danda nimirum opera, ut alvus laxior sit, et, si opus sit, clystere movenda. Postea in principio repellentia adhibenda, deinde resolventia admiscenda, tandem sola fere usurpanda. Quæ commodissime in adultis forma garga-

rismi, et collutione oris usurpantur. Verum cum infantes minus adulti talia commode usurpare non possint, locus affectus illinendus melle rosaceo, sirupo de rosis siccis, myrtino, granat. diamoron, rob. nucum, prout morbi status postulat. Extra vero collum infantis illinendum oleo amygdalino, chamæmelino, hyperici. Reliqua allegato loco videantur.

(*Cap. XIII, de morbis infantium.*)

De tonsillarum inflammatione et ulceribus.

Glandulæ duæ utrinque ad radicem linguæ paulo supra laryngem positæ sunt, quæ latinis Tonsillæ, vulgo a figura Amygdalæ, Græcis ἀντιάδες et παρίσθμια vocantur, cum quod inter se oppositæ, tum quod circa isthmum oris sitæ sint. Antiades dicit Galenus 3 de sympt. causis, cap 4 et in lib de tumoribus p. n. cap. ult. sunt illarum glandularum tumor aut inflammatio; παρίσθμια inflammatio eorum, quæ circa isthmum sunt locorum. hoc est partium, quæ os et gulam interjacent.

Tonsillæ igitur cum conditæ sint, ut congregata saliva laryngem et tracheam irrigent sæpe humore nimio ex frigida destillatione oppletæ intumescunt, sed sine inflammatione, ita ut colorem suum naturalem retineant, et dolore careant.

Interdum vero eas occupat inflammatio cum rubore, ardore ac dolore, et siti, et cum quadam deglutitionis ac respirationis difficultate. Qua inflammatione in abcessum degenerante pus intra fauces effunditur, unde sæpe ulcus sordidum et graveolens relinquitur.

Fiunt tamen ibidem ulcera citra inflammationem, ex destillatione salsa vel acri molles illas partes exedente, aut tali habitu eo ascendente; quod lue Gallica infectis familiare est.

Nonnunquam maligna et serpentia ulcera in iis partibus oriuntur, tempore imprimis veris, et pestilente aëris constitutione (Aëtius tetra bibl. serm. 4. cap. 46) sive ex præcedente inflammatione efferata, sive ex quavis alia causa, ut ex aphtis in pueris et adultis, qui pravis humoribus abundant.

Interdum etiam tonsillæ plane indurantur; unde Mercurialis, de Morb. pueror. lib. 2. cap 12. Paulum Æginetam sub tonsillis etiam scrophulas seu tumores duros et scirrhosos complecti

scribit. Vide etiam historiam tumoris ejusmodi cancrosi, apud Guilhel. Fabricium, centur. 3. observ. 84,

Causæ.

Causæ eædem sunt, quæ inflammatione gurgulionis concitatur scilicet inflammatione tonsillarum ex affluxu humorum ad illas; qui cum calidi sunt, partes illas calidas et humidas inflammant, in iis præcipue, qui multo sanguine abundant; cum copiosi, tumefaciunt; cum acres et salsi, erodunt.

Et quidem tonsillæ magis obnoxiæ sunt inflammationi, quam gurgulio, propter mollitiem et laxitatem substantiæ et temperamenti proprii ac loci caliditatem ac humiditatem.

Inflammatione etiam tonsillarum magis laborant, qui sanguine magis abundant. Privatim vero, ut Aetius scribit lib. modo citato, cap. 45, pueris hoc malum frequens est, ob teneram corporis et pravam qualitatem.

Puellis quoque usque ad menstruæ purgationis tempora hoc malum frequens est. Aretæus lib. 1 cap. 9. In adultis vero generatur hoc malum ex nimia meri potatione, ac multa et avidiore devoratione, ciborum maxime acrium et asperorum. Ita cerasa avidius comesta facile aciditate sua tonsillarum inflammationem et gurgulionis laxitatem efficere perhibentur.

Signa diagnostica.

Tonsillis tumefactis foris sub maxillis tumor tactu visuque deprehenditur, et intus seu frustulum quoddam faucibus adhærescens mole sua premit obstatque, ne facilis fiat deglutitio, idque sine siti et ardore.

Inflammatis iisdem præter deglutiendi, et quod Paulus addit, lib. 6 cap. 30, respirandi difficultatem, dolor adest, rubor, ardor, sitis interdum et febres.

Maligna tonsillarum *ulcera* partim alba sunt, maculis similia, partim cinereo colore, aut similia crustis quæ ferro inuruntur. Accidit ergo siccitas in deglutiendo, et suffocatio confertim incidit, maxime cum rubor subit mentum; aut, ubi hæc acrimonia præterierit, νομή loca illa infestans succedit, et cum hac putrefactio, ut docet Aetius, tetrabibl. 2, serm 4, cap. 46.

Prognostica.

1. Tonsillarum inflammatio morbus acutus est, et sæpe suffocationis periculum minatur.

2. Tumor autem vel resolvitur, vel suppuratur, vel induratur.

3. Tonsillæ in febribus denigratæ et arefactæ mortem imminere portendunt.

4. Ulcera tonsillarum quædam familiaria sunt et mitia, quæ scilicet sunt munda, exigua, non alte descendentia, nec inflammata, nec dolorem excitantia; quædam aliena et pestifera, quæ lata sunt, cava, quodam concreto humore albo, aut nigro sordentia, quæ aphthæ etiam nuncupantur ; quod si concreta illa sordes altius descenderit, eschara gignitur, quam rubor insignis, inflammatio, et venarum dolor circumsistit, sicut in carbunculo. Exigua quoque et rara exanthemata oriuntur, quibus supervenientia alia in unum ulcus coalescunt, latumque ulcus efficiunt. Id si interius in os depascendo serpit, columellam exedit, et linguam quoque et gingivas ac alveolos dentium occupat, unde dentium phlegmonode erumpit atque non multis post diebus phlegmone, febri, fœtore, inediaque consumpti intereunt.

5. At si in pectus per tracheam id malum invadat, eodem illo die strangulat; pulmo enim et cor neque talem odoris fœditatem, neque ulcera neque serosos humores sustinet, sed tussis ac spirandi difficultas enascitur (Aretæus lib. I, cap. 9).

6. Tonsillarum ulcera sine febre securiora sunt.

7. Tonsillarum ulcera æstate suborta pejora sunt, quam quæ aliis oriuntur temporibus. Cito enim serpunt.

8. Serpentia circa fauces ulcera, quæ magnam molestiam exhibent, et acuta magis sunt,ut plurimum spirandi difficultatem adferunt. Videantur plura ejusmodi prognostica apud Hippocratem, lib. de dentitione.

9. Glandulæ istæ facile indurantur, et in scirrhum degenerant, qui nunquam aut raro curatur.

10. Aliquando tonsillarum tumores suppurantur et abscessus extra erumpunt, et ægri sanantur : cujus rei exemplum est apud Dodonæum, in observ. cap. 16.

(*Pars I, cap. XXII.*)

De angina.

Angina latinis ab angendo, quæ vox a Græco ἄγχω, id est, suffoco et strangulo, deducitur; Græcis Συναγχη et Κυνάγχη, et masculina terminatione, ut ab Hippocrates, lib de loc in homine et 4 de rat vict, in acut aphor. 30 usurpatur Συναγχη et Κυναγχη eadem etymologia, a suffocando scilicet dicitur. Etsi enim ut postea in differentiis dicetur, posteriores Græci inter Græcas voces, dum per σ, Συναγχη et per κ Κυναγχη scribitur differentiam quandam constituerint, et κυναγχην quam a canibus ita appellari censent, seu quod canibus familiaris sit, seu quod ægri hiante ore et exerta lingua spiritum ducere cogantur, canum per æstum sitientium more, pro graviori affectu habeant; Συναγχην vero, quam dictam putant, quod *sues* ea frequenter corripiantur, pro leniore malo : tamen Galenus, 3 prognost. text 18, hanc de litteris contentionem tanquem inutilem contemnit; quod et 4 de vict. rat. in acutis. text. 30 facit.

Etenim et Συναγχη et Κυναγχη apud Hippocratem et antiquissimos medicos Græcos, generale nomen est quale apud latinos angina, quod in genere sumptum omnem faucium et gutturis affectionem, spirationem, nullo in thorace vel pulmone vitio existente, difficiliorem reddentem et deglutitionem impedientem, significat. Etsi enim per morbos thoracis, pluritidem, peripneumoniam et alios respiratio lædatur : tamen affectus ille angina non dicitur, cum illæsis faucibus fiat. Hippocrates tamen interdum distinguit inter faucium inflammationem et anginam. Ita, 6. epid sect. 7 t. I inquit : Quibusdam vero faucium inflammationes aderant, aliis angina. Ubi procul dubio per anginam intelligit inflammationem musculorum laryngis, quæ respirationem difficilem valde reddit, et viam spiritus intercludit ; inflammationem vero faucium, partium aliarum vicinarum, quæ spiritus et cibi viam non ita intercludit. Possunt enim et tonsillæ, et musculi ossi hyoidis, et musculi in radice linguæ inflammari, ut postea dicetur, quæ partes omnes etiam in faucibus sunt : quia tamen harum partium inflammatio a gutture longius distat, anginam per se non parit. Anginæ ergo in genere ita sumptæ causa erit, quicquid spiritus cibique et potus viam angustiorem reddere, et hoc modo utriusque meatus

capite et principio quasi occluso respirationem difficiliorem reddere, et deglutitioni cibi ac potus impedimentum esse potest.

Quod cum pluribus de causis fieri possit, duplex angina statuitur, una proprie dicta et *exquisita*, quæ est ab inflammatione summarum gulæ et gutturis partium, sanguine et venarum jugularium ramis in partes illas effuso; altera *notha*, quæ provenit a frigida et pituitosa destillatione, et capite in fauces, et cervicis ac nuchæ musculos decumbente, et tumorem οἰδηματώδη sine febre rubore ac dolore excitante; etsi dum primo fluxio concitatur, quidam inæquali, calor et horror sentitur, qui tamen paulo post desinit.

Post tamen et illa in faucibus inflammatio, quam Hippocratem ab angina discernere diximus, forsan angina notha appellari, et ita duplex angina notha constitui, una ratione causæ, altera ratione subjecti. Nam harum partium inflammatio sæpe etiam respirationem et deglutionem non parum lædit.

Quo etiam referri potest angina illa, quæ fit a luxatione vertebrarum cervicis versus anteriora, vel latus, sive à causis externis sive ab humore frigido affluente fiat, itque citra inflammationem.

Si enim inflammatio accedat, vel ab inflammatione luxatio ortum habeat, ad exquisitam anginam pertinet, et acutissima angina est, ut postea de differentiis dicetur. Videatur etiam infra quæst. 1.

De angina exquisita.

Angina ergo exquisita est angustia summarum gulæ et gutturis partium seu faucium, ab inflammatione earundem ortum habens, difficilem respirationem reddens, deglutitionemque lædens. Seu est inflammatio in faucibus et summo gutture, angustiam earundem partium, et hinc difficultatem spirandi inferens, ac deglutitionem impediens. Seu, ut Galenus breviter definit, 4. de rat. vict. in acut text. 20 et 2 ad Glaucon. cap. 1 est φλεγμονη των φαρινγος φυσυκων μεσων. Per fauces autem intelligitur pars, quæ gulæ et gutturi præjacet, et duo dictorum meatuum ostiola comprehendit. Imo ut supra dictum, φαρυγξ etiam pro larynge et summo asperiæ arteriæ capite accipitur, ut ita, dum Galenus anginam per inflammationem pharyngis seu faucium definit, non

solum intelligenda sit ea pars, quæ gulæ et gutturi præjacet, sed ipse etiam *larynx* ejusque musculi. Et quamvis simul vicina complecti soleat inflammatio, ut glandulas utrinque circa radicem gutturis ad latera tracheæ positas, et musculos ossi *hyoidis,* musculos item in radice linguæ, et glandulas, quæ tonsillæ dicuntur, et quæ sub auribus et inferiori maxilla consistunt ; tamen partium harum a gutture longius distantium inflammatio, anginam non parit, nisi malum faucibus, id est, parti gutture et gula constitutæ communicatum, respirandi impedimentum afferat.

Dodonæus etiam anginam statuit ex inflammatione pulmonem fieri; de qua postea in differentiis de Cynanche dicetur.

Causæ.

Ergo causa ut aliarum inflammationum, ita et hujus in angina, est sanguis seu purus, seu biliosus, pituitosus, aut melancholicus. Et is quidem e venarum jugularium ramis in has partes effusus. Nam frequentissime sit hoc malum per viam ductionis, raro per viam congestionis.

Affluit autem sanguis vel per modum attractionis, si fauces et guttur vehementer caleant et doleant; vel per modum transmissionis, si loca illa imbecilla sint, laxa, et ad suspiciendam fluxionem idonea ; pleonexia vero humorum adsit sive in toto, sive in capite, ac imprimis circa fauces. Ubi enim sanguis vel copiosus in corpore adest, vel impurus atque is ad caput fertur, cerebrum vero robustum est, id cum non recipit, sed maximam partem per easdem venas ad subjectas partes retrudit, unde inflammationes earum variæ gignuntur, parotides, ophtalmiæ, anginæ et similes. Hinc etiam juvenes senibus angina crebrius corripiuntur, quod multo biliosoque sanguine, qui aptissima hujus mali materia, abundant, et qui habitu corporis sunt crasso, ac multo sanguine, præsertim in capite, abundant. Viros quoque frequentius quam fœminas angina corripi, ex Cælio Aureliano statuitur ; idque videtur observasse Hippocrates 6 epid. sect. 7, t. 1, ubi epidemiam sui temporis constitutionem describens, qua angina tussis, peripneumoniæ vagabantur, paucissimas fœminas ægrotasse scribit. Aliam tamen causam non reddit Hippocrates, eo ipso in loco quam quod non perinde

atque viris in publicum prodibant, et ita aëris externi injuriis sese non objiciebant; id tamen quod dicitur, feminas minus ex sua natura anginæ esse obnoxias, quam viros, de vera et exquisita angina intelligendum. Habent enim fœminæ sanguinem frigidiorem, et præterea laryngem minorem, ac gutturis partes et venas angustiores exilioresque, quæ sanguinem non ita facile admittunt. Interim tonsillarum, columellæ, ac laxarum in faucibus partium inflammationibus (quæ minus exquisitâm seu notham anginam quam Hippocratem loco allegato, simpliciter faucium inflammationem appellare, et ab angina distinguere diximus gignunt) ob partium laxitatem, et excrementitiorum humorum abundantiam magis obnoxiæ sunt, quam viri. Ad pleonexiam etiam humorum, quæ anginam excitat, cumulandam faciunt hæmorrhoïdes et menses suppressi, victus ratio multo et calido sanguini generando apta, potus vini meracioris.

Sæpe quoque angina accidit in febribus, ubi materiæ pars ad hunc locum depellitur, ut ita febris tum potius comitata sit quam appellant, quam *symptomatica*, talesque anginæ sunt fere *epidemiæ*, quæ *nonnunquam publice grassantur*, qualis fuit illa, quæ anno 1516 multos sustulit, út annotavit Forestus : lib. 6, obs. 2, in schol. atque illa, quæ anno 1554 et 1545, plurima Germaniæ inferioris loca; Rhenique regiones vexavit. Sunt enim quandoque etiam anginæ, ut pleuritidis, peripneumoniæ, et similes morbi, epidemiæ. Nam etsi humores qui morbos epidemios excitant præcipue si non pestilentes sunt, et imprimis a fluxionibus provenientes, a manifesti *aëris alterationibus*, frigiditatisque et caliditatis, ac humiditatis excessu proveniant; tamen occultæ etiam qualitates, ab *astrorum influxu* pendentes miscentur. Atque hinc accidit, ut nunc ad laryngem et fauces, nunc ad pleurem, nunc ad pulmones humores fluant, ibique subsistant, nunc ad alvum perveniant.

Externæ causæ sunt, quæcumque fluxionem humorum ad istas partes concitare valent, quales sunt pluviosa anni constitutio, et imbres assidui, ut est 3 aphor. 16. Ἀμετρια item quæcunque caloris et frigiditatis in aëre et ventorum flatibus, quorum hæc comprimendo expellit humores ad guttur et fauces, illa laxata facit, ut humores ad fauces affluant. Præterea subita a magno æstu refrigeratio, haustus plenus potus frigidis

simi, lotio capitis intempestiva pleno corpore, nimia capitis tectura vel nulla, vocis nimia intentio, denique ictus capitis cervicis, aut locorum prope fauces, infixæ in faucibus vel gula spinæ vel ossicula, ut et vertebrarum cervicis luxatio; si nimirum non solum ipsa angustiam in locis istis pariat, sed et inflammationem excitet.

Quidam etiam a cibis quibusdam et medicamentis, peculiari proprietate anginam induci statuunt, ut cerasis, fungis quibusdam, andacocha, ut habet Avicennas, quæ trifolii species est, quæ scilicet in se vel vim suffocandi, vel qualitatem aliquam laryngi et faucibus occulto modo adversam habent, easque sanguinis inflammationem excitatura suspiciendo aptas reddunt,aut quocumque modo has partes vellicant et offendunt et sanguinis ad eas affluxui occasionem præbent, sicut cantharides vesicæ peculiari modo adversæ sunt. Verum de hoc dicetur infra, quæst. 3. Nonnulli huc etiam referunt eam suffocationem, cujus Aretæus, lib. 1, passim acut, cap. 7, meminit, quæ accidat ex spiritus ad calidissimum et siccissimum conversione; quod aliqui de aëre illo crasso, qui e carbonibus accensis et musto ac cerevisia fervente attolitur, explicant. Verum ut postea, in quæstione 1 dicetur, non loquitur Aretæus de causa extrinsecus adveniente, sed intrinsecus hærente, ubi vitium præcipue est in pectore.

Non tamen ista suffocatio huc pertinet, sed ad respirationem læsam, ut postea dicetur. Neque enim omnis suffocatio angina dicenda est; alias enim et catharri suffocativi ad anginam reducendi essent, sed ea saltem, ubi nullo in pectore vitio existente (quod tamen in suffocatione illa ab Aretæo descripto accidit) ob faucium inflammationem suffocationis periculum imminet. Unde nec ardor in faucibus, qui in febribus ardentibus percipitur, et vulgo die Breune nominatur, cum scilicet fauces et lingua exsiccantur, exasperantur et denigrantur, angina nominandus est.

Differentiæ.

Differentias anginæ quatuor recentiores Græci, ut ex Galeno 4 de loc. affec. cap. 3, et Paulo Ægineta, lib. 3. cap. 27 et Tralliana lib. 4, cap. 2 videre est, recensent. Inflammantur enim seu φαρυγξ, id est, gulæ musculi; seu laryngis id est, gutturis seu

capitis tracheæ arteriæ; sæpe etiam quæ utramque hanc partem connectunt. Has ergo differentias ut recentiores Græci etiam vocabulis distinguerent, generica illa vocabula κυναγχη et συναγχη cum aliis specierum nominibus destituerentur, certis differentiis accomodaverunt.

Prima differentia nomine generis συναγχη, ita dicta, ut auctoribus placet, quod suibus sit familiaris (quæ tamen differentia Græcæ linguæ analogiæ non respondet, ideoque potius a præpositione συν αγχω nomen hoc deductum videtur) nominatur; ubi interni faucium musculi vel ambitus faucium interior inflammatur, cervice quoque ad linguæ radicem simul comprehensa, et tumore foris ac intus apparente.

Secunda παρασυναγχη ubi externi faucium et colli musculi linguam et os hyoides contingentes, et qui œsophagum firmant ac retrahunt, sunt inflammati, sese nonnunquam etiam ad pectus diffundente.

Tertia κυναγχη ita dicta, quod canes ea frequenter corripiantur, aut quod homines ea laborantes, veluti canes sitibundi linguam exserant, cum inflammatio in internis laryngis seu gutturis musculis delitescit, et neque intus neque foris in cervice tumor apparet; unde etiam latens angina appellatur, tantusque est dolor, et spirandi difficultas tanta ut æger erecta cervice et ore hiante lingua exserta, canum sitientium more, spiritum trahere cogatur.

Cujus generis et illa est angina quam describit Galenus 4. aphor. 35, cum inquit, nullo, neque ore multum aperto in faucibus, neque extrinsecus tumore apparente, æger deglutire non potest. Symptoma enim perniciosum est, ob inflammationem musculorum gulæ substratorum, interdum vero ob gulæ ipsius morbum. Est enim partibus illis per nervos et ligamenta commune quid et societas cum spinali medulla, et membranis ipsam ambientibus, ac postea hisce extrinsecus adjacentibus vertebrarum ossibus. Cum itaque ad partes inflammatas ligamenta et nervi tenduntur, vertebras quoque vel intra, vel ad latus, trahi necesse est. Nam si in altero tantum nervorum exortu tensionem fieri contigerit, ad latus; si in utroque et intra, fiet vertebrarum distorsio.

Hoc loco facienda est mentio anginæ, quam describit Remb.

Dodonæus, cap. 18, quam etiam latentem appellat, in qua circa laryngem et asperam arteriam talis dolor fit, ut nec contingi, quantumcunque leniter, citra gravissimum dolorem queant, sed nec moveri sursum, nec attolli. Quamobrem non spiritus tantum cum difficultate trahitur, sed et cibus et potus ægerrime, aut non demittitur. Inflammari autem statuit Dodonæus per hujusmodi anginam non interiores ac latentes laryngis musculos (id quod sectione se deprehendisse scribit) sed *pulmonem.*

Verumenimvero nulla est angina proprie dicta sine musculorum circa laryngem inflammatione. Itaque morbus, quem describit, vel non fuit angina, sed peripneumonia, quæ tamen ob communem membranam laryngem et vicinas partes in consensum traxit, unde respiratio et deglutitio fuit læsa; vel fuit angina, quæ tamen subito in peripneumoniam gravissimam mutata est.

Quarta est παρακυναγχη, ubi externi præcipue gutturis musculis inflammantur; tumor tamen intus manifeste conspicitur, ore diducto, et lingua depressa. Et cum hæc quarta differentia, nisi medicamentis occurratur, facile in κυναγχην degeneret, et si affectus augeatur, etiam interni tandem musculi inflammantur; Galenus, 4 de loc. affect. cap. 3. in hac differentia tam externas, quam internas gutturis partes affici scribit. Verum istam accuratiorem nominum distinctionem a posterioribus Græcis introductam, Galenus, loco modo allegato et 3 prognost. aph. 18. non magnifacit, cum omnis angina sit faucium, id est partis ex gutture et gula constitutæ, inflammatio ; et Hippocrates uno συναγχης nomine omnes istas differentias complexus est. Non prætereundum tamen Hippocratem, lib. III de morbis, etiam in nominibus quandam differentiam observare, et duas anginæ species ponere : una quæ quæ sit angina gravissima, et altera quæ mitior sit.

Præter enumeratas istas quatuor anginæ differentias Galenus 4 de loc. affect. cap. 3. addit quintam, ex 2. épid sect. 2. ex luxatione vertebrarum cervicis, quæ tamen potius ad anginam notham referenda est, nisi inflammatio ipsi conjungatur. Fit autem, ubi cervicis vertebris ad anteriora luxatis fauces comprimuntur, cavo pene in cervice apparente. Quod occidit vel a causis externis, ictu, casu; vel ab affluxu humoris pituitose vincula ver-

tebrarum laxantis, et vertebrarum internodia lubrica reddentis, aut copia sua vertebras sede sua dejicientis; vel a vicinis musculis inflammatis quibus vertebræ ad anteriora trahuntur. Atque ubi anginæ conjungitur inflammatio, vera angina est, dolorque etiam foris ad contactum in cervice sentitur. Vide Hippocratem, 2 epidem. sat. 2. Galenum 4 de locis affect. cap. 3.

Aetius qui quatuor illas differentias in tres contrahit, hanc vertebrarum ad anteriora luxationem quartam numerat eamque proprie κυναγχην a veteribus appellatam ait, quoniam lingua a luxata vertebra juxta radicem suam a proprio loco depulsa, æger hiante ore ac exerta lingua spiritum ducere cogitur, canum per æstum sitientium more.

Sunt et aliæ quædam anginæ differentiæ, quod scilicet inflammatio alia major, alia minor est; unde etiam majus vel minus periculum expectandum et quod alia est a sanguine puro, alia a sanguine cum aliis humoribus mixto ; ut et quædam epidemia est et maligna, alia malignitatis expers.

Signa diagnostica.

Anginam exquisitam ex iis, quæ hactenus dicta sunt, cognoscere non ita difficile est. Verum cum sit morbus periculosus et peracutus, qui celeri suo motu sæpe omnem medici diligentiam superat, utile est etiam imminentis signa cognoscere ut omni modo ejus incrementum præcaveatur.

Si qui ergo sine manifesta causa collum vix movere vix deglutire potest, ac difficulter spirare incipit, et dolorem ac calorem insuetum circa fauces percipit, anginæ imminentis suspicio est, præsertim si tempus vernum et pluviosum ac humidum sit, aut angina alias populariter grassetur.

Præsente autem angina, in quacumque etiam parte sit, adsunt imprimis duo : primo difficilis respiratio, citra aliquod thoracis ac pulmonis vitium, ita ut sæpe et suffocationis periculum immineat; unde Plautus, in Mostellaria, act. 1. 3. v. 61.

« In anginam ego nunc me velim verti, periculosissimam.
« Faucium obstructione enecentem.

In qua deglutitio difficilis, adeo ut nonnullis potus per nares resiliat. Necque enim deglutitio solum œsophagi ministerio perficitur, sed etiam musculi duo a larynge exorti, œsophagici dicti

ac circulatores, quod suis fibris transversis semicirculum imitantibus œsophagum complectantur, cibi et potus deglutitionem atque ad inferiora detrusionem adjuvant, dum laryngem deglutitionis tempore sursum trahunt, ut descendenti cibo locum concedat; præterea etiam musculi faucium, dum ad suum principium contrahuntur, cibum ad œsophagum detrudunt. Hi ergo musculi cum in angina afficiantur, non mirum est deglutitionem lædi. Postea dolor circa guttur et fauces percipitur, rubor item et calor, plerumque et tumor, febris adest continua. Lingua ipsa intus tumet et rubet, et quodammodo coarctata est, unde etiam ejus motus impeditur.

Etsi enim in angina notha, quæ fit ab humore pituitosa fauces occupante, febris non semper adest; in angina tamen exquisita febris continua semper adest; seu ut symptomatica ex inflammatione generetur, seu sit primaria, cui angina accedit.

Differentiæ quoque non difficulter patescunt. In synanche est minor respirationis difficultas, deglutitionis vero maxima, ut etiam liquida vix transire possint, sed potus fere per nares rejiciatur. In parasynanche, inter omnes differentias, respirationis difficultas minima est, et rubedo foris in cervice conspicitur, dolorque percipitur, si locus contrectetur, cum inflammatio foras vergat. Interdum etiam pectus rubet, quia ibi prorepunt duo musculi ad cartilaginem scutiformen. In cynanche vero, neque in faucibus intus, neque extra in cervice, quicquam ruboris vel tumoris apparet, et tamen fauces vehementer interim dolent, cum metu strangulationis, ita ut æger erecta cervice, et aperto ore spirare cogatur, lingua est livida et nigra, et ut scribit Hippocrates, 4. de rat. vict. in acut. inflexa vel retorta, ob summam venarum circa linguam repletionem; adest quoque febris acuta. Seu, ut Hippocrates, 3 de morb. describit: ex angina dicta homo suffocatur, et fauces magis occupata videtur, ut neque salivam, neque aliud quicquam deorsum trahat, oculi affecti sunt, et veluti iis, qui strangulantur, prominent, et per eos contente intuetur, neque eos convertere potest, crebro se jactat et exsilit, fauces et facies incenduntur, ac etiam collum. His vero qui intuentur, nihil mali habere videtur, et visus atque auditus hebescit, nihilque præ suffocatione intelligit, neque quid dicat, aut audiat, aut faciat, sed jacet ore hiante salivam effundens. In

parasynanche respiratio non est tam difficilis, nec dolor tantus, et rubor ac tumor aliquis intus circa fauces deprehenditur. Si ex luxatione sit angina, plerumque id accidit a causis evidentibus, et violentia. Postea et si sit ab inflammatione et accessu humorum, deprehenditur ex inspectione cervicis. Cervix enim circa primam et secundam vertebram excavatur, ob depressam vertebram, et difficilis redditur respiratio, ob angustiam faucium ex compressione. Videatur etiam Hippocrates, 2, epid sect. 2 ubi incipit : ηδε των φλεγματικων παθηματα ταδε, etc. Egregie enim et prolixe eo loco describit Hippocrates, σκολιωσ. et λορδωσ. inclinatione et perversione oritur; quem locum propterea Galenus, lib. 4. d. loc. aff. cap. 3 dignum judicavit, ut commentario explicaret. Videatur etiam lib. 2. prorrhet. comm. 2.

Signa causarum et humorum ex aliis locis patent. Sanguis abundans ex habitu corporis, aliisque signis cognoscitur, adest major distentio, color faciei est rubicundus, faciesque ruborem et calorem habet insignem. Si adsit bilis, ardor et dolor major est cum siti, oris amaritudo, et morsus circa guttur. Si ex pituitoso sanguine sit, dolor minor est, febris exigua, tumor citra insignem ruborem. Et, ut Galenus, 4. aphor. 34 et 4 de rat. vict. iu acut. t. 30. docet, sanguis biliosus plerumque laryngis prius musculis quam faucium, seu gulæ inflammationem, et glandularum, quam laryngis excitat. Cum enim laryngis venæ sint exiles, in eas nonnisi sanguis tenuis penetrat; crassus vero, qui eas penetrare non potest, in faucibus potius et glandulis subsistit. Anginæ etiam biliosæ maxime æstate et autumno proveniunt: quod in æstate bilis generatur, et in autumno retinetur, quæ æstate genita est, at pituitosa fere fit ex pituita hyeme genita.

Prognostica.

1. Angina, teste Galeno, I aphor. 12 et 2, aphor. 19. Tralliano, lib. 4, cap. I. Celso, lib. 4. cap. 4. pestiferum acutumque malum est, quod celeriter ad finem properat, vel periculo non caret, ægrosque laquei modo strangulat et suffocat. Etsi enim pars absolute princeps non afficiatur ; ea tamen pars afficitur, sine qua cor, membrum nobilissimum, salvum esse non potest; quæ scilicet destinata est respirationi, et simul deglutitioni in-

servit, quorum neutro homo carere potest. Adest simul febris continua, quæ et cordis, et ipsius corporis vires labefactat, ideoque Galenus, I aph. 12. hoc modo laborantibus salutis spem in virium robore consistere scribit. Et suffocatur plerumque æger, vel quia tumor eo usque crevit, vel tanta facta est vertebrarum colli luxatio, ut faucibus coarctatus spiritus plane percipiatur, vel quia rupto tumore pus in pulmones ruit, eosque implet.

2. Et quidem quo major est faucium et gutturis angustia, eo periculosior est angina, præsertim, si febris et ipsa sit acuta. Atque ita κυνάγχη a posterioribus Græcis in specie descripta omnium periculosissima est et gravissima, quæ intra unam diem, plerumque intra 4. jugulat : de quo Hippocrates, 4. aphor. 34. Si febrem habenti suffocatio repente superveniat, nullo tumore in faucibus existente, lethale est. Et 3. prognost. 16. et in Coacis : Anginæ gravissimæ sunt, et celeriter interimunt, quæcunque nihil conspicuum faciunt in faucibus, neque cervice, plurimum vero dolorem inferunt, atque orthopnœam. Hæc enim in eodem die, et secundo, tertio, et quarto, strangulant. Neque enim tum parvitas mali significatur, quod nihil conspicui sese prodit, sed quia magnus dolor adest, et summa respirandi difficultas, significatur, tumorem in internis gutturis partibus hærere, ibique conclusum spitui aëris præcludere, atque ita subito strangulare. Alias si respiratio et deglutitio non valde lædatur, neque magnus dolor adsit, parvitas mali significatur. Idem tamen Hippocrates, 3. de morb. κυναγχη ad nonum diem protrahi posse docet.

παρακυναγχη paulo minori cum periculo conjuncta est, et potest diutius protrahi ; de quo Hippocrates, 4. prognost. 17. Quæcunque vero dolorem alioquin alteri similem inferunt, in faucibus vero tumorem et ruborem excitant, valde quidem lethales sunt, præcedentibus vero diuturniores, si magnus rubor adsit : quia tandem in cynanchem transit. Sic mortua quinta die Bitonis uxor, 3. epid. sect. 2, t, 4.

4. Minus periculi autem adhuc est a συναγχη, in qua plus læditur deglutitio, quam respiratio. Homo enim sine cibo et potu aliquantisper vivere potest, non vero sine respiratione, præsertim cum febris conjuncta est, eaque acutior. Et tumor ad

interna vergens evocari longius, et medicamentis digeri potest.

5. Levissima est, et omnium minime periculosa Parasynanche ; quia inflammatio longius a gutture abest. Hinc Hippocrates, 6 aphor. 37. angina correpto, si tumor in collo appareat, bonum : Foras enim morbus fertur. Et 7. aphor. 49. Ab angina detento tumor et rubor in pectore superveniens, bonum ; quia extra morbus fertur. Et 3. prognost. 18 : quibus vero fauces et cervix simul rubent, hæ sunt diuturniores, et maxime ex ipsis liberantur, quibus cervix et pectus ruborem contraxerit, nisi erysipelas intro recurrat. Et aphor. 20. 3. prognost. securissimum est, si rubor quam maxime foras, in cervicem scilicet et pectus feruntur. In his nimirum duabus differentiis, neque dolore nimium vexatur æger, neque difficultate spirandi tenetur. Etenim cum partes hæ sint glandulæ, molles laxæ, affluentem humorem sine magna difficultate recipiunt, et quia laryngis musculi non inflammantur respirationis via non intercluditur. Easdem sententias iisdem fere verbis tradit Hippocrates, lib. de Coac. prenot. Historias autem et eventus differentiarum, 7 epid. sect. 7. Ubi de signis anginæ epidemiæ loquens, tandem concludit ; in summa, qui solum deglutire non poterant, his valde mites, et toleratu faciles erant ; pessimæ vero his, quibus spiritus sublimis erat.

6. Angina laborantes nisi celeriter cocta exspuant, male habent (Hippocrates in Coacis).

7. Angina biliosa periculosior pituitosa ; quia et dolorem majorem et febrem, et majorem respirandi adfert difficultatem.

8. Si in angina, tumore, et rubore intus in faucibus apparente, rubor die non critico evanescat, remaneat vero tuberculum sine dolore, quod nec naturæ, nec artis benificio suppuratur, mortem vel ruboris recidivam minatur, ex 3. prognost. 19. Mortem quidem, quia relicta foris crassa materia tenuior et ferventior intro ad guttur conversa est : Ruboris recidivam, quia materia calidior ex accidente aliquo intro repulsa est, non autem discussa.

9. Si in angina tumore et rubore foris apparente ista subito intro evanuerit, malum ; quia materia ad interiora recurrens suffocationem parit, ex 6, aph. 25. Nisi tamen critice discussa, aut alio depulsa materia hoc fiat, atque æger melius habeat.

10. Si febre detento repente collum intorqueatur, ac vix deglutire queat, nullo tamen tumore intus vel foras apparente, lethale est, 4. aphor. 35, ob luxationem scilicet vertebrarum.

11. Pueris angina fere accidit ex vertebrarum cervicis intus luxatione, 3. aphor. 26. Hujus curationem Paulus Ægineta, lib. 3. cap. 27. non aggreditur, cum nullam, uti censet, illa recipiat ; quod tamen intelligendum est non de luxatione, quæ ex crudorum humorum affluxu paulatim facta evenit, quæ antequam plane perficitur, curari potest ; neque etiam ex crudo tuberculo, modo vertebras non plane suo loco dejecerit ; quales fuisse videntur anginæ, quas Hippocrates, 2. epidem. sect. 2. describit, ex vertebrarum colli luxatione factas quorum tamen neminem, qui tum laborarunt, mortuum fuisse refert ; sed quæ sit ab inflammatione, vertebras distendendo violenter suo loco dimovente. Hæc enim omnino incurabilis ; cum quia ipsa inflammatio reductionem vertebrarum prohibet, tum quia respiratio et deglutitio valde læditur.

12. Quibus ex angina in pulmonem mali fit conversio, intra septimum diem moriuntur ; si vero hos effugiant, εμπυοι, id est, purulenti evadunt. 5. aph. 10. et. 3. prognost. 20. Si anginæ materia in pulmonem convertatur, desipientiam affert, et ægri magna ex parte ἔμπυοι fiunt. Εμπυοι enim fiunt abcessu rupto, et in pulmonem effuso ; vapores vero calidi sursum exæstuantes delirium excitant.

13. Si strangulatis et suffocatis, ita et anginosis, spuma circa os appareat, lethale signum est, 2 aphor. 43. Extremam enim cordis angustiam significat, fervoremque summum, a quo materiam agitante, spuma illa excitatur.

14. Quando in angina magna fit spirationis angustia, et spuma jam in ore apparet, nulla sanitatis spes relinquitur, nisi æger adhuc viribus valeat, et nutrimentum appetat. Quando vero infirmo ægro febris invalescit, et facies ægri fit viridis, et sinus oculorum denigrantur, extremaque frigent, et lingua nigra ac crassa cernitur, lethale est. Nam in forti febre, multa inspiratione opus est, quam angina negat, teste Avicenna, capite proprio.

15. In anginosis subarida sputa gracilium mala. Hippocrates, in Coac : Angina enim talis est periculosa, sine tumore in collo et

faucibus, uti prognost. 2. dictum, quod plerumque ægri suffocantur. Et licet, quod rarissime fit, suppuretur : si tamen sputum sit subaridum, febrilem calorem maxime indicat, quo sputum glutinosum et crassum redditur. Qui enim, ut ibidem habet Hippocrates, anginosi non celeriter exspuunt cocta, lethaliter habet.

16. Qui in angina tumores faucium sine ulla ratione repente evanescunt, lethales sunt, in Coac. Etsi enim aliquando præcedente evacuatione vel repellentium usu tumor subsideat; tamen si sine his, atque ita præter rationem id fiat, malum periculosum est, cum non solvantur morbi manentibus iis, quæ eas faciunt, causis. Significatur enim materiæ ad interiora recessus; unde periculosior in partibus internis morbus excitari potest; vel quod interdum accidit, ad partem, unde discessit, repente iterum delata, subito suffocationem inducit.

17. In anginis sine signis dolores in caput conversi, lethale, in Coac. Etenim cum fiat sine crisi aut materiæ translatione, et manente eadem gutturis et faucium angustia, ac difficili respiratione, malum non imminui et tolli, sed diffundi, et cerebro communicari significant. Eodem modo si in hypochondriis vel cruribus dolor excitetur, et angina non solvatur, morbi augmentum, et humoris vitiosi etiam alias partes occupantis redundantiam significat.

18. Qui vehementer suffocantur, narium pinnas expirando contrahunt, inspirando vero dilatant (Galenus, 3 epid. comm. 2, text. 4). Cum enim ob extremum suffocationis periculum, aut caloris vehementiam, membranarum respirationi inservientium motus necessitati satisfacere non possit, natura ad cartilagines illas diducendo sese convertit, quasi aliquid commodi inde perceptura.

19. Solvitur autem angina vel tumoris διαφορήσει, causa ejus revulsa, distracta, evacuata aut discussa; aut tumoris maturatione, et puris ex illo aperto evacuatione; aut materiæ ad aliam partem translatione : quod ex doloris et tumoris subita cessatione, pulsusque mutatione cognoscitur. Optimum autem est, materiam discuti, vel tumoris maturatam materiam evacuari; alio eam transferri periculosum, ut jam dictum.

20. Transfertur autem materia vel ad cerebrum, ubi statim dolor capitis gravis, deliria et phrenitis sequitur; vel ad mus-

culos colli, ubi dolor et tumor, interdum et convulsio excitatur; vel ad pulmones et pleuram, unde dolor pectoris, tussis, difficilis respiratio oritur; vel ad cor, unde tremor ejus, syncope et pulsus obscuritas excitatur.

Indicationes.

Quas aliæ inflammationes habent indicationes, eædem et in angina observandæ, saltem partis affectæ habita ratione. Nimirum sanguis et materia, quæ adhuc affluit, aut affluxura est ad partem affectam, revellanda, derivanda ; quæ jam affuxit, adhuc tamen in parvis venis consistit, vel in parte fluctuat, ne in partem recipiatur, atque in eo consistat, repellenda, et in parte affecta foras protrudenda per adstringentia ; quæ vero extra venas effusa est in partis spatia, et repelli non potest, insensibiliter discutienda est per digerentia, quod tutissimum est; vel si digerentibus non cedat, et ad maturationem tendat, maturatio adjuvanda, et diligenter simul cavendum, ne astringentibus et refrigerantibus foris quocunque tempore applicatis materia intro repellatur; sed relaxantia potius extrinsecus adhibeantur, quibus materia foras evocetur, periculumque suffocationis avertatur.

Curatio. — Venæ sectio.

Cum ergo angina sit inflammatio, et quidem ejus partis, a qua præsens periculum suffocationis imminet, et a sanguine vel solo, vel cum alio humore mixto ortum habeat, in omni angina sanguinis missione et evacuatione opus est. Estque venæ sectio optimum, præsentaneum, et compendiarium in hoc morbo remedium. Ideoque ut sanguis ad fauces ruens revellatur et evacuetur, periculumque maxime urgens avertatur venæ sectio statim et sine omni mora instituatur, præmisso, si licet, clystere.

Et quidem aperiatur in cubito cephalica aut mediana, aut utraque, si magna adsit plethora. Hoc enim modo, et vena in brachio aperta, et universum corpus promptius evacuatur, et non parum sanguinis a parte affecta avertitur. Et primo quidem mediana, hinc cephalica aperiatur, si utriusque sectione opus. Et si inflammatio alteram partem magis affligat, vena in opposito primum brachio revulsionis gratia, postmodum in latere

eodem aperienda; aut si semel saltem venam aperire liceat, vena in eodem latere secetur. Si vero nullum lateris discrimen sit, aut dubitetur, utra pars magis affligatur, sanguis ex dextro brachio emittatur; cum hepar sit plerumque mittens.

Si menses vel hæmorrhoides suppressæ sint, quæ vena primo aperienda sit, autores dissentiunt. Alii enim saphenam, alii venam in cubito primo aperiendam censent. Verum distinctione hic opus videtur. Etenim, si periculum non urgeat, ex poplite vel tali sanguinis missio primum instituenda, ut menses supressi revocentur, et sanguis ad partes distantes revellatur, imprimis si purgationis tempus instet. Et si malum augeatur, mox vesperi aut sequenti die cephalica aperienda; non tamen neglectis revulsionibus, quæ in cruribus institui possunt. Si vero morbus urgeat, et periculum instet, quod plerumque fieri solet, mox vena in cubito aperienda. Periculosum enim est, neglecta cephalica cum affecta parte communicante, in distantissima parte venam secare. Vena autem brachii aperta postea venam in poplite aut talo secare licet. Sic enim et urgenti affectioni, ac celerem revulsionem et evacuationem requirenti, et suppressæ evacuationi satisfit. Imo sunt optimi Medici, qui in angina periculosa, non solum in suppressis mensibus, venam primo in brachio secandam censent, sed etiam fluentibus mensibus. Et tali in casu, dum sanguis per venas superiores evacuatur, cucurbitulas femoribus affigendas censent, ut minor fiat sanguinis versus superiora retractio.

Evacuatur autem sanguis majore vel minore copia, pro ejusdem abundantia, magnitudine ipsius affectus, et vitium robore. Et si vero fuerint, qui in angina etiam usque ad syncopen sanguinem evacuandum censuerint, persuasi sententia Galeni, qui, I. aphor. 23. scribit, in ardentissimis febribus, in maximis inflammationibus et vehementissimus doloribus, usque ad animi deliquium sanguinem detrahendum esse ; tamen Græci, Aetius, tetrab. 2. serm. 4. cap. 47. Paulus Ægineta, lib. 3. cap. 47. Trallianus, lib, 4. cap. 1 ut et Arabes plerique, item Cælius Aurelianus, lib. 3. acut. cap. 4. et posteriores Medici plerique, sanguinem non semel atque confertim, sed sæpius et repetitis vicibus evacuandum censent; ne, si confertim evacuetur, animi deliquio superveniente, suffocatio, quæ antea urget, augeatur,

ægerque suffocetur. Quanquam enim ipsa inflammatio, si sit magna, tale præsidium requirere videatur; prohibet tamen id respirationis difficultas, et inprimis suffocationis periculum. Respiratio enim cum sit actio vitæ valde necessaria, qua nec exiguo tempore vivus homo carere potest ; plus valet hic prohibendo difficilis respiratio, quæ ex animi deliquio succedente ad largam sanguinis effusionem ita augeri possit, ut illico suffocatus æger interiret, quam inflammationis eam indicando. Itaque ubi minor est spirandi difficultas, copiosus, si inflammationis ratio postulet, sanguinem mittere licet, ut inflammatis faucium musculis. Si autem respirationis difficultas valde urgeat, id quod accidit, inflammatis laryngis musculis, cavendum est a larga sanguinis missione, quæ animi deliquium inducere posset, sed tum partitis vicibus, 4. vel 5. horarum intervallo sanguinem evacuare commodius est. Et repetita venæ sectio plus revellit, quam una larga sanguinis evacuatio. Præterea cum sæpe accidere soleat, ut ad partem affectam novus affluxus fiat, repetita venæ sectio etiam humores iterum affluentes avertit. Vitandum tamen, ne nimis parce prima vice sanguis evacuetur, ne antequam alteram aut tertiam sectionem adhibere possimus, æger interim moriatur.

Et quidem primo in opposita parte vena aperiatur, deinde in brachio lateris affecti. Et si malum fert inducias, mane una vena aperiri potest, vesperi vel sequenti die altero. Foramen non fiat nimis angustum, ne crassior sanguis intus remaneat, nec nimis amplum, ne spirituum magna copia dissipetur.

Gravidæ etsi sanguine emisso interdum abortiant, tamen in morbo tam periculoso necessitas postulat, ut sanguis, sed minore copia, detrahatur. Et plurimæ gravidæ ita sanguine abundant, ut venæ sectionem sine abortus periculo tolerare possint. Imo compertum est, nonnullas fœminas, nisi sanguis iis detrahatur, abortire, aut in alia mala periculosa incidere. Fiat autem sanguinis evacuatio ex vena cubiti.

Si phlebotomiam vires non ferant, aut saltem repetitam sanguinis evacuationem non tolerent, cucurbitulæ cum scarificatione apponatur cruribus, vel supra renes, postea etiam in brachiis, non in collo. Nam si statim in principio cucurbitulæ parti loco affecto propinquæ applicantur, major ad partem affectam

fluxus concitabitur, malumque augebitur. Postea vero in loco propinquo applicari poterunt sicut venas sub lingua secare licet, ut postea dicetur. Simul etiam alia adhibeantur, quæ repellere possunt, ut lotiones et frictiones ac ligaturæ extremorum, et curcubitulæ in partibus remotioribus, ut modo dictum.

Purgatio.

Venæ sectione peraçta, mox instituenda purgatio, præcipue si bilis in corpore abundet, ut illa pharmaci irritatione motus humorum fiat καταρροω.

Cum autem anginæ conjungatur febris, depurgatio initio anginæ instituenda Autores dissentiunt, dum alii, et plerique omnes Græcis ac Arabis, summum periculum attendentes, mox in principio purgandum esse censent; alii vero, inter quos præcipuus est Massarias, ad cruditatem humorum respicientes, purgationem in principio prohibent.

Verum febris natura hic attendenda. Nam, quod plerumque fieri solet, si febris vel præcedat anginam, vel simul cum ea invadat, et materia, peculiari motu naturæ, humores vitiosos extrudere conantis, ad fauces depellatur, atque ita humores turgentis materiæ conditionem referant, et errabundi quasi a natura e venis expellantur; nondum immobiles sint, et licet ad certam partem ferantur, vagabundi tamen adhuc quasi sint, et tales, qui etiam ad aliam partem mox moveri possint, sicut sæpe angina in pleuritidem et peripneumoniam mutatur; ad turgentem materiam merito referuntur, et propterea ex consilio Hippocratis, 1 aph. 22 statim evacuandi sunt. Id quod etiam a doctissimis Medicis hactenus cum commodo ægrotorum factum fuit, et ipse etiam Hippocrates præcepit, lib de locus in hom. et lib. 3 de morb.

Et omnino sum in ea sententia, etsi angina sit inflammatio; (quod et de pleuritide, peripneumonia, parotidibus et similibus affectionibus intelligendum) primam tamen occasionem ei præberi a cacochymia, (nisi causa externa sanguinis affluxum excitet, ut spinæ vel ossicula gulæ infixa, vel vertebrarum luxatio) Natura enim irritata a pravis humoribus, eos ad partes corporis externas detrudit, ad latera, tonsillas, fauces, post aures, ad

inguina, et alias partes. Verum ut in hæmorrhagiis narium criticis, quæ in febribus acutis a natura sæpe instituuntur, non præcipue sanguinis, sed cacochymiæ causa, ea evacuatio a natura instituitur ; ita et hic natura quidem vitiosos humores expellere conatur, non tamen eos sine sanguine extra venas protrudit, sed cum sanguine permixtos extra venas in spatia partium effundit, unde inflammatio excitatur. Et ipsi tales humores e venis effusi, acrimonia et pravitate sua naturam stimulantes, majori sanguinis affluxui occasionem præbent.

Si autem inflammatio præcedat, ne ea ex humoribus vitiosis , corpore protrusis ortum habeat, et postea febris sequatur ; non adeo multum commodi ex purgatione provenit, nisi forsam metuatur, ex affluxu humorum vitiosorum inflammationem augeri posse.

Et quidem mature statim in initio instituenda purgatio. Narratque Alexander Trallianus, lib. 4. se eodem die sanguinem misisse et purgasse, his verbis : Post missionem sanguinis, si nullus laxitavis sensus oriatur, sed sibi et aëris transitus adhuc impediatur, etiam venas linguæ subjectas incidere ne graveris, neque in crastinum differre, sed eodem die facito. Ego sane memini, me cum usus valde urgeret, venam mane aperuisse, venas linguæ subjectas secuisse, et vesperi ex cremore ptisanæ extractum scammonii exhibuisse, atque ita laqueum ex inflammatione ortum vix potuisse dissolvere. Imo alium quendam novi, me, postquam brachiorum duorum venas in cubito secuissem, repurgasse, sequenti die non expectato. Et omnino affectus gravitas sæpe purgatione ita urget, ut statim instituenda sit, nec tempus matutinum expectari possit. Etsi enim et ad venæ sectionem : Gallinar. Unc sem. ol. lilior. alb. Unc. i. som. ceræ flavæ parum. M. pro Unguento, quo collum et partes tumentes inungendæ.

Vel parentur cataplasmata ex farina, vel cremore sem. lini fœnugræci, altheæ, malvæ hordei, flor. chamæm.. meliloti, et similibus.

Vel farinæ hordei, pulpæ passul. an Unc. ii. pulu. rad. altheæ Unc. i. cum ol. amygd. dulc. Fiat Cataplasma.

. . . .

. . . .

Maturantia.

Si vero malum discutientibus non cedit, indicio est suppurationem tendere; quod plerumque quarto vel quinto die contingere solet. Quod si animadvertatur, adjuvanda est maturatio, tum externis, tum internis medicamentis. Intus quidem utile est frequenter cassiam extractam, seu medullam cassiæ in ore tenere, ut paulatim liquescens in gulam descendat. Lenit enim, maturat et resolvit. Gargarismi vero et collutiones fiunt ex lacte tepido cum saccharo, vel ex decocto radic. altheæ, malvæ, lilior. alb. caricarum, dactylorum, jujubarum, passularum.

Vel ♃ Fol. malv. violar. an M. i. scabios. sumitat. meliloti. an. M. sem. nidi hirundin. Unc sem caricar pinguium N. V. passular. Unc sem se. lini Drach. ii. cydon. Drach. 1. coq. in aqua hord. simpl. Colat. adde sapa Unc. ii. F. gargarismus.

Vel ♃ passular. exacinat. Unc. i. glycyrrh. Unc. sem. caricar. ping. N. v. sem altheæ Drach. ii. cydonior. Drach. i. Coq. in hydromel. vel aqua pro gargarismo.

Vel ♃ Dactyl. N. ii. caricar. pinguium Unc, sem. Chamæmel. p. i. sem lini, fœnugræci, ana Unc. i. Coq. in aq. s. ad mediet. consumt. Colat. ♃. ℔. j. in qua dissolve sapæ Unc ii. M. F. gargarismus.

Extra vero applicari possunt emplastra maturantia, ex farina et remanentiis decocti sem. lini et fœnugr. cum butyro non salito, adipe gallinæ, et oleo lilior. alborum, et quæ antea fuerunt proposita, ex nido hirundinis.

Ut. ♃. Nidi hirund. pul., Unc. sem. lini. fœnugrec. rad. altheæ, ana Unc sem. Coqu. ad. formam pultis, et addatur, ol. Chamæmel. Unc. i. Fiat cataplasma.

Ut autem facilius rumpatur abcessus, aliquid nitri, vel cineris hirundinis, vel stercoris canini addi potest.

Vel ♃ sem. sinapis Drach. i. coqu. in hydromel. ℔. i. Pro gargarismo.

Nisi sponte abcessus rumpatur, æger, ut screatu et leni tussi, vel vi id præstet, conetur. Nonnulli præcipiunt, ut æger spongiolam filo alligatam, aut carnem salsam semicoctam deglutiat, ut filo attracto abcessus rumpatur. Alii panis crustam deglutire jubent. Verum cum liquidus cibus vix deglutiri possit, multo

minus solida deglutientur. Commodum ergo, ceream candelam oleo admygdal. dulc. illitam in œsophagum immittere, ut ita rumpatur abcessus. Alii hiante ore linguam deprimunt, et cultro ligneo acuto, vel scapello tumorem, si conspiciatur, aperiunt. Quæ omnia tamen caute peragenda, ne in periculum suffocationis æger conjiciatur.

Abscessu rupto, ne pus in pulmones aut gulam influat, id prono capite expuat æger. Postea ulcus extergatur collutione vel gargarismo cum hydromelite vel aqua saccharata, vel decocto hordei adjuncto melle. Et si post puris evacuationem ulcus quiddam sordidum, vel putridum præ se ferat, fortius detergentia et putredinem inhibentia usurpanda, qualia supra in ulceribus oris proposita sunt.

Vel ℞ fol. scabios. agrimon. an. M. j. nucum cupressi ℥. i. radic aristoloch longæ iridis Florentinæ an ℥ ß for. rosar. rubrar. p. ii. myrrhæ ℈. i. Coq in hydromelite ad ℔. j.

Ad consolidandum usurpetur linctus ex bolo Armeniæ cum sirupo vel melle rosato; aut pulvis ex thuris, myrrhæ rosarum, boli Armeniæ æqualibus partibus. Qui si melle excipiatur, forma linimenti exhiberi potest. Interdum tamen accidit, ut angina, neque resolvatur neque etiam intus tumor rumpatur, idque cum summo ægri periculo. Cum enim, ut supra etiam dictum, detur anginæ species, eaque deterrima, in qua nullus tumor, nulla rubedo, intus, vel extra apparet, ægroque tamen suffocationis periculum imminet, cujus Hippocrates, in prognost. Galenus, 4. de loc. affect. Cap. 3. Aetius, tetrab. 2. serm. 4. cap 47. meminerunt, in qua illis remediis nihil proficitur ; in ultima desperatione sub maxillis et supra collum, altioribus, plagis scarificationem nonnulli instituerunt, et ægrum a suffocatione imminente liberarunt, nonnunquam pure, nonnunquam sanguine effluente, ægroque ita levato, ut postea reliquis præsidiis locus esset. Qua de re scribit Anton. Benivenius, de abdit. morb. causs., cap. 38 Angina laborabat Nicolaus Rota, sed nullus tamen rubor, aut tumor, vel intus in gula, vel extra videbatur, et ipse nihil omnino vix spiritum trahens, quicquid præterea edendum sumeret, per os statim et nares rejiciebat. Quare cum arescente corpore pallente jam facit, ac vertentibus oculis spes omnis sublata esset, et medici, quibus cura demandata fuerat, ægrum et non amplius adirent,

me, licet juniorem, convocant, ægrum ostendunt, et quæcunque acta fuerant, exponunt. At ego cum et ægrum ipsum ad mortem tendere, et medicos, quæcunque opportuna fuerant, præsidia adhibuisse intelligerem, cœpi mecum ipse cogitate: satiusne esset, ægrum ipsum Deo, et Naturæ, ut cæteri Medici incuratum dimittere, an aliquid, licet insolitum, utile tamen auxilium experiri. Verum adhortantibus his, qui ægro assistebant, consilium capio, et locum altioribus plagis sub ipsis maxillis, ac etiam supra colum incido ex quo cum sanies multa prorumperet, adeo morbus levatus est, ut faucibus spiritum simul, et cibum capientibus, facilis deinde ad bonam valetudinem ægro ipsis daretur regressio.

Hoc etiam in curatione anginæ animadvertendum, semper usque ad morbi declinationem aliquid detergentis medicamentis admiscendum esse, sicut in omnibus inflammationibus, quæ tenui cute teguntur, per quam semper aliquid resultat; id quod in angina copiosissima sæpe sputi rejectio monstrat. In quem finem mel commode adhibetur.

Atque ut usum topicorum hactenus propositorum in summam contrahamus ; in principio utendum repellentibus et nonnihil abstergentibus; in augmento abstergentibus et repellentibus parum digerentium admiscendum ; in augmenti fine et circa principium status, abstergentia cum æquali quantitate digerentium et adstringentium permiscenda; in declinatione tandem fere solis digerentibus utendum, et pauxillum saltem roborantium et adstringentium admiscendum.

Specifica medicamenta.

A proprietate prodesse traduntur fungus sambucinus coctus et bibitus, et foris etiam impositus. Lignum quoque hederæ a proprietate valere dicitur ad apostema gutturis. Unde Johannes Marquardus, in practica, scribit, quod comedens ex cochleari de ligno *hederæ*, vel bibens ex vase hederaceo nunquam vel raro in apostema gutturis vel uvulæ incidat. Commendatur et ad tumores faucium rumpendos, si in decocto radicum altheæ et ficuum cum momento zingiberis, addita vini quarta parte, maceretur, et decoctum diu in faucibus teneatur.

Commendant etiam tanquam expertun lupi guttur seu aspe-

ram arteriam, si angina laborans per eam bibat. Laudatur et *hirundinum pulvis*, si sale aspersi una cum pennis in fictili comburantur, et cinis melle mixtus illinatur. Galenus, 6 de compos. med. sec. loc. Et Celsus, lib. 4. cap. 4. scribit. Vulgo audio, si quis pullum hirundinis ederet, angina toto anno periclitari, servatumque eum ex sale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque ejus contritum in aqua mulsa, quæ potui datur, infricari, et prodesse.

Laudant et filum sericum purpura tinctum, *quo vipera strangulata* sit, collo circumligandum, Galenus, 6 de simpl. med. facult. Varignana, lib. 7. de cur morb. cap. 1 commendatur et *exuviæ serpentis* in oleo amygdal. dulc. coctæ si in oleo illo linteum tingantur, colloque circumponatur. Stercus item canis ossa comedentis, ut et *cochleæ* cum testis ustæ, et *cancri* usti. Item *rasura dentis castorei*, scrup. j. vel. Drach sem. pondere in aqu. scabios. propinata ; vel rasura dentis caprini, si ejus scr. j. cum ol. amygdal. dulc. recent. Unc. sem. misceatur, et cum saccharo albo dulcoretur ac assumatur.

Rejicit tamen hæc a proprietate substantiæ medicamenta Bert. Paulus Pereda, ideo quod angina est morbus manifestus, non occultus. Et non abs re est medicamentorum quorundam, quæ a proprietate substantiæ hic prodesse creduntur, rationes reddi posse. Ita stercus hirundinis, et canis, ut et cochleæ et cancri combusti proculd ubio vi exsiccandi et discutiendi, quam *a sale in primis* habent, hic prosunt. Si quæ vero sunt medicamenta, quorum causa facile reddi non potest, illa proculdubio causæ anginæ opponuntur, in qua aliquid maligni et occulti inesse potest. Qua ratione forsan filum purpura tinctum, quo vipera strangulata fuit, prodest. Refert etiam Cardanus lib. 7. de varietate rerum, cap. 25, quod rubeta cocta et pro emplastro imposita, adeo damno prosit, ut quendam hoc auxilio jamjam moriturum liberarit ; creditque et filum, quo rubeta suspensa interiit, conferre. Vide etiam Plinium lib. 30. cap. 4.

(*Cap. XXIV.*)

An omnis angina sit ab inflammatione?

Angina per inflammationem vulgo, et quidem ex Galeni doctrina, 4. de rat. victus in acutis, text. 20 et 2. ad Glaucon. cap. 1.

definiri, supra diximus Galenus tamen, 4. de loc. affect. cap. 3 addita Hippocratis, ex. 2. epidem. Sententia, etiam inter anginæ species recenset eam, quæ ex vertebrarum ab interiora luxatione et perversione sit. Et Aretæus, de caus. et sign. acut. morbò lib. 1. cap. 7 aliam, quæ sit solius spiritus prava conversione ad calidissimum et siccissimum mutati, vitio, nulla corporis parte inflammatione laborante, addit.

Verumenimvero non omnis suffocatio, multo minus respiratio læsa est angina. Equidem si vocabulum anginæ spectes, quod ab ἄγχω deducitur, suffocatio angina dici posset: usus tamen obtinuit, ut proprie et in specie illa suffocatio saltem dicatur angina, quæ salvo thorace, a faucium et gutturis, et partium huc pertinentium læsione provenit. Et quidem cum vulgatissime a partium harum tumore et inflammatione accidat, angina etiam harum partium inflammatione determinatur. Luxatio vero vertebrarum cervicis, etsi eamdem suffocationem inducere possit; tamen cum rarius accidat, et a causa externa pendeat, inter anginæ quidem in genere ita dictæ differentias referri potest; est tamen alterius rationis, quam ea quæ ab inflammatione provenit. Angina vero, cujus Aretæus mentionem facit, vix ad anginam commode referri potest, sed potius ad respirationem læsam de qua parte secunda dicetur, pertinet; cum, sicut ipse Aretæus scribit, in pectore vitium sit, ubi spirandi initium ponitur quodque hominem celeriter eodem die jugulet. Neque tamen, ut nonnulli existimant, de ea suffocatione loquitur hic Aretæus, quæ ex aëre crasso et denso, qualis e carbonibus accensis exhalat, originem habet. Expresse enim scribit Aretæus, causam mali non extrinsecus advenire, sed intus excitari. Sed si ea, quæ tradit Aretæus, diligenter perpendamus, de acutissima aliqua pulmonis inflammatione, aut certe de æstuosissima et acutissima febre, qua spiritus calidissimus redditur, loqui videtur. Heurnius anginam hanc fieri existimat ob inflammationem *nervi, qui enatus e colli vertebris ac per pericardium elatus, etiam diaphragmati implantatur*. Videatur etiam Hippocrates, 4 de ra. victus in acut. text. 21 et seqq. et Galenus, in comment. Et fortassis talis fuit angina, cujus mentionem facit Dodonæus, in observat. cap. 18. qui in dissectis talibus ægris demortuis pulmones purulentos fuisse deprehendit. Scribit autem

eo loco Dodonæus, destillante a cerebro humore asperæ arteriæ ramos primo repletos fuisse : deinde eodem ad alia vasa transmisso, liberari quidem arteriam, pulmonis autem male affecti partes a dolore occupari. Tale quid Polemachi uxori 5. epid. sect. 61, accidit, quæ cum primum angina teneretur, sanguine misso faucium suffocatio desiit, sed humore ad pulmones procul dubio decumbente, septimo mortua est. (*Quest. I.*).

De angina notha.

Angina, quæ notha appellatur, oritur a pituitosa et frigida materia e capite in fauces, aut cervicis et colli musculos decumbente, et tumorem οἰδηματοδῆν efficiente. De hoc loqui videtur Hippocrates, 2 de morbis, dum scribit ; oritur autem angina, cum pituita in capite agitata deorsum confertim fluxerit, et in maxilla ac circa cervicem constiterit. Abestque in angina notha inflammatio, quæ anginam veram contituit. Itaque etsi etiam a melancholia anginam fieri posse, postea ex Heurnio dicetur ; tamen ea non est notha angina, sed quia melancholiæ admiscetur sanguis, parit veram anginam, etsi non puram.

Signa.

Cognoscitur ista angina, quod inflammatio, calor, rubor, febris abest, dolor est exiguus aut nullus. Atque cum a materia in externis colli musculis hærente excitetur, minus periculosa est hæc angina. Diuturnior contra est, ita dolores sæpe longo tempore durent.

An Laryngotomia tuta et utilis sit ?

Equidem nonnulli Laryngotomiam plane improbant, ut pote quæ periculosa sit, cum primo ossa, et cartilagines, e quibus et trachea pulmonis arteria constat coalescere nequeant ex sententia Hipp. 6, aph. 18, atque ita ægro interitus afferatur : deinde metuendum sit, ne sanguis e vulnere effluens in pulmones ruere, ægrumque suffocare possit. Tertio etiam Aretæus et Aurelianus fide experientiæ hanc operationem destitui existimant.

Verum vulnera tracheæ plane insanabilia non sunt, sicut exemplo docet Albucasis, chirurg. lib. 3, cap. 43. Atque aliquot etiam Schenkius, lib. 2, obs. 40 collegit. Atque ipse etiam arte-

riam ita vulneratam, ut vulnus in cavitatem ejus penetraret, sanatam fuisse bis vidi. Et quamvis ipsa cartilago non coalescat, tamen carnis duræ et veluti calli interventu, et membranæ, qua junguntur annuli asperæ arteriæ, conglutinatur. Neque etiam de fluxione sanguinis in pulmones metus est, si sectio recte instituatur. Nullum enim insigne vas est eo loci. Iis vero qui experientiæ idem in dubium vocant, merito ex exempla, quæ passim apud Medicos occurrunt, opponenda, quæ Schenkius, loco allegato, collegit. Refertque etiam. Anton. Musa Brassavolus, in comment. in 4. Hipp. lib. de vict. rat. in acut, se suis manibus, cum Chirurgus quidam imperitus id non auderet, angina laboranti morti propinquo guttur dissecuisse, quod et alias pluries cum felici successu se tentasse scribit. (*Quest. V.*)

ETHMULLER

(*Traduction anonyme.*)

De la déglutition blessée.

La déglutition est blessée par diminution, par abolition et par dépravation : 1° par la faute de l'œsophage ; 2° par celle de l'orifice supérieur du ventricule (cardia).

C'est par le vice de l'œsophage en premier lieu, lorsque les trois paires de muscles, qui forment la gorge en s'élargissant, sont relâchées avec le sphincter par la paralysie, ou quand la tunique musculeuse de l'œsophage est attaquée du même mal — pour ce dernier vice, voir la pharmacopée raisonnée de Willis (vol. I, p. 11) et pour le premier voyez Tulpius, livre 1, obs. 42 — en second lieu quand l'œsophage est trop rétréci par les tumeurs qui lui sont propres, ou par les tumeurs des parties voisines. Les premières sont l'inflammation ou esquinancie, les tumeurs squirrheuses, les excroissances charnues, dont vous avez des exemples dans Rhodius (obs. 46 et 47, cent. 2). Les dernières sont les tumeurs et inflammations des amygdales, de la trachée-artère, de la luette. La dysphagie peut résulter aussi de la contraction trop étroite des fibres, tantôt à cause des convulsions, comme il arrive aux hypocondriaques et aux femmes hystériques, qui souffrent de ces resserrements de la gorge, par la communication des mouvements convulsifs des nerfs (théorie iatromécanique) que quelques-uns attribuent mal à propos aux vapeurs styptiques, qui s'élèvent des hypocondres à la gorge et qui la resserrent. L'étranglement dans les maux de la mère (utérus), dont fait mention Van Helmont au traité Asthma et Tussis, § 31, et la déglutition difficile, ou abolie dans le paroxysme épileptique sont de ce genre ; tantôt à cause de l'extrême sécheresse des fibres de l'œsophage, comme il arrive dans les fièvres ardentes continues (dysphagie des états ataxo-adynamiques), et dans le défaut de salive qui empêche plus ou moins la déglutition ; tantôt à cause de leur adstriction et corrugation, comme

le resserrement de gorge, dont parle Hochteterus (décade 3, cap. 5), pour avoir bu du vin de Malvoisie, dans lequel on avait fait infuser de la racine de grande consoude. En troisième lieu, la dysphagie peut survenir par l'obstruction de l'œsophage, lorsque ce qu'on avale reste attaché au détroit de la gorge, ou à l'entrée de l'œsophage, comme les morceaux trop gros, les noyaux de pêches, les corps pointus qui s'y fichent, savoir les os, les arêtes de poissons, les épingles, etc., qui empêchent la déglutition par leur simple présence, ou par la douleur, l'inflammation, ou l'abcès qui s'ensuivent.....

Plus la déglutition est difficile et plus la vie est en danger. La déglutition blessée par la paralysie des muscles de la gorge est un mal dangereux et difficile à guérir. Si le mal vient du défaut des esprits animaux et de la dissolution entière des forces, comme il arrive quelquefois dans les fièvres aigues, c'est un très méchant signe. La boisson tombe alors dans l'estomac avec un bruit semblable à celui que fait une liqueur qu'on verse dans une bouteille vide (glouglou). Dans les plaies, lorsqu'il survient des convulsions qui empêchent la déglutition, il y a beaucoup à craindre. Les convulsions de la gorge sont plus dangereuses dans les maladies aiguës que dans les maladies chroniques. Si le mal vient des tumeurs, et d'une cause interne, le pronostic sera facile à faire suivant la nature des tumeurs, qui seront faciles ou difficiles à guérir ou entièrement incurables. Telle est l'impuissance absolue, et par conséquent mortelle d'avaler, causée par un ulcère chancreux (cancéreux) de l'œsophage (partie supérieure de l'œsophage suivant les anatomistes d'alors, pharynx suivant les modernes), telle est la déglutition entièrement abolie par l'œsophage devenu cartilagineux (rétrécissement fibreux), dont parlent quelques auteurs modernes.

Les choses étrangères, qu'on avale, s'arrêtent ou à l'entrée de la gorge, nommée Isthme, ou plus bas, ou enfin elles descendent dans l'estomac. Lorsqu'elles demeurent en chemin, outre que leur présence seule est incommode, elles causent quelquefois de la douleur, qui est suivie de tumeur, d'inflammation et d'abcès, qui sont mortels ou non. Ainsi Fabrice de Hilden dit (cent. 1, obs. 35) qu'un petit os arrêté dans l'œso-

phage cause une tumeur, de la douleur, de la fièvre, une inflammation, et de la mort. Souvent, quand l'abcès s'ouvre, les choses étrangères sortent avec le pus, ou descendent. Le même Fabrice de Hilden (cent. 1, obs. 35) écrit qu'une femme ayant avalé un petit os, avec danger de suffocation, elle le rejeta le septième jour, l'abcès ayant suppuré. Quelquefois ces corps étrangers se font une issue par les parties plus ou moins voisines. Paré (lib. XXIV, cap. XXIX de sa *Chirurgie*) rapporte l'exemple notable d'un épi de blé avalé, qui ressortit tout entier entre deux côtes (abcès de l'œsophage intrathoracique) et Fabrice de Hilden déjà cité (cent. 1, obs. 33) assure qu'une arête de poisson, ayant resté deux ans dans l'œsophage, sortit enfin par un abcès qui se fit à la partie inférieure du col...

La cure est différente suivant la diversité des causes et du mal. La paralysie des parties qui servent à la déglutition se guérit par la décoction de sauge dans du vin qu'on retient dans la bouche, par l'infusion de thym, par la décoction de sauge et de roquette en gargarisme, par la noix de muscade machée et avalée, par l'huile de succin distillée, par l'huile d'anis et de sauge distillée, dont on met quelques gouttes dans la gorge avec beaucoup d'efficacité, par l'essence de castoréum, l'esprit de cerises noires, celui du muguet, par l'esprit thériacal joint avec l'essence de castoreum, et par l'eau analthina, qui est merveilleuse. On oindra le col et la nuque avec *l'huile de vers de terre,* l'huile de costus, ou les huiles distillées de succin, d'anis, de lavande, etc.

Les tumeurs se guérissent, quand on les peut connaître, comme celles de même nature dans les autres parties.

On remédie à l'adstriction convulsive de la gorge et de l'œsophage par les aromatiques et les nervines tant internes qu'externes, à quoi on ajoutera des préparations opiacées. Si le mal vient des hypocondres, on choisira les remèdes pour absorber l'acide, l'opium, le castoréum. S'il vient de siccité dans les fièvres, le mucilage de semences de coing extrait avec *l'eau de semences de grenouille* sera salutaire. On appliquera extérieurement l'onguent de Zacutus pour cette affection, qui est composé de l'onguent du fils de Zacharie, de l'onguent rosat, de l'onguent resumptivum, de l'huile d'amandes douces et de violettes, des

mucilages, et du *lait de femme*. Le défaut de salive est réparé en buvant du vin, ou de la petite bière.

..... A l'égard des corps étrangers avalés, on les retira si possible au plus tôt avec longue pince appropriée, ou on les poussera vers le ventricule. L'instrument de Willis (*Pharmacopée raisonnée*, vol. 1, p. 45) et celui de Fabrice de Hilden (cent I, obs. 31) sont propres à cet effet... (*Cap. IV.*)

Esquinancies.

Outre les causes communes à toutes les inflammations, l'esquinancie vient des choses impropres à être avalées, qui s'arrêtent au passage de l'œsophage, compriment ou resserrent la gorge par leur grosseur, et resserrent par conséquent les vaisseaux, ou qui picotent et irritent les parties par leurs pointes, d'où s'ensuivent les *contractions* et les *convulsions* des *fibres* et l'inflammation.

Schenkius observe une inflammation du *larynx et du pharynx* par une arête de poisson, et plusieurs auteurs font mention de diverses inflammations ou abcès à la gorge par des morceaux de verre arrêtés. La gorge et l'estomac sont souvent corrodés, comme on sait, en avalant de l'eau-forte ou semblables liqueurs corrosives.

La lymphe trop visqueuse qui farcit les amygdales, y produit souvent la tumeur et l'inflammation ; ce qui vient de ce que la circulation du sang est empêchée dans ces glandes. Outre cela la lymphe, qui se filtre par les glandes de la bouche, étant trop âcre ou trop acide, comme il arrive dans les affections catarrheuses, excorie ou corrode par son acrimonie les parties de la gorge et y font des inflammations plus ou moins grandes.

Les amygdales ont un trou assez considérable à leur tunique du côté de la gorge, d'où suinte une lymphe gluante, douce et salivale dans l'œsophage et le gosier. Quand elles sont gonflées et enflammées, ces trous paraissent fort ouverts et grands ; les ignorants s'y trompent souvent et prennent ces trous pour des ulcères. C'est ce qui a été observé il y a déjà longtemps par Schenkius liv. 2, de ses observations sur les amygdales.

Enfin *l'inflammation ou ardeur de la langue*, dont nous avons parlé sur les fièvres malignes, se nomme quelquefois esquinancie,

mais improprement. Elle a les mêmes causes que les autres inflammations et spécialement le froid subitement inspiré ou la boisson trop froide dans une chaleur excessive du corps, ce qui offense les entrées du gosier et de l'œsophage, car tandis que le sang est raréfié par la chaleur, il se coagule facilement par le froid subit ; *il s'arrête et excite l'inflammation.*

Les parties *affectées dans l'esquinancie* sont la gorge et surtout la partie du col qui est composée du pharynx ou sommité de l'œsophage, du larynx ou sommité de la trachée-artère, et des muscles joints à ces parties. Souvent les deux parties ensemble, savoir : le pharynx et le larynx, et leurs muscles tant internes qu'externes sont attaquées, et quelquefois les muscles internes ou externes séparément ou inégalement, ce qui a donné lieu à quelques-uns de distinguer l'esquinancie en quatre espèces.

La première est la synanche quand les muscles internes du pharynx sont affligés.

La seconde est la parasynanche quand les muscles externes de la même partie sont enflammés.

La troisième est la kynanche quand l'inflammation est aux parties internes du larynx.

La quatrième quand les muscles externes de la même partie sont attaqués, est nommée *parakynanche.*

Les poumons sont le plus souvent affligés dans l'esquinancie aussi bien que les muscles internes du larynx, et c'est la raison pourquoi la difficulté de respirer n'est pas alors moins grande que dans la péripneumonie.

Après les impressions de l'air froid ou de la boisson, la suppression des évacuations ordinaires, spécialement de la rétention des mois, disposent ordinairement à l'esquinancie.

Car d'abord qu'une partie a été une fois maltraitée, le sang, supprimé par la force diminuée ou inégale de la partie, s'enflamme facilement et par cette raison les femmes qui ont leurs mois arrêtés ou d'autres évacuations accoutumées, sont sujettes à l'esquinancie ou à la pleurésie. Remarquez en passant que la *saignée du pied* est beaucoup plus salutaire que la saignée du bras.

On a vu une *esquinancie épidémique* jointe à une fièvre ardente continue qui disposait le sang à arrêter son cours et à

exciter des inflammations. Comme le levain morbifique, attiré par l'inspiration, s'attachait en passant aux parties du larynx et du pharynx, il déterminait le sang à faire inflammation en ces parties et, par conséquent, l'esquinancie. Vuierus en rapporte plusieurs exemples.

Pannarolus (Pentecost. 5), met un exemple singulier d'une esquinancie *maligne, épidémique,* si *contagieuse* qu'un enfant qui en était malade, ayant mordu les doigts de sa nourrice, il s'éleva d'abord un charbon sur la partie mordue et la nourrice fut attaquée de la même esquinancie.

Les *frictions du mercure* dans la vérole, faites mal à propos, agissent ici. Car comme la salivation copieuse guérit cette maladie, de même si la salive ne coule pas bien, en croupissant avec le sang qui abonde, elle produit une inflammation à la gorge suivant l'exemple de Schenkius, liv. 6, de ses observations.

Les *dysenteries* mal guéries ou supprimées, spécialement les épidémiques, donnent quelquefois l'esquinancie. La matière traitée du flux dysentérique, chap. 5, en apporte un exemple. Et Hildanus, au traité de la dysenterie, dit que la suppression des dysenteries épidémiques est souvent suivie de l'esquinancie.

On dit ordinairement que la *luxation des vertèbres* du col cause l'esquinancie, mais ceux qui savent la structure des vertèbres connaissent bien que cette opinion ne vient que d'une fausse hypothèse pour n'avoir pas bien entendu l'aphorisme d'Hippocrate, sect. 4, aphor. 35, qu'on interprète l'esquinancie par la luxation des vertèbres du col, au lieu qu'Hippocrate ne parle que d'une convulsion semblable à celle qu'on nomme emprostotonos.

Il est évident que l'esquinancie ne peut arriver par la luxation des vertèbres du col, puisque cette luxation est impossible à moins qu'on y apporte une extrême violence, et que la moelle de l'épine ne souffre une grande contorsion, d'où s'ensuivrait l'abolition du sentiment et du mouvement et l'apoplexie plutôt que l'esquinancie. Car les apophyses des vertèbres sont tellement accrochées l'une dans l'autre, qu'on ne peut les luxer sans fracture et sans danger de mort.

L'*esquinancie* est *exquise* ou *non exquise*. La première vient du sang pur, la non exquise vient du sang et de la lymphe et on

la nomme *inflammation fausse* ou pituiteuse. Elle peut être compliquée avec l'exquise, parce que les glandes compriment beaucoup la lymphe.

Les signes sont les mêmes que dans les autres inflammations, savoir la rougeur, la chaleur, la tumeur, la douleur qu'on peut facilement voir en faisant ouvrir la bouche. Les signes particuliers sont la difficulté et la douleur à tourner le col, la respiration laborieuse à cause du conduit rétréci, la déglutition difficile, plus quand l'inflammation est au pharynx, moins quand elle est au larynx, enfin la douleur ardente qu'on sent à la gorge.

Lorsque l'esquinancie est forte, la respiration est presque abolie; on ne respire qu'avec une peine extrême, et on est prêt d'étouffer. La déglutition est abolie, en sorte que la liqueur qu'on tient dans la bouche ne peut pas entrer dans l'œsophage resserré et ressort par le nez ; Joseph de Aromatariis dit que cette espèce se trouve dans l'hydrophobie, mais peu d'auteurs sont de ce sentiment.

Enfin, il y a une fièvre aiguë ou légère, ou bien il n'y a point de fièvre; la langue est aride ou fendue, et quelquefois enflée ou couverte d'une matière visqueuse et gluante, ainsi que la gorge. Cette croûte n'est rien autre chose que la lymphe et la salive des glandes des amygdales épaissies, laquelle forme une espèce de peau.

Le pouls est dépeint par Galien en ces termes. Le pouls est retiré, dans l'esquinancie, par une espèce de tension et comme convulsif, grand et onduleux, semblable à celui des péripneumoniques; ceux qui en sont suffoqués ont le pouls petit et rare, tantôt fréquent et inégal.

Ces signes sont plus violents et plus dangereux dans l'esquinancie, moins dans l'inflammation des amygdales, et très peu dans l'inflammation de la sommité de l'œsophage.

Prognostic.

Ces inflammations se dissipent ou viennent á suppuration; celles qui suppurent, surtout les inflammations des amygdales, dégénèrent en ulcères durables et difficiles á guérir. Si le malade en meurt, c'est le plus souvent de suffocation.

Elles se terminent quelquefois par une crise, et Forestus,

liv. XV, obs. 14, parle d'une esquinancie véritable qui fut guérie le quatrième jour par un flux mensuel critique.

Souvent l'abcès se rompt et le pus descend dans la poitrine, ce qui étouffe quelquefois le malade. Forestus, liv. XV, obs. 23, rapporte l'exemple d'une esquinancie suppurée dont le pus tomba dans la poitrine et dans les poumons, qui pensa suffoquer le malade.

Il arrive souvent que l'esquinancie se dissipe dès le commencement et se change en *pleurésie;* ce changement est très dangereux, suivant Amatus Lusitanus, cent. 5, curat. 37. S'il se fait un transport au cerveau, il en arrivera de la céphalalgie, des délires, de la *phrénésie* ; s'il se fait aux poumons, la *péripneumonie* et la pleurésie sont à craindre; s'il se fait au cœur, la *syncope* surviendra; si c'est en d'autres parties, il y aura d'autres maladies.

L'aphorisme 10 d'Hippocrate, sect. 5, est de ce lieu : « Ceux, dit-il, en qui l'esquinancie passe de la gorge aux poumons meurent avant le septième jour; s'ils passent le septième, ils tombent dans l'empyème. » Lindanus attribue très à propos cet aphorisme à l'esquinancie qui est dans la *trachée-artère* vers le larynx, laquelle venant à suppurer, comme elle fait ordinairement si la membrane qui tapisse la trachée-artère vers le larynx se rompt par l'abondance et l'acrimonie du pus, la matière tombera dans les poumons et les malades mourront avant sept jours parce que cette décharge enflammera le poumon, d'où s'ensuivra la peripneumonie, ou le poumon suppurera, ce qui fera l'empyème.

La fièvre jointe à l'esquinancie est pour l'ordinaire continue, et quelquefois tierce continue ou hemitritée. Celle avec la fièvre continue et dont les paroxysmes sont de trente-six heures, a coutume d'être mortelle, suivant Lindanus sur Hartmann.

Moins la tumeur se manifeste aux yeux, soit dans la bouche, soit en dehors du col, plus il y a de danger, parce que les parties internes du larynx et du pharynx sont attaquées. Plus la tumeur est en dehors, plus elle est sûre; la tumeur interne et profonde est toujours à craindre.

La plus dangereuse de toutes les espèces, c'est la kynanche; la parakynanche l'est moins. La synanchie est plus légère que

ces deux premières, et la parasynanchie la plus légère de toutes.

L'esquinancie, qui disparaît facilement et rentre pour ainsi dire en dedans, menace de suffocation ou de quelque autre grande maladie.

Enfin, s'il paraît de l'écume à la bouche de ceux qui ont l'esquinancie, comme aux pendus et étranglés, c'est un signe mortel.

Après avoir considéré les inflammations des parties de la gorge, tant internes qu'externes, examinons

La Cure.

A l'égard des remèdes externes, les gargarismes, les cataplasmes sont usités dans les inflammations de la gorge, de la bouche, des amygdales, de la luette, du larynx et du pharynx également, qu'on peut réduire sous l'esquinancie.

Les internes qui conviennent sont ceux des autres inflammations, spécialement de la pleurésie. Par exemple la mixtion simple, *l'esprit doux de nitre*, la *dent de sanglier*, l'*antimoine* diaphorétique, et spécialement les *fientes* des animaux, que Paracelse et Hartmann recommandent instamment, tant intérieurement qu'extérieurement, au commencement des esquinancies, parce qu'elles sont empreintes d'un sel nitreux, volatil, de la nature de l'ammoniac; les plus usitées sont la fiente de chien qui ronge des os, les crottes de brebis, de chèvre, la fiente d'hirondelle, etc. Elles sont propres surtout intérieurement, d'autant qu'elles calment la fièvre, qu'elles dissolvent le sang et qu'elles ôtent ainsi l'inflammation.

Valeriola, liv. 2, obs. 10, assure que la râpure de dent de sanglier, jusqu'à une dragme, avec de l'huile d'amandes douces, donnée dans l'esquinancie, est un remède présent comme dans la pleurésie.

M. Castellan, homme très docte et de bon jugement, médecin ordinaire du Roy, et premier de la reine-mère : lequel instrument peut pareillement servir à lier les polypes et verrues au col de la matrice.

Et alors qu'on voudra resserrer ledit filet, il sera repassé par la verge de fer marquée c. et serrée tant qu'on voudra, laissant ledit filet jusqu'au lendemain, dont son extrémité pendra hors la bouche; puis de rechef sera serré comme devant. Or par cette astriction on fait tomber une partie de ladite uvule et par ainsi le patient recouvre la santé.

Davantage si en ladite uvule était ulcère corrosif, outre qu'elle fut relaxée, accompagnée d'un flux de sang, alors la faudrait cautériser et consommer avec une telle cannule fenestrée et cautère actuel si dextrement, qu'on ne touchât aucune autre partie de la bouche.

Ligature ou section aux glandules prolongées et dures. — Si telles glandules sont fort prolongées et dures, sans espérance de se pouvoir remettre en leur naturel, il faudra user et employer la chirurgie, soit pour la ligature ou section. Si rien ne presse, la ligature sera fort propre, et principalement s'il y a danger de flux de sang ; ce qui sera commodément avec notre instrument, en la forme et manière que nous avons décrite la ligature de la luette, se donnant garde d'en lier ou couper trop, et se faut contenter de prendre et oster ce qui excède sa naturelle grandeur et grosseur, craignant que telle espace du gosier, ou détroit de la gorge demeurant vide, n'apportat semblable accident décrit ci-dessus que fait la luette trop coupée, ou quelque flux de sang dangereux, si on venait à couper jusques ou fond de la chair naturelle de la glande, pour les veines qui se disséminent en cette partie profonde.

GUILLEMEAU

De la tumeur des amygdales et des apostèmes qui y surviennent.

Quelquefois la tumeur est si grande qu'elle vient à suppurer; ce qui se connaîtra quand elles sont ridées et comme blanchâtres, et qu'il y aura eu auparavant quelques élancements. Lors il faudra avec un instrument propre pour ce faire, les ouvrir, ou bien prendre une lancette entortillée de linge, hormis sa pointe. L'ouverture doit être assez grandelette, attendu qu'il n'y a en cet endroit aucun vaisseau assez notable, qui soit à craindre d'être piqué ou coupé, si ce n'est au fond ou base d'icelle, c'est-à-dire en sa racine. Souvent nous sommes contraints devant (avant) la parfaite maturation de les ouvrir, afin de décharger la partie; car le sang qui en sort, fait que la tumeur diminue, que la douleur s'apaise et pareillement l'inflammation; ce qui donne plus facilement passage au boire et au manger, et à l'haleine. Vrai est qu'il faut auparavant, si possible, apaiser la grande chaleur et inflammation par gargarismes rafraichissants.

FABRICE DE HILDEN

Ex ulcere circa fauces appetitus vitiosus, citra quem cibus deglutiri non poterat.

Mulierem quadragenariam sæpius visi Coloniæ, quæ ulcere maligno circa fauces, ex pituita salita e capite distillante, per annos aliquot laboraverat, adeo ut partes quædam palati (uti sunt amygdalæ, uvula, epiglottis, et portio gulæ) excesæ essent. Vix loquebatur ; cibum et potum non nisi maximo cum dolore poterat deglutire. Hæc autem imprimis notatum digna : quod quamvis minime gravida esset, interdum hæc vel illa prægnantis instar, appeteret, nempe haleces carnes et pisces salitos et infumaros, aliosque concoctus difficilis cibos, uti et fructus immaturos. Deinde (mirum majus) quod talia quantumvis dura sine dolore ullo deglutiret, si modo appeteret. Verum appetitum et deglutitionem illam plane supernaturalem illi. Dei beneficio accidisse, non dubito, alio vitio in tot annos protrahi et fovere non potuisset, quum nullo modo hordeatum aut amygdalatum vel carnitum jus, aut tale quippians sorbere posset, abhorrente stomacho, adeoque sæpissime totum tridutum à cibo et potu abstineret, donec appetitus ille vitiosus damnosus recurreret. Præterea quamvis quod appetebat, morbo contrarium esset, eo tamen sine posca vescebatur, quicquid autem respuebat, licet idoneum, nauseam, et nonnunquam paroxysmos febriles inducebat. Ex quibus intelligimus, non semper ægrotis severius deneganda, quæ natura summe appetit. Siquidem videmus et nonnullos haud prius ex quartana aliisque morbis chronicis convaluisse, quam illorum quantumvis vitioso appetitui satisfieret, sed ea curatio non usquequaque tuta est; immo neque ista mulier ullo modo sanitatem recuperavit.

(*Cent. 1, obs. XXXVII, liv. V, p. 384.*)

Modus eximendi ossicula, aliasque res gutturi infixas.

Quam periculosa sit mora hac in re, ex superioribus satis constat. Subita igitur diligentia adhibenda, ut quicquid gutturi

infixum est, quamprimum extrahatur. Ideoque statim oleum amygdalarum dulcium, aut olivarum (cave tamen ne substituas butyrum) in œsophagum infundendum. Deinde digito, penna, aut simili aliquo instrumento in os immisso, vomitus provocandus : his enim sæpius secum expellit, quicquid gutturi inhæret. Postea speculo oris lingua depressa, (si ossiculun sese visui præbeat) rostro corvino incurvato apprehendendum, atque extrahendum est. Si vero profundius fuerit, nec rostro apprehendi possit, nonnulli spongiam novam, avellanæ magnitudine, eamque compactam madent filum digitis tenente chirurgo fieri, enim sic potest, ut deglutita ab ægro spongia, secum simul in ventriculum depellat id, quod gutturi inhærebat, aut retracto filo, eadem simul nonnunquam extrahatur, vomituve rejiciatur. Aut potest globulus plumbeus filo alligari et deglutiri, atque denuo extrahi : ut de spongia jam dictum est.

Nihil vero præstantius, aut optius ad extrahendo ossicula, et spinas piscium e gutture, hoc sequenti instrumento, quo ego feliciter usus sum, tum alios, tum præcipue anno 1603. 16 Augusti in Ludovico Tissot Lustriacensi, qui intercænandum ossiculum, triangularis figuræ, sed crassum quale hic depictum est, deglutivit.

Hoc profundius œsophago, e regione scilicet inter ultimam vertebram colli, et primam metaphreni, se adeo insinuaret, ut id neque deglutire neque rejicere posset. Adstantes statim porro profundius in ipsius gulam intromiserunt, et vomitum provocarunt, sed frustra : ita quidem, ut nocte magno dolore et suffocationis metu trasigeret, sequenti die, pene suffocatus ad me ducitur. Ego oleum amygdalarum dulcium, œsophago satis copiose infudi, et exterius collum eodem oleo inunxi. Postea jussi ut ei tenerentur manus et caput : interim ego, depressa prius, lingua speculo oris instrumentum inferius depictum, in gulam intromisi, usque ad ossiculum. et modia circumducta ex una in altera parte instrumento donec id paulatim ad latus ossiculi, profundius depulerim. Deinde retrahendo, ossiculum simul suo loco amotum et extractum fuit : Atque brevi convalscit : Hujus operationis et curationis testes sunt, Daniel Tavellus, et Samuel Galliardus, ambo Ludimagistri in Scholo Palerniacensi.

Est autem fistula argentea aut ænea incurvata, crassitie

pennæ, longitudine vero unius pedis cum dimidio, aut circiter. Est et undique perforata. In sua extremitate vero habet spongiolam novam, avellanæ magnitudine firmiter alligatam. Hæc fistula in œsophagum immissa et circumducta, quæmadmodum antea diximus, postea extracta, ossiculum aut quicquid simile fuerit, extrahimus; si enim accidit, ut foramen aliquod fistulæ, ossiculum aut spinam excipiat, tum simul, tum fistula extrahitur sin minus ; asperitas ossis spongiæ adhærebit, et suo loco amovebitur : quod ego experimento comprobavi, antequam haberem fistulam perforatam.

Non tamen ossiculum aut spina prima vice, dum intromittimus fistulam, extrahitur, nec propterea ab incepto opere desistendum. Aliquoties enim quinquies aut sexies fistulam intromittere coactus fui, donec tandem ossiculum suo loco ammotum et extractum, vel (si aliter fieri non potuit) in ventriculum depulsum fuerit, quod et periculo vocat; præstat tamen per os extrahendum, si fieri possit.

In hac operatione autem circumspecte agendum ne instrumentum in asperam arteriam, loco œsophagi, immittatur, quod valde periculosum esset. Itaque ut chirurgus harum partium anatomiam sciat, necesse est. Incumbit autem œsophagus vertebris colli : Aspera vero arteria anteriorem partem instrumenti vertet ; et spongia (quæ oleo amygdalarum dulcium aut olivarem prius inungenda) allegata est, vertebris imponatur, ac leviter leniterque deorsum immittatur. Sic enim ratione spongiatur instrumento alligata, epiglottis (hoc est operculum laryngis) deprimitur, et aspera arteria clauditur, usque dum instrumentum immissum sit profondius.

Quantum ad spongiam filo alligatam, de qua mentionem fecimus, non usque adeo illi est fidendum. Contrarium enim in enarrata operatione expertus sum. Et quomodo fieri possit, ut spongia levissima, vel simile quid transeat in os infixum in œsophago ? Hujus monitum volui lectorem, ne rei inutili confidat, at imterim æger periclitetur. Habeat igitur chirurgus semper in prompto instrumenta ad hanc operationem necessaria : cunctari enim hac in te non licet si in asperam arteriam quidpiam illapsum fuerit, sternutatorium admovendum esse naribus : veluti aliquid piperis aut euphorbiis vel ellebori albi. Ab acidis

et tussim provocantibus, contra opinionem quorundam, omnimo abstinendum. Tussis in sua sponte satis accidit ; acida vero et œsophagum et asperam arteriam, et quicquid attingunt coarctant, constringunt et augustiora efficiunt quapropter continuo ore teneat. Syrupum de liquiritia, de polytricho et violatium, aut (quod ego expertus sum) oleum amygdalarum dulcium, saccharo ad partes æquales commistum.

Post extractionem ossi, guttur sæpe abluendum est decocot hordeaceo ; aut aqua plantaginis, cum melle rosaceo et diamoron. Si dolor adest, sumat ter aut quater interdum cochleare olei amygdalarum dulcium, vel rosacei, aut utatur sequente electuarii lambendo.

R Specierum tragacanti frigidi,
Diamoron ana 3 ij
Summitat. betonicæ et
Veronicæ subtili pulveris ana 3 j
Ol. amygdalarum dulcium ʒ ß

sirupi violarum sine spiritu vitrioli q. s. Misceantur; sit electuarium mediocris consistentiæ.

A vino, et ab eis omnibus quæ calefaciunt abstineat, ne inflammatio et dolor excitentur; utetur jusculis, panatelli. crematura hordei, lacte amygdalarum dulcium, emulsione seminum frigidorum majorum, jusque omnibus quæ deglutiri et concoqui facile possunt. Si æger juvenis fuerit, et inflammationis suspicio : electuario lenitivo, aut diacatholicon, aut syrupo rosato solutivo, et electuario de succo rosarum, evacuandus est. Et vena basilica brachii dextri incidenda. Exterius inungendum est collum oleo rosaceo, et myrtino, et unguemtum de bolo applicandum. (*Obs. XXXVI.*)

Ex rebus extraneis, gutturi infixis, mors.

Inter comedendum sæpius accidit, aut ossicula, spinæ piscis aut simile quid gutturi inhæreat, inde compressa trachea arteria, quæ gutturi incumbit, protinus suffocatur animal : quod sequentibus confirmo exemplis.

Exemplum I.

Anno 1595, Coloniæ Agrippiniæ mercatori, cuidam frustum

cutis pernæ aflatæ ac mica panis sale et pipere aspersa, infixum est gutturi : unde protinus dolor vehemens, convulsio, rigor, tandem suffocatiò, ortæ sunt.

Exemplum II.

Eodem anno Coloniæ mulier pertransiens pistoris officinam, ac manu ducens puellum, loganum emit quod puellus in manum eundo comedebat: hujus frustum quum adhærerint gutturi statim, suffocatus est puer, antequam mater ad ædes suas perveniret.

Exemplum III.

Hoc quoque auno puer erat Coloniæ auf dem Bull bey der Childergassen cui globulus plumbeus deglutitus, tracheæ arteriæ se insinuavit. Vocatus quidem fui, sed puer ante meum adventum suffocatus decessit.

FABRICE D'AQUAPENDENTE

(Traduction française du XVI[e] siècle.)

Des amygdales.

Les amygdales sont appelées par Celse glandules, qui sont vis-à-vis l'une de l'autre, sur l'entrée du gosier; c'est pourquoi elles sont dites des Grecs αντίαδες, comme si vous disiez opposées l'une à l'autre ; au milieu desquelles est la columelle, bien qu'elle soit plutôt au fond du palais, et les amygdales au commencement du gosier, deçà et delà, d'un côté et d'autre. Celse et Paul mettent en avant une opération lorsqu'elles sont venues dures par inflammation, et empêchent d'avaler la viande et de respirer. Moi qui n'estime pas qu'on les doivent arracher pour peu de fait, la croyant être une opération du tout difficile, voir tout à fait *dangereuse*, tant à cause de la difficulté qu'il y a de les couper en lieu droit et long, que de *l'effusion de sang*, qui est ordinaire aux petites glandes, qui se trouvent sur les divisions des vaisseaux comme des coins, que Paul aussi redoute ci-dessous, je laisse l'inflammation qui, en cet endroit, est fort dangereuse; je conseille selon Paul, de *s'abstenir* de l'opération, d'où vient que plusieurs ont toujours ces glandes enflées et trouées, en sorte que ni les patients, ni les chirurgiens ne veulent mettre la main. Qui me fait le plus émerveiller de ces auteurs, qui font la chose si facile, est que de le pouvoir faire avec le doigt.

De là, Celse a dit qu'il fallait râcler tout à l'entour et les arracher; puis après, avec le doigt, si elles ne se dissolvent encore, les prendre avec la pincette et les couper avec la scalpelle; ce que chacun voit être du tout difficile, quoique dit Paul qu'il faut mettre la main à ces glandes, principalement blanches, serrées, et sur une base étroite ; mais si les glandes parfois sont pourries, les faut arracher, les ayant prises avec des pincettes, ce qui vient sans difficulté, si elles sont d'une part et d'autre, tant soit peu séparées.

Pour ce faire, Paul ordonne premièrement que le serviteur,

avec la spatule faite, pour abaisser la langue, la presse en bas; et après que le chirurgien tire à soi tant qu'il pourra la glande avec des pincettes aiguës, en sorte toutefois qu'il n'arrache les membranes. Puis après, le même auteur est d'avis de couper avec le scapel toute la glande dès sa base. Nous la couperons donc avec le scalpel propre à la tenir attachée, que les Grecs appellent ἀγχοτομόν, et décrivant que c'est dit que ce sont deux instruments ayant deux tranchants vis-à-vis l'un de l'autre. Car cela est un mot tiré de αγχω qui signifie serrer avec un laqs ou licol, τομο, qui signifie incision, ou coupure ; comme si c'était un instrument qui, serrant comme un lac ou licol, peut aussi couper.

Ayant donc coupé la glande d'un côté, il faut aussi couper de l'autre côté l'autre. Paul, puis après, est d'avis de gargariser avec eau froide, ou eau et vinaigre, et si on craint l'effusion de sang tantôt de la décoction de ronces, de roses rouges et de meurte, tantôt du suc de plantain, et de consoude ou des trochisques de Karabe et plusieurs autres, que Paul met en avant.

D'où l'on peut recueillir ce qui nous disions au commencement, que cette opération n'est ni aisée, ni aussi en aucune façon assurée. Et c'est pourquoi nous, qui nous gardons le plus qu'il est possible, d'user en cette opération d'aucune violence, avons essayé premièrement de la séparer des parties qui sont dessous, étant dissoute et l'ayant prise avec des pincettes fort minces, et longues, la tirer en dehors ; de façon que le chirurgien la tirant avec dextérité. et fort habilement, elle vienne quasi comme de son bon gré.

(*Liv. II, cap. XXXVIII.*)

Des tumeurs. Du polype, comme il le faut tirer.

Polypus selon Paul au liv. 6, chap. 25. est une tumeur autre nature qui vient au-dedans des narines, prenant son nom de la ressemblance du polypus marin, tant parce qu'il représente sa chair, que comme prenant ceux qui le prennent, il se venge, ainsi ce mal prenant les narines les bouche faisant respirer et parler avec difficulté. Parfois la respiration en est du tout empechée, et les patients sont contraints de respirer par la bouche jour et nuit avec grande peine et incommodité. Celse ajoute

que quand le polypus augmente tellement, qu'il vienne jusqu'au gosier, les malades en sont aussi suffoqués. Albucasis au livre 2, chap. 23 dit que ces chairs ressemblent à des scorpions qui ont plusieurs pieds; cette tumeur est comme une chair blanche molle remplissant les narines, non pas qu'elle soit uniforme, mais on y voit comme plusieurs caruncules jointes ensemble ou l'une pendant, de l'autre pendue quelquefois aux cartilages, quelquefois aux os du nez, ou des os spongieux qui sont plus haut Albucasis au livre 2. D'où vient qu'il se fait d'une matière pituiteuse principalement, à certaines veines, desquelles il tire nourriture, tellement qu'il est vraisemblable, qu'il se fait d'un sang fort pituiteux qui redonde. au cerveau, et découle sur le nez.

Il y en a plusieurs différences, comme dit Paul et Albucasis ; car parfois le polypus est dur, adhérent, livide, avec douleur, et pour le dire en un mot, *chancreux*, qu'il ne faut point traiter avec instruments, parce qu'il s'effarouche par l'opération de chirurgie ; mais il le faut traiter doucement, ou bien si, par prières, le malade nous contraint de le traiter, Paul est d'avis qu'il le faut cautériser avec un fer chaud, qu'il faut appliquer par une canule, enveloppant la canule d'un linge trempé en vin froid, afin de cautériser tant seulement la partie malade, et non autre : car la canule, par le fer qui est dedans, s'eschauffe fort avec douleur et dommage les narines et parties d'alentour.

(*Liv. II*, *cap. XXIV.*)

ESTIENNE GOURMELEN

Du Scirrhe.

Gourmelin n'a composé qu'une sorte de pathologie générale chirurgicale, dont nous tirons le passage qui suit; son œuvre est bien inférieure à celle d'Ambroise Paré, avec lequel il prétendit rivaliser.

Scirrhe est engendré d'humeur épais, et qui à raison de l'excès en sécheresse et froidure, retient la semblance et nature de l'humeur mélancholic. Or Scirrhe est tumeur dure, sans douleur, avec petit ou du tout nul sentiment. Et Galien dit qu'il est fait d'humeur mélancholic, ou pituiteux, ou de tous les deux ensemble. Aucune fois il se fait tout du commencement sans qu'il y ait eu paravant aucune tumeur contre nature, quand cet humeur glueux ou épais, c'est-à-dire, comme Galien l'expose en autre lieu, pituiteux ou mélancholic ou meslé de tous deux, s'est attaché aux petite porosités de la partie. D'autre fois le scirrhe ensuit les autres tumeurs comme flegmons, erysipeles ou œdemes, estant la plus subtile partie de leur matière digérée par transpiration, et la plus épaisse refroidie, et comme tournée en dureté pierreuse, ainsi qu'il advient souvent par l'ignorance des mauvais médecins. Les causes du scirrhe venu du commencement sont fluxion d'humeur glueux et espais en la partie, ou amas d'iceux mesmes en icelle partie, et ce ou à raison d'une mauvaise manière de vivre, produisante un humeur gros et visqueux, ou à raison des affections du foye ou de la rate, ou à cause de l'arrest des Hemorrhoïdes ou Menstruës, avec l'imbecillité de la partie malade. Mais la principale cause du scirrhe consécutif est trop grand refroidissement des autres umeurs contre nature, ou induë et immodérée résolution d'icelles. Les scirrhes ont coutume d'estres ou les parties externes comme les chefs des muscles, et tendons qui procèdent iceux, où es internes, comme en la rate ou foye, et aux reins. Et le scirrhe sera connu par la dureté, froidure, insensibilité, et aucune fois par la couleur.

(*Liv. I, p. 45.*)

BARBETTE

De Angina.

Nous avons cru devoir insérer ici le passage sur l'angine de la célèbre chirurgie de Barbette. Il n'est remarquable, du reste, que par l'insistance avec laquelle il préconise la Trachéotomie.

Angina tumor est faucium, a sanguine originem trahens, deglutitionem et respirationem impediens.

Differentia. — Commodissimè in tres species dividitur : Harum 1° cynanche est, cum laryngis musculi inflammati sunt, et gravissima excitat symptomata, etiamsi nec interius, nec exterius, tumor ullus appareat; æger anhelosus sæpenumero linguam exerit, instar canis defessi; 2° synanche, cum tumor interius in faucium angustior se offert, ubi quidem etiam symptomata adsunt gravia, sed multo minora iis quæ in cynanche; 3° parasynanche, cùm tumor magis exteriùs, quam interius occurit, èt hoc in casû symptomata omnium levissima adsunt.

Signa. — Anginæ instantis sunt : motus colli impeditus; deglutitio et respiratio imminutæ; ardor insolitus, dolorque in faucibus, tempore imprimis eo quo *angina epidemica grassatur.*

Prœsentis vera sunt : asthma ad suffocationem usque, deglutitio impedita (quæ sæpe adeo increscit, ut etiam potus adsumptus per nares iterum egrediatur) dolor, rubedo, tumor, et plerumque febris continua. Lingua quoque intumefacta, et vox læsa est.

Prognosis. — Angina perfecta nunquam periculo caret, nam aliquando primo die ægrum suffocat, sed ut plurimum ante quartum. Quod si materia haud cito coquatur et ejiciatur, res desesperata est; vertebræ si luxentur, mors appropinquat. Si circa os spuma conspiciatur, ægrotantem inevitabilis manet mortis necessitas. Dolore capitis si corripiatur æger, delirium, mania, et deinde mors ipsa instant.

Curatio. — Venæ sectio admodum necessaria hic plurimum efficit, et inflammationem tollendo, et accretionem ejus inhibendo, in principio instituta. Mediana itaque aperiatur aut cephalica lateris illius, quod maxime afficitur, etiam in gravidis;

deinde ranina. Cucurbitulæ etiam possunt applicari scarificatæ cervici circa vertebram secundam, scapulis, et pectori. Hirudines, cauteria, vesicatoria valde prosunt, in illis imprimis, *quos angina frequenter vexat.* Interea æger, si deglutire queat, purgans exhibeatur, si non, clyster injiciatur; et venæ sectio, si res exigerit, aliquoties est itèranda.

Deinde gargarismata, aliaque externe adhibita remedia, curationem absolvent, quæ in principio magis sint *repellentia*, quam resolventia; nam experientia et scriptores præstantissimi nos docuerunt : 1° Sola repellentia nunquam esse usurpanda, nisi in principio, et anginâ lævi; 2° Resolventibus semper repellentia esse commiscenda. Ratio in partis debilitate et mollitie sita est; nam si medicamenta nimium sint repellentia, calorem extingues : Si nimium sint resolventia novæ affluxioni ansam præbes. Prudenter igitur hoc in casù hæc media adhibeantur.....

N. R. — Si angina respirationi viam omnino præcludat, pro suffocatione evitanda ad bronchotomiam, seu laryngotomiam deveniendum. Observandum vero ne hæc instituatur operatio, si inflammatio non tantùm laryngem, sed etiam totam asperam arteriam, ipsosque prætereà pulmones occupet; sic enim inutilis prorsus foret.....

DIMERBROECK

Nous avons emprunté à l'ouvrage de Dimerbroeck, le passage suivant, qui résume assez bien les tendances des chirurgiens hollandais de l'époque. Il s'agit d'un cas supposé d'angine.

Vir tringinta annorum carnosus, robustus, plethoricus, cum a gravi labore admodum incaluisset, plurimumque sentiret, cerevesiam tenuem, e frigida cella depromptam, avidissimè magno haustû bibit; ita ut frigiditatem potûs in faucibus fere nequiens, poculum ab ore deponere cogeretur. Paulo post angustiam quandam cum ardore in faucibus, et respirandi, ac deglutiendi molestiam percepit, quæ continuo magis magisque adaucta est. Post septem aut octo horas febris valida accessit cum pulsû magno, crebro et inæquali, tantùmque adaucta est respirandi, deglutiendique difficultas, ut vix stans aut erectus sedens respirare posset; et assumptus potus illico per nares resiliret. Os siccum est, cum magnâ siti, quæ ob deglutiendi impedimentum, nullo potû leniri potest. Lingua obscurioris coloris evasit, eaque oris speculo depressâ, posterius in faucibus maximè intensa rubedo seu fuscus color apparet; tumor tamen insignior, quia humiliore loco consistit, conspici nequit. Venæ raninæ sub linguâ crassæ ac tumidæ sunt. Loquela etiam adèo impedita evasit, ut vox ægrè audiatur. Æger maximè anxius se quaquaversum summâ cum inquietudine movet, et frigidum patulumque aërem continuo captat. Foris nullus tumor sed insueta aliqua rubedo circá faucium regionem apparet.

Gravissimus affectus, qui ægrum nostrum exagitat, vulgo ab *angenda* angina, appellatur; estque respirandi et deglutiendi difficultas, ab inflammatione et angustia partium summarum gulæ, laryngis, fauciumque procedens, ac brevi febrem continuam sibi comitem assumens.

Non est autem notha angina a tonsillarum ex catarrho tumore cum rubore conjuncto, sed est vera angina, ex merâ inflammatione genitâ. Cui cum pro variâ intentionis magnitudine a neotericis quatuor gradus constituantur, hæc ad gradum tertium

referenda videtur, quem paracynanchem appellant; quippe in nostro ægro inflammatio versus superiores faucium partes se extendit, et depressa lingua, quodammodo conspici potest, quæ alioquin in duobus prioribus gradibus cynanche et synanche tota occulta latet.

Sanguinis redundantia hujus mali antecedens fuit causa; hic autem sanguis a causis procatarticis agitatus, ac in faucibus et laryngis musculis majore copiâ conservatus, ibidemque putrescens, causa continens evasit. Procatarctici vero illum partim moventes, partim circa dictas partes detinentes, sui fuerunt, nempè gravis labor magnum calorem excitantes, et nimis frigida potio, subitam refrigerationem inducentes.

A gravi quippe labore excalefacto toto corpore. nec minus corde, sanguis per validas crebrasque cordis pulsationes rapide fuit agitatus, ac celeriter per vasa transiit, idque sine ullo incommodo, quousque in iis nullum dabatur impedimentum. Verùm, cum ab actuali frigiditate assumpti nimis frigidi potûs, qui in minimis venis, circá fauces et laryngem hærebat sanguis nonnihil incrassaretur, ipsæque venularum radices, et orificia constringerentur, ac cor excalefactum tamen non desineret per crebos magnosque pulsus æque multum sanguinis, atque antea, eo per arterias propellere, non potuit tanta quantitas a venulis per frigus incrassatumque sanguinem angustatis, tam cito recipi et transmitti, sicque circulari, ac proindè cum singulis pulsibus aliquid transiret; aliquid etiam dictis locis detineretur, hinc per plurimos pulsus multum sanguinis in dictarum partium substantia detentum ac collectum fuit, unde tumor calidus respirandi deglutiendique vias angustans, paulatim magis magisque adauctus est; ipseque detentus ibi sanguis, cum a corde non amplius regeretur nec moveretur aut elaboraretur, paulatim majorem inflammationem et putredinem concepit; cujus pars, cordi per venas communicata febrem continuam accendit, non quidem prima hora, sed inter septimam et octavam. In ipso enim exordio copia sanguinis paulatim collecta, ejusque nimius calor continue adauctus fuit sed putredo cum magnâ inflammatione post aliquot horas primo invasit, scilicet cum tanta esset copia, quæ naturæ gravis foret, etiam effervescere inciperet. A quâ effervescentiâ pulsus major et crebrior, quam antea, evasit ac simul

etiam inæqualis, a putrescentibus particulis, reliquis anginæ inæqualiter permistis, in cor illabentibus.

A febris invasione multo difficilior fuit respiratio, tum quia effervescens sanguis majorem locum requirebat, atque hinc tumorem et viarum angustiam plurimum augebat; tum, quia ratione majoris caloris febrilis, majore opus fuit respiratione, cum per angustas vias procedere vix posset, si facilior evasit, et defectus quoque necessarii refrigerii maximam anxietatem et inquietudinem induxit, atque hinc est quod æger frigidum patulumque aërem cupiet.

Os siccum et sitis maxima est a calidis vaporibus, partem ex inflammato loco, ori proximo, partim per febrem, ex corde et inferiore corpore sursum in os exhalantibus, idque exsiccantibus. Potus tamen deglutiri nequit, sed in os resilit, quia ab inflammatorio tumore superior œsophagi pars tantopere comprimitur et angustatur, ut nihil amplius transmitti possit, hincque potus deglutitionis impetu versus œsophagum impulsus, cùm non possit per eum transire, per superioras palati mox resilit in partes.

Intensa rubedo seu fuscus color, qui in faucibus depressâ linguâ conspicitur, fit a copiâ sanguinis eâ in parte, ob ante dictas causas coacervata, qui color se indè aliquo modo versùs linguam extendit. Et propter denegatum liberum sanguinis per venas transitum, venæ raninæ sub linguâ admodum tument.

Loquela impeditur, ut æger vix audiri possit, propter respirationis difficultatem et musculorum laryngis inflammationem.

Foris nullus conspicuus est tumor, quia inflammatio tota intùs circa laryngem, œsophagum et fauces latet; rubedo tamen aliqua, propter viciniam, se versus exteriora protendit.

Acutus sanè ac periculosissimus est hic morbus, a quo æger cito liberari, aut cito mori debebit, quia si pauxillum adhuc increscat inflammatio et augeatur tumor, respirandi via omnino præcludetur ; et æger suffocabitur. Periculum auget febris magnitudo, et quod æger nihil omnino deglutire..........

J. MANGET

Angina.

Angina nihil aliud est quam periculosissima illa musculorum faucibus ac gutturi servientium inflammatio, sic ab ango dicta, quod idem est fauces adstringo; Græcis dicitur κυναγχη item λυχάγχη, quod canes et lupos frequenter afficiat; imo συναγχη ab ἀγχόνη laqueus, quod non secus ac laqueus præfocans enecet, vel a ὀυμεχειν, quod respirationem inhibeat, spiritum continendo.

Causa est eadem quæ omnibus aliis inflammationibus familiaris, scilicet sanguinis exagitatio nimia, per quam serum salibus fixioribus particulisque viscidioribus, circulationi minus accommodati prægnans, abundantius in parte corporis omnes delatum, hic aut illic, atque præcipue in faucibus per aërem frigidiusculum inspiratum, spiscessit, obstructionemque facit, quæ sanguini ulterius promoto obicem ponens, ejusdem in viciniam effusioni non tantum occasionem præbet, sed etiam per propria spicula, loca quibus impactum est, et irritat et corrodit. Unde satis patet causam hujusce morbi antecedentem accenseri debere particulis crassioribus, salibusque acrioribus, et ad fermentandum promptis (nisi circuitus suos in vasis, carnibus et visceribus facile peragant), in sanguine aggestis ; atque ea propter non mirum si hyberno tempore accumulatis ejusmodi materiis, illo postea tempore quo facillime exagitantur, seipso vere, juvenes præ cæteris et temperamento sanguineo præditos, immo rufos familiarius aggrediatur. Causa vero occasionalis, erit illud omne quod sanguinem sic dispositum exagitat seroque abundantius ad fauces promoto, per refrigerium inductum impingendo facit.

Anginam præterea producunt res variæ faucibus inhærentes, sic a spina piscis faucibus infixa, earundem periculosam inflammationem adnotavit, Schenckius ; et nos aliquando ab acicula, aliquando ab ossiculo pulli gallinacei, in easdem partes profundius adacto, aliquando a nucleo cerasi in tonsillæ cavum inducto, anginas enatas vidimus. Item res aliæ quæ guttur

exasperare et tumefacere valent, quales sunt fungi, ac præprimis qui orbicularis dicitur, lepus marinus, ac planta illa e solani genere quæ vulgo Italis Belladonna vocatur, etc.

Angina vulgo distinguitur ratione scilicet musculorum affectorum, tum pharyngis, tum laryngis, eorumdemque, tum internorum, tum externorum, in συνάγχη et παρασυνάγχη, κυναγχη et παρακυναγχη, quarum ex illis prima musculorum gulæ internorum, altera vero externorum inflammationem denotat; ex his autem prior internorum laryngis musculorum, posterior externorum affectionem designat. At missis hisce levioris momenti et ad praxim medicam minus facientibus, ad alias procedamus differentias; quarum prima erit inter anginas veras, musculos prædictos, tum aliquos, tum omnes affligentes; et anginas spurias, seu *nothas, tum tonsillas* tum *partes glandulosas* ad radicem linguæ et in extremo palato, atque imis faucibus sitas, tum ipsam *Uvulam* tumefacientes. Item alias in quibus tumor sive intus, sive extus, sive utrobique apparet; alias vero in quibus nullus tumor sensibilis adest, propterea que ab Aretæo latentes non inepte dicuntur; ejusce sortis anginam vidit Riolanus a Thymo tumente, gangrænosumque quid redolente; atque etiam expertus est Clar. Lucas Tozzi in juvene ex Gallica Lue in maximam, spirandi et deglutiendi difficultatem subito sine tumore sensibili incidente. Aliæ præterea anginæ quamvis per se periculosæ, non sunt tamen malignæ, aliæ vero malignitatem summam, *arsenicalemque,* ac pestilentem virulentiam, adjunctam habent, hinc fauces non tantum crustosæ redduntur, sed etiam tumor, ad instar carbunculi atrocioris, partes quibus insidet longe lateque exurit; unde probabile cum Athanasio Kirchero credit Christian Langius *talem putredinem animatam* esse, *venenatissimisque vermiculis* abunde scatere, quorum erosionibus malum facilè serpat. Anginæ etiam aliæ sunt ab inflammatione, tumefactione, etc., de quibus supra; aliæ a vertebris cervicis ad anteriora, ut quidam credunt, luxatis, tum per vim externam, ictum, casum etc., tum internam, scil. humorum comfluxum, quale quod Hippocrates, describit Epid. 2, sect. 2, cum tamen credat Etthmullerus impossibilem esse hanc vertebrarum, ad anteriora, luxationem; Hippocratisque locum potius explicet de convulsione emprostotono simili.

Incipit hic morbus cum rigore et horrore, eos sequitur febris, illaque sæpe accutissima, sed etiam paulo post dolor atque faucium inflammatio, et tumefactio, quibus tanquam concomitans necessarium continuo adjungitur deglutitionis et respirationis ea difficultas, quæ cum sensu strangulationis ad præfocationem cito deducit, ni morbo maturé occuratur.

Non immerito itaque morbus hic inter periculosissimos accensetur, cum sæpissime suos ægros ante quartum diem aut paulo post suffocatione perimat; præcipue vero si malignitas adfuerit; cum enim vitalibus locis sit proxime vicina, quidni illa prompte pervadat, sicque vitam extinguat. Gravior est cum difficilem anhelitum adfert, tumore in faucibus apparente, autem in collo, vel pectore erumpente salutare, nisi inflammatio intro recurrat, aut cum partibus exterioribus interiores simul occupet. Si vero malum è faucibus in pulmonem reptat, aut intra septimum interficit, aut ultra hanc diem in empyema commutabitur. Cæterum si cum spirandi difficultate conjungatur oris fœtor, vel circa guttur et fauces livor, aut albor appareat, sphacelum arguit, et gangrænam, quam partium externarum refrigeratio, pulsus languor, et sensuum hebetudo, ac sôpor consequetur ; ut fertur accidisse post annum 1618, per totamfere Italiam : quod adnotat Clarrissimus Lucas Tozzi. Cavendum autem, ut addit idem celeber auctor, ne humor ex Angina suppurata id tracheam et pulmonem delabatur ; is namque suffocationem affere posset, vel saltem empyema, et phthysim. Interdum per modum criseos terminatur; sic refert Forestus de cynanche vera quæ quarto die per fluxum mensium criticum fuit curata. Angina quæ subito et facilè evanescit, (cum eam ad interiora recurrere probabile sit) periculum suffocationis, vel alium gravem morbum, minatur. Si anginosis, sicut strangulatis spuma circa os appareat, vix ad vitam redeunt.

Curatio debet esse prompta, si enim in ullo alio morbo in hoc certe qui fauces veluti spongio!am constringendo citissisme strangulat, occasio celeriter et opportune arrepta, feliciter medendi anima dici meretur. Ipso itaque statim morbi initio vena secanda, et sanguis satis larga manu educendus, idque non unâ tantum vice, sed pluribus, tum scilicet e brachio, tum e jugularibus, tum a raninis venis, etc. Post venæ sectionem largiorem celebratam

commode medicamentum purgans, illudque validius, admisto etiam pauco *emetico*, non semel pro occasione data propinabitur, non omissis interea *salibus volatilibus*, mistura simplici, spiritu nitri dulci, dente apri, diaphoretico, et bezoartico minerali, stercoribusque omnibus animalium quæ nitro turgent, quale est caninum, album græcum dictum. Valet præterea cinis cancrorum ustorum et hirundinum, imo et noctuæ, pariterque succus nasturtii, atque mel purum, ulularia, cervicaria, prunella, consolida, item fungus sambuceus elixus, decoctum radicis althææ, caricarum et zinziberis cum quadrante vini in quo agaricum fuerit maceratum, rob nucum juglandium, atque extractum et sal hyperici et papaveris rhæados cum diaphoretico minerali, ter aut quater exhibitum. Ea autem omnia, vel sub forma Eclegmatum vel alia,prout videbitur, commodiori methodo usurpari debent; imo ex his gargarismata confici poterunt quæ leviter adstringant, et discutiant; vel etiam sub finem et in casu necessitatis tumorem émolliant, atque ad suppurationem deducant, species aptas in sero lactis, vel ipso lacte recenti incoquendo.

Applicationes interim extus fiant ex unguentis, emplastris, cataplasmatibus, atque etiam in rebelliori morbo ex oleis stillatitiis. Inter unguenta usurpatur unguentum dialthæas, et martiatum cum oleo chamomillæ et amygdalarum dulcium. Inter emplastra, emplastrum de méliloto, et ceratum de spermate ceti. Inter cataplasmata è caricis, oleo chamæmelino incoctis, item ex pane triticeo cum radice althææ in lacte cum pauco croco usurpatis. Appropriata magis creduntur quæ ex nidis hirundinum, stercoribus animalium et præcipue albo græco, stercore ovillo, caprino, etc. cæpis sub cineribus coctis, nasturtio aquatico et similibus parantur. Inter olea stillatitia maxime prædicatur oleum succini, item oleum e gummi arabica, quæ potenter et validissime resolvunt ac discutiunt. Pro amuleto commendatur filum *sericeum* purpureum, quo *vipera fuerit strangulata*, collo circumductum ; item *bufo*, seu *rubeta* cocta.

Victus fiat ex jusculis hordaceis, et avenaceis, aliisque id genus. Potus vero, tum decocto hordei solo, tum ex eodem cui nitrum depuratum sit immistum, tum etiam tinctura papaveris rhæad additis flor. nymph. et verbasci in parva quantitate et

adjuncto nitro cum pauco, si ita placet, saccharo vel melle depurato.

Enemata injiciantur illis omnibus diebus, quibus per intus assumptum medicamentum non expurgatur corpus, sintque emollientia et refrigerantia, tum etiam incoctis purgantibus, electuariisque admistis, paulo validius ad excrementorum expulsionem intestina solicitantia, quorum formulas non opus est hic, adjiciamus.

Hisce omnibus non satis proficientibus, si æger evidens atque præsciens, suffocationis periculum incurrat, viresque et morbus ipse ferant, ad *Laryngotomiam*, remedium a suffocatione tutum, est deveniendum ; quæ *inutilis* tamen foret si inflammatio, et tumor in eoque materia contenta totam *tracheæ longitudinem* occuparet, ipsosque *pulmones*. Debet autem sic perfici : Chirurgus ægrum suum collocabit in sedili ad posteriora super pectus ministri in id adhibiti reclinato, ut sic caput sufficiatur ; tum mentum quantum fieri poterit relevabitur, adnotatoque incisionis loco, transversum scil. pollicem infra ipsum laryngem, inter tertium ac quartum tracheæ annulum, minister faucium cutem utraque apprehendet manu, eamque per transversum replicabit, illicque Chirurgus incisionem faciet transversum pollicem longam, per quam adactis digitis, dilatato vulnere emotisque musculis bronchicis et sternohyiodeis, ipsa trachea, satis denudabitur, ut inter tertium et quartum ejusdem annulum stylus in id a fabro confectus ad ipsius usque cavum immitti possit, cum ea solertia quæ vasa, musculos aut membranam tracheæ oppositam minime lædat, respirationemque libere educat ; tum introducta *cannula argentea* paululum incurvata, et brevi, figuræ, in extremitate quæ est inducenda, depressæ alia vero extremitate aletæ, et duplici annulo armatæ, quibus per ligamina inducta circum collum sic alligari possit, ut immota perstet. Cannula hæc in tracheæ cavum penetrabit quidem, ut jam invenimus, sed brevior erit, quam ut possit ejusdem parietem oppositum attingere, sic enim tussim intolerabilem provocaret. Operatione peracta, inducta cannula perstabit in inflicto vulnere donec remiscerint, aut evanuerint symptomata, quo demum tempore ad se invicem readductis annulis trachææ cartilagineis, consuetur probe cutis vulnus nec aliquid amplius agendum restabit, nisi ut anodynis

dolor ex sutura ortus leniatur. cicatrixque prompte inducatur. De hac operatione plura vid. sub titulo Bronchotomia.

Angina maligna cùm de pestilentium morborum sit genere remedia adhibenda, tum ex ipsa pestis cura, tum etiam ex parte e supra dictis petantur.

Angina *notha*, aliàs *alba*, partim memoratis medicamentis, atque venæ sectione, partim etiam aliis curabitur. In specie ubi lentor viscidus linguam obsidet proderit, faucium abstersio ex linteo, aceto succo agrestæ, nasturtii aquatici, aut acetosellæ imbuto, postea gargarisma e floribus ligustri in aqua cum pauco aceto, aut nitro, incoctis, addita etiam salis armoniaci, vel si aphthæ simul adsint, aluminis particula. Succus præterea sempervivi majoris, cum sale armoniaco non parvæ erit efficaciæ, ut et alia plura. Sub finem pro firmandis oris et faucium membranis, contra humorum affluxum inungetur rob nucum vel diamorum cum pauco melle rosato, etc.

De cura squinantiæ.

Squinantia, tum omnes in gutture morbi, curari suo loco debent, et non in confinibus. Quum *Balsamus naturæ* deficit in gutture, fit in eo putrefactio sursum tendens, quæ uvulam et folium inficit. Ejus curatio fieri debet per gargarismum incarnativum ad hunc modum :

♃. Mellis rasacei ℥ iiij aristolochiæ rotundæ. Pirolæ ana ℥ ß aquarum de Prunis, de Prunella ana ℥ septem. Fiat inde gargarismus, quo patiens gargarizet sæpins quum apostema fuerit apertum. Si tumor adesset extrinsecus, applicari debet optimum defensivum ad mitiganos dolores, et setandum ipsum tumorem. Defensivum hoc esto. ♃. mucilaginis de fænugrœco ℥ x. Cerussæ camphoræ vitæ ℥ ß Misce, fiat inde cataplasma, quod apponatur. Bene poteris capiti mitigationes præstare, miscentur in aqua rosarum rubearum bursæ pastoris solatri, barbæ jovis herbæ, et capiti superpositis atque ligatis.

COURTIN

Courtin n'a traité les affections chirurgicales que d'une façon générale. Il ne s'appesantit nullement par exemple sur les inflammations en particulier et se borne à dire ce que sont un phlegmon, une gangrène, un érysipèle, etc. Nous lui empruntons sa définition du sphacele. Ses considérations purement théoriques sont un fidèle écho des doctrines de l'école.

De l'estiomène, gangrène, sphacele, phagedène et noma.

Au traité du phlegmon, il a été dit que le phlegmon se pouvait terminer et changer en deux sortes : naturellement et contre nature. Naturellement en deux façons, ou par évaporation, ou par suppuration. Contre nature en deux façons, ou par scirrhe, ou par gangrène. Ces transmutations et changements du phlegmon adviennent par la vertu ou faiblesse de la chaleur naturelle, et force de la chaleur contre nature et par la qualité de l'humeur; car en toute inflammation, il y a double chaleur : chaleur naturelle, qui est cause de toutes les opérations vitales et naturelles; chaleur contre nature qui provient de la pourriture et de l'obstruction. Quand la chaleur surmonte la partie, celle-ci se mortifie et pourrit..... Maintenant qu'il a été parlé des tumeurs faites d'humeurs non naturelles et corrompues, il est commode de parler de la gangrène, que Guy de Chauliac appelle esthiomène, contre l'opinion toutetois des Grecs et d'Avicenne. Car les Grecs les ont appelés tout ulcères malins, qui toutefois sont bornés et terminés, cacotoethe, c'est-à-dire mal morigénés, comme dit Gallien au cinquième chapitre du quatrième livre de la méthode, et au quatorzième chapitre du livre de tumoribus. Les mêmes ulcères ont été appelés chironïeux, à raison que Chiron a été le premier à trouver le moyen de les panser, quelquefois télephires, à raison que Telephus en a été persécuté comme il est au deuxième chapitre du deuxième livre de la méthode. Quand tels ulcères sont ambulatifs, râpent et glissent, les Grecs les appellent esthiomènes, quand ils ne prennent que la peau, et phagedènes quand ils sont jusqu'à la chair, comme dit Galien sur le quarante-cinquième aphorisme

du sixième livre..... Quant à la gangrène, Galien au neuvième chapitre du deuxième livre à Glaucon et au huitième livre du traité de tumoribus, a dit que la gangrène était une mortification et corruption qui commençait, et le sphacèle une mortification et corruption complète et entière, où il n'y a point de remède, sinon de couper..... Quand le sphacèle se propage et se multiplie, lors c'est noma.....

DIONIS

Des opérations amygdales.

Aux deux côtés de la luette, il y a deux grosses glandes englobées, que les uns appellent tonsiles et les autres amygdales, parce qu'elles ressemblent à des amandes pelées; il se fait souvent un dépôt d'humeur sur ces glandes qui en sont gonflées, de telles sortes qu'on a beaucoup de difficuliés à avaler. On n'épargné point la saignée dans ces maladies pour prévenir l'obstruction qui arriverait aux vaisseaux sanguins; si ces glandes se tuméfiaient excessivement. Quand elles sont abreuvées de sang, elles ne manquent pas de venir à suppuration; d'autant que la chaleur de la bouche les murit promptement Aussitôt que l'on y sent de la fluctuation, il ne faut point différer de les ouvrir avec la lancette k, qu'on aura entortillée d'une petite bande comme vous le voyez, et dont la pointe se dirige vers la tumeur où on fera une ouverture de la grandeur dc deux saignées (a). A l'instant que la matière en est sortie, le malade est soulagé; mais la tumeur est quelquefois remplie d'une espèce de sang brûlé qui se fait jour lui-même, et qui laisse une escarre considérable qu'on doit faire tomber. On met en usage les gargarismes detersifs avec orge, aigremoine, ronces, roses rouges. et grande consoude bouillies dans le vin blanc. Le miel rosat mêlé avec quelques gouttes d'*esprit de vitriol*, nettoie parfaitement ces parties. On trempe dans cette mixtion un linge attaché au bout d'un petit brin de balai, et on en frotte un peu rudement l'escarre qui ne tient pas longtemps contre ce remède.

Quelques-uns de nos anciens proposent de séparer et d'arracher ces glandes; ils en font l'opération très aisée, et nous assurent qu'elles n'incommoderont plus dans la suite; je vous renvoie aux moyens qu'ils nous donnent pour la faire, et que je trouve très cruels, et je voudrais une autre caution de succès que leur parole; car la fonction de ces glandes étant de séparer et de filtrer les sérosités qui servent à humecter la langue, le larynx, et l'œsophage, ces parties se trouveraient privées de cette rosée

qui leur est d'un grand secours pour tempérer l'air qui entre dans les poumons, et faire glisser l'aliment qui tombe dans l'estomac.

GLANDORP

Nous avons cru devoir faire quelques extraits à la compilation un peu confuse de Glandorp, très riche du reste en renseignements historiques.

Polypi descriptio.

Polypus itaque caro est tumida inæqualis, membranula tecta in narium partibus, contra naturam, a causa vel interna vel externa orta, earum porum nunc unum nunc ambos simul obstruens, polypi piscis carni haud dissimilis, modo alba, modo subrubra, vel mollis vel dura, dolens et non dolens, interdum cum hæmorrhagia, non raro etiam sine ea, in principio exigua. paulatim vero ita accrescens, ut nunc per foramina palati ad fauces descendens, nunc extra nares propendens, nunc in cavitate duntaxat permanens, externas quoque nasi partes tumidas reddens, respirationem impediens in tantum, quo ægri hianti ore cogantur dormire, aeremque per ipsum os cum maxima difficultate attrahere : insuper et mortem inferens.

Hæc est descriptio congruens omnibus polypi speciebus, ab authoribus variis citatis ; ex sequentibus autem studiosus lector facile discernet, quænam carnis excrescentia in naribus polypus sit dicenda. (*Cap. II, De Polypo.*)

De polypi speciebus, differentiis ac signis.

Hippocrat. medicorum princeps affectus hujus *quinque* his verbis lib. 2 de morbis enarrat *species*. Si polypus fiat in naso ex medio cartilaginum, dependet velut gurgulio, et ubi expirationem facit, progreditur foras, et est mollis; ubi vero inspirationem facit, retrocedit, et loquitur obscure, et cum dormit, stertit. Alius polypus : Impletur nasus carnibus, et ad contactum caro *dura* apparet, et per nasum spirare non potest. Alius : Intrinsecus ex cartilagine caro rotunda prominet, quæ ad contactum mollis est. Alius polypus : Intrinsecus circa cartilaginem paulisper durum quid nascitur, et videtur quidem esse caro, si vero ipsum attigeris, strepitum edit velut lapis. Alius polypus : Nas-

cuntur ex obliquo cartilaginis in summo velut cancelli. Vigo polypum statuit duplicem, cancerosum et non cancerosum *Cancerosus* polypus *durus* est, adhærens parietibus narium, latæ figuræ in sua sede, *fusci coloris*, sine humiditate, ut plurimum *dolorosus*, *fœtidus*, et ex eo maxime, si fuerit ulceratus, faciens nasum aliquantulum tumefactum, in summitate sua, tumefactione tendente ad aliqualem lividitatem, etiam cum aliquali indignatione nasi ex parte exteriori. Non cancerosus est rubei vel albi coloris, tractabilis, gracilis in sua radice, absque dolore, absque fœtore, cum humiditate non parva. Forestus secundum corporis nostri humores, quatuor statuit polyporum differentias, inquiens. Polypus ex sola fit pituita, et quidem magna ex parte, licet etiam ex atro humore fiat, quanquam rarissime, cum ex eo aliquando cancer generetur. Sic albi polypi pituitam; rubri sanguinem; citrini, si adsit dolor et punctio bilem; fusci melancholicum humorem arguunt. Paracelsus. « Auch ulcerirt es sich und gehet in tentiginem parvam, id est, noli me tangere. » Etiam exulceratur, et vertitur in tentiginem parvam, etc. De signis sic habet Guido. Significantur istæ passiones aperiendo nares cum instrumento dicto speculum. Piso notis vero quibus dignoscatur, ejusmodi tumor nullis opus habet, cum sensui pateat. Forestus : et quia ad sensum patet, non est multum laborandum, ut ejus notas repetamus. Paracelsus : So einem in der Nasen wachst ein Fleisch, und dringt hindurch mit viel Bluten, so sag das die Nasen bonda sey. id est, si cui in naribus excrescit caro, et penetrat cum hæmorrhagia dic adesse polypum. Et hæc de his sufficiant.

Cura polypi (in gutture).

Lá *rescision* de l'amygdale engorgée était pratiquée par les anciens de différentes manières : tantôt ils déchiraient avec les doigts la membrane qui la recouvre, l'arrachaient ensuite de la place qu'elle occupe entre les piliers du voile du palais, tantôt lorsque trop de résistance se rencontrait, ils allaient la saisir avec un instrument recourbé en crochet, etc.

..... Enfin aujourd'hui la manière ordinaire de la pratiquer, est celle-ci. Le malade étant assis convenablement, le chirurgien lui fait ouvrir grandement la bouche, abaisse la langue avec une plaque quelconque qu'il confie ensuite à un aide, prend une érigne, saisit avec elle l'amygdale, porte sur elle un bistouri ordinairement fixé sur son manche, au moyen d'une bandelette qui ne laisse à découvert que la moitié de la lame, coupe la quantité qui doit être retranchée (ordinairement c'est au niveau des piliers du voile du palais), reporte de nouveau l'instrument si tout n'a pas été enlevé, et quand l'opération est achevée, il prescrit au malade de se gargariser fréquemment la bouche avec une boisson appropriée.

Ce procédé est simple, facile ; il fut longtemps le procédé de choix, mais un reproche lui est applicable ; portée profondément dans la bouche, l'extrémité des instruments peut blesser quelques parties, non, comme on l'a dit, la *carotide interne* que sa situation reculée met à l'abri, mais la *membrane palatine* dans un lieu autre que celui où elle rejoint l'amygdale, crainte d'autant

mieux fondée, surtout quand l'instrument est tenu de la main gauche, comme quand on opère à droite, qu'à l'instant où avec l'érigne on saisit la glande, tout le gosier se soulève; un spasme général semble affecter toutes les parties de la bouche. C'est pour éviter cet inconvénient que j'ai imaginé d'appliquer à la rescision des glandes un instrument inventé pour couper des kystes de la vessie. C'est une lame tranchante renfermée dans une gaine d'argent, qui, échancrée à son extrémité, y *reçoit* et *fixe* la glande à extirper. Les instruments ajoutés à celui-ci sont pour l'opération, les mêmes que dans les cas précédents.

1° Le malade étant assis sur une chaise haute, la tête appuyée sur la poitrine d'un aide, le chirurgien lui fait grandement ouvrir la bouche et place un corps solide entre ses dents; 2° la langue est abaissée avec une plaque de métal qu'un autre aide retient.

3° Le chirurgien saisit, avec une erigne double, la glande qu'il tire à lui en la soulevant un peu, prend le *kyotome*, engage l'indicateur et le doigt du milieu dans les anneaux, le pouce dans l'anneau, le fait glisser sous elle, cherche à l'engager dans l'échancrure arrondie au niveau de l'endroit où doit répondre la section.

Lorsque la portion à exciser est engagée, il la tire davantage à lui pour la tendre, presse contre elle de bas en haut l'instrument, pousse la lame qui, en traversant l'échancrure, opère la section. Si elle n'est pas complète, ce qui arrive surtout quand le volume de la tumeur est considérable, la lame est retirée, et le kyotome reporté dans la plaie même qu'il vient de faire, finit la section. N'est-elle pas encore achevée, une *troisième tentative* est réitérée.

On fait laver la bouche du malade et on lui prescrit un gargarisme quelconque. Ainsi pratiquée, l'opération est aussi simple, aussi facile et plus sûre que dans le cas précédent. Telle est la disposition du kyotome, que lorsque la lame traverse l'échancrure, elle pousse et *fixe solidement* les parties à diviser, avantage que n'ont ni les ciseaux, ni le bistouri.

(*Chap. III, p. 202.*)

OBSERVATIONES, CONSILIA EPISTOLÆ PRAXIS MEDICÆ, ETC.

BENIVIENI

Angina.

Angina laborabat Nicolaus Rota, sed nullus tamen rubor aut tumor vel intus in gula, vel extra videbatur. Et ipse nihilominus vix spiritum trahens, quicquid præterea edendum sumeret, per os statim et nares rejiciebat. Quare cum arescente corpore, palente jam facie, ac vertentibus oculis spes omnis sublata esset et medici, quibus cura data fuerat, ægrum amplius non adirent; me licet juniorem convocant, ægrum ostendunt, et quæcumque acta fuerant exponunt. At ego cum et ægrum ipsum ad mortem tendere, et Medicos, quæcumque opportuna fuerent præsidia, adhibuisse intelligerem, cæpi ipse mecum cogitare, quod bonum non erat ægrum Deo et naturæ, ut cæteri medici, incuratum dimittere, an aliquod, licet insolitum, utile tamen auxilium experiri : verum adhortantibus his qui ægro assistebant, consilium capio, et locum altioribus plagio sub ipsis maxillis, ac etiam supra collum incido, ex quo cum sanies multa prorumperet, adeo morbus levatus est, ut faucibus ipsis spiritum simul et cibum capientibus, facilis dein ad bonam valetudinem ægro ipsi daretur regressio.

Ex abscessu gulæ homo pene jugulatus.

Aliud quoque morbi genus circa fauces oriri consuevit, et id interdum pestiferum acutumque, quale in Alexandro Serralio nuper vidimus, cui neque rubor neque tumor ullus intus in gula aut extra ostendebat, sed aridum corpus erat et squalidum. Cumque nihil omnino alimenti, demitteret, sed quicquid absumeret statim rejectans vix spiritum traheret, et vox adeo fauci-

bus hæreret, ut ne mutire quidem 'posset, jugulari prorsus hominem putares ; nos tamen et urgentis morbi et ægri vitæ ratione habita, utile et præsentaneum remedium duximus sanguinem mittere : tum et cucurbitulis natibus affixis deducere humorem conati, frictionibus simul aliis que præsidiis quæcumque extrinsecus hominem juvare poterant, tantisper utendum censuimus, donec ægri fauces detumescerent. Verum ubi malum his omnibus auxiliis non modo non cédere aut levari, sed in horas vehementius ac contumacius fieri advertimus, omni abjecta spe ægrum tanquam proxima nocte moriturum, Deo et naturæ reliquimus. Hunc autem cum assistentes velut jamjam spiritum exhalaturum, signo érucis ex more in auroram usque singulis momentis consignarent ac munirent ecce statim a summis ægris faucibus tam ingens ex adaperto intus abscessu purulentæ materiæ vis effertur, ut homine pene jugulato, catinulum, in quo recepta est, ad summum repleret labrum. Qua expulsa, statim resumptus est spiritus, et æger qui jam pro mortuo lugebatur, veluti ab inferis remeans, paulatim convalescere cæpit, donec integram consecutus est sanitatem.

BALLONIUS (BAILLON)

Nous reproduisons ici la longue et fastidieuse discussion de Baillon, sur l'angine sèche, où il invoque si copieusement le témoignage des anciens. Elle indique bien le goût de l'époque.

De Angina.

Constitutio aquilonia impense frigida et sicca sævierat, quum in hominum genus magna morborum vis invasit, ac præsertim febres, cum magna perfrigeratione ; calescendi, frigescendique erat vicissitudo, et crudor quidam, ut Aristoteles I. Problematon 9 et 10. problemate annotavit : Ille autem crudor, Græcis σφακελος. Sphacelus, maxime ob frigidam, siccam, aquiloniamque constitutionem solet contingere. Pleuritides grassatæ sunt, peripneumoniæ, pulmonumque variæ affectiones, atque inter cætera tusses et raucedines, præsertim quum desæviente hieme, quæ in summo squallore et rigore frigoris congelata, conglaciataque fuerat, fundi liquarique cœperunt. Inter cetera ophtalmiæ multis ροωδεες. Fluxionales multis ξηραὶ (siccæ) ut quæ in siccitatibus αυχμὸς (squalores) Græci vocant, contingere solent : I item deglutiendi quædam difficultas cum febre, linguæ scabritie, totius oris squalore quodam, juncta virium infirmitate. Atque de hoc tertio agere institutum est; nam et quum nil appareret in faucibus, et tamen deglutire apte non possent ægri, nec solemnis remediorum usus quicquam conduceret, idipsum nobis medicinam facientibus plurimum negotii dedit. *Tres nobis videre* contingit in quibus *nil apparebat* internum in faucibus, nil extra : non erigendi capitis ulla necessitas, et tamen per quindecim dies sine ulla tussi, sine excreatione manserunt, cum linguæ et totius oris ad mediam fere asperam arteriam squalore, siccitate, non calore ullo effatu digno, sine tumor ullo, et tamen nil allevabantur. Hipp. quidam part 20, lib 3 Prognosticon, meminit cujusdam synanches quæ ægrum in periculum non conjicit, non laborat guttur, sed in fauces, aut in cervicem, aut in utramque fluxio fit ; maximaque ex parte cervix et pectus ruborem contrahunt,

At talis fluxio sacer ignis ab Hippocrate vocatur, quod erysipelatodes sit : dolent vehementer, nec difficulter spirant, quum guttur non perpetiatur. At in nostris ægris nullus rubor in cervice, aut pectore, sed tantum nescio quid superficie tenus in faucibus et circum uvalam apparebat ; dumque saliva deglutiebatur, difficultas quædam erat. Item part. 17, lib 3. Prognost, meminit faucium exulceratarum in febribus, quod nos aliquando observavimus, quum et a capite rodens humor defertur exulcerans, et postea vi febris rursus summittitur humor, qui ob calorem febrilem acrimoniam acquirens malum continuet atque protrahat. Sed nil in ægris nostris tale apparuit. Quid ergo fuit quod ille tantam molestiam pareret ? Illa difficultas, quæ aliquid βοναγχη (Anginosum) in se habebat, et forte ad synanchen referri potest (generali enim nomine quicquid nonnullam difficultatem spirandi affert, aut circa guttur, aut fauces, illud synanche nominatur Galeno comm. in lib. de diæta acut.) Sed unde illa difficultas, quum nec magnus dolor, nec phlogosis apparens, immo nec tumor, aut phlegmonodes aut pituitosus, nil erysipelatodes apparebat ; et tamen maxima est siccitas, nil resudante, nil excreto, squallor est, et languent admodum ægri. An hic morbus *angina sicca*, aut biliosa, aut *morbus siccus* vocabitur?

Reperio apud Hippocratem nomen ξερος (sicci) multis rebus attribui, et magnam vim habere, immo majorem forte quam quis existimet. Si liceret orationis vela pandere, multa ea de re disputari a nobis possent. In aphorismis multis in locis invenio. Ophtalmias siccas etophtalmias tabisicas quæ eædem et siccæ dicuntur in squaloribus. Item apud Hippocratem, anginam reperio cholericam et biliosam (ita enim eas voces admittit Galenus clarioris doctrinæ gratia) ut distinguatur ab ea angina, quamquam pituitosam appelati volunt. Et illa angina a *nitroso humore* fit, qui non fauces obsidet tantum, sed musculos a tergo, ut paullo post explicabimus, orthopnœam parit. Et siccitatem multam, ita tamen ut nil appareat. Notanda hæc vox, nam et in 4 aphorismorum, periculosissimam quamdam anginam video, per superexcedentem siccitatem, unde strangulatio, accedente quoque sebre quæ eam siccitatem adangeat. Præterea in I. de Diæta, acutor siccum reperio. Quonam

vero in sensu omnes hæ sententiæ, in quibus jam advenientis signum dat, in jam perniciosis morbis, ait, parvi tremores, vomitus æruginosus, qui in potibus substrepunt, id est, in siccis submurmurant, et deglutiunt difficulter. Duretus illud... refert ad murmur hypochondriorum, ut murmur illud sit ob inflammationem diaphragmatis in sympathiam cerebri tracti; ego vero non ad murmur ob inflammationem diaphragmatis refero; quamquam scio borborygmum inde nasci posse, sed quum et strepitus in bibendo, et difficilis deglutio meminerit, ego illud murmur ἐν ξηρῷ, in sicco, refero ad id quod apparet sæpe in delirantibus, in quibus laryngi musculi siccati sunt, ut non amplius motum facilem præstent nec obediant. Nam quum bibunt illi, et delirant, pars aquæ quæ descendit quodammodo it præceps cum sonitu, in vacuo et inani descendere videtur; obauditurque murmur et borborygmus circum præcordia, siccatis musculis. Sic illa vox ξηροισι (siccitatibus, siccis), ad difficilem illam deglutitionem potest referri, quum tanta siccitas sit, ut musculi inertes sint, et propterea auditur sonus et murmur, ac si in cavum aliquid aquæ conjiceretur.

Nunc sigillatim explicemus vocis illius ξηρον significatione, ut tandem de angina, aut potius de dispositione anginosa oratio nostra terminetur. Ita enim medicis debet constare, quibus incumbit ex officio morbi ideam causamque animadverte, qua ex causa difficultas deglutionis pendeat. Nec enim audito anginæ aut difficultatis deglutiendi nomine statim ad secandas venas annulares, ac gibberi accedendum : quum alias a materia hac aut illa, alias et nescio qua intemperie illa difficultas deglutiendi oriatur. Unde auctor lib. 4 de diæta acut. duas anginæ species facit a materiæ diversitate desumtas : ut cognitis ideis morborum in remediorum delectu aliquanto exactiores simus, ne male, temereque unum pro altero usuveniat.

Ophtalmiæ siccæ et ophtalmiæ, quum ab Hippocrate dicuntur, aut quum humidæ ita eas dici accipiendum est, ut in siccis lippitudinibus nil humoris manet in humidis, non crassus humor, sed tenuis; quamquam quibusdam placet, eas siccas dici posse, in quibus aliquid acre, mordax, pungens, et lancinans, non quantitate, sed qualitate peccans, excernitur. Et hoc fortassis probabilitate non caret. Humidas ophtalmias Hippocrates

describit in Epidem. In constitutione calida, humida, austrinaque, multis fiebant (ait) ophtalmiæ: humidæ, longæ, diuturnæ, laboriosæ: palpebrarum foris et intus ἐπιφύσεις, id est progerminationes, quas sicos, Græcis σῦκα, vocabant. Humiditatis copia et ophtalmiam attulit, et tubercula in palpebris; sed qua id ratione factum est, quum a duplici humore hoc duplex vitium natum videatur ? Etenim humiditas ophtalmiæ ab humore est tenui, Galenus dicit, ex theumate præhumido, at siccus, five progerminatio, five eruptio verrucosa, callosa (omnibus enim his nominibus unum et idem significatur) a crassiore, lentioreque humore esse videtur: hoc ipsum et Galenus fatetur : ait enim in commentario, humoris redundantis superfluitatem duplicem speciem in tenuitatis et crassitiei differentia habere, tametsi idem esse humor videatur, et in eodem loco consistat. Quod hac ratione in corpore succrescere confirmat: quum ait, corpus exercitationibus solitis concitetur, moveatur, diffluetur, ac lustretur, copiam, crassorum et tenuium aquosorum ob vacuationis prohibitionem. Ac si in quolibet humore sit quippiam quod limi et fæcis rationem habeat, quippiam vero quod seri, liquidiorisve partis. Qui autem discernas varios effectus utriusque humoris ? tenuiorem partem excerni testabantur dejectiones liquidæ, urinæ, aquæ : crassiorem partem, vel gravitas capitis, vel coma, vel quia moram trahit cunctaturque in corpore. Et clarioris doctrinæ causa affectus quosdam nasci dicemus ab humore crassiore per congestionis modum : alios a tenuioris humoris copia per suppressionem, id est, qui supressus est in constitutione aquilonia ; deinde via aperta in partes influxit. Id quod tenue et aquosum, ophtalmias humidas fecit, id quod crassum ac deses, progerminationes quasquam in palpebris foris et intus. Quod enim crassum est, quia pigro gressu insistit, partibus inhærens alium morbum producit quam id quod tenue est et præhumidum et aquosum progerminatio dicitur, siccus seu, quod nomen apud Medicos potest sumi pro eruptione, apud Aristophanem, bullam, papulam et phlyctænam significat: et quod dicitur, illud significat in palpebrarum extremo protuberantiam, eruptionemque apparere ; hoc enim verbum progerminare significat. Galenus in commentario interpretatur nomen Epiphysin, eruptionem callosam. Interpres, tuberculum collium modo, vertit : et male ; hoc enim grammaticoteron. Etsi enim

οχδη præruptum ripæ locum significet et eminentiorem paullo, et οοχθος colliculum prominentem ; tamen debuit scire οχθὄς apud Medicos pro verrucis, sive verrucosis extuberantiis sumi : Ita enim Marcellinus lib. 2 dioscoridis. Ergo τηνοχθωδεα-έπανάςασιν verti oportet, eruptionem, extuberantionemque verrucosam ; quamquam interpretis lectio plausibilis est, quia Grammaticum agit.

Ut ad institutum redeamus, humida ophtalmia dicitur in qua aliquid aqueum et tenue manat ; sicca autem est quum aquilonia tempestas calidam humidamque excepit ; hæc enim frigida constitutio ut manus spongiam, sic cerebrum comprimit ; hinc humor in has illasve partes exprimetur, ut in oculos ; quia autem extremo frigore cutis densatur, hinc ophtalmia sicca nascitur ; idque maxime in siccis ac biliosis : quod notandum est ex Hippocrate. Neque enim in omnibus sicca ophthalmia præsente constitutione aquilonia fit. Et alio loco in lib. de aëre, locis et aquis probabilem affert rationem aut in siccitatibus, et squalloribus ophthalmiæ siccæ nascantur. Bilis, inquit (loquitur autem de hominibus biliosis) pars humidissima, atque aquossima exsiccatur atque absumitur crassissima vero et acerrima linquitur, supple, et siccas ophthalmias febres acutas faciens. Itaque ex eo Hippocrati et Galeni loco colligi potest, verisimilem eorum opinionem qui siccam ophtalmiam interpretantur, in qua aliquid nitrosum, paucam, siccum, acreque apparet mordicans oculos, non autem in qua supprimitur omnino humor, ut prius dictum est de aquilonia constitutione humores supprimente. Hinc effici potest siccas ophtalmias ; bifariam intelligi posse, et eam in qua multus quidem humor, ob calidam humidamque constitutionem, est, sed supprimitur ob ambiens frigidum, eaque ophtalmia cruda dici potest, eo modo quo in libris de Diæta, morbus siccus dicitur, id est crudus, in quo excrementum nondum apparet ; et eam in qua non tam quantitate quam qualitate humor in vitio est ; ut quum acer, mordax, in bilioso humore succrescit, tempore squalido, arente, aquilonio si vis : et species quædam erit ophtalmiæ, eaque præhumidæ ophtalmiæ opponetur. Et hæc posterior de genere earum ophtalmiarum est, quæ a Galeno et Hippocrate vocantur tabificæ ophthalmiæ nomine composito. Aridam lippitudinem definiunt, in qua subaridi oculi

nec tument, nec fluunt, sed cum levit prurigine ingravescunt : et palpebræ citra duritiem prægravi pituita inhærescunt. Huic similem faciunt υποφθαλμίαν, asperitudinem oculorum ac scabram lippitudinem interpretantur, rubor est oculi, pruritus a nitroso salsoque humore : ac credo in his apparent quibus corpus biliosum est, aut putri salsaque pituita plenum. Ergo ophthalmiæ tabificæ quædam sunt, φθινάδεας vocant, ut sine distinctione sit legendum in aphorismo 16 lib. 3. Aphorismor. In squaloribus tabificæ ophthalmiæ non autem cum distinctione, lippitudine in squalloribus, et item tabes, ut contendit Galenus in Commentar. Siquidem negat in siccitatibus, quatenus tales sunt, tabem contingere : at nec articulorum dolores, nec dysenteriæ ipsæ, nec stranguriæ in squalloribus contingunt. Quis dicat sine humore aut arthritim, aut dysenteriam, aut stranguriam nasci? Ideoque perplexus est admodum Galenus in exquirendis hujus aphorismi demonstrationibus. At mihi parum consultus videtur Galenus, quasi vero non noverit in squalloribus ferinas destillationes et dyssenterias ab acri, squalidoque (ut sic dicam) humore, qui sensim atque sensim sese exerit. Nec enim adeo rudis Hippocrates, ut squalorem intellexerit sine aliquo humore, et in medio omnis recessus ; quasi vero squalor temporisque arida et squalens tempestas non vim aliquam humoribus imprimat, et non in tali constitutione squalida ichorum dominatus non sit satis malignorum. Itaque accuratior fuit hic Galenus et frustra. Porro tabificas ophthalmias videtur et Galenus referre. Quamquam ophthalmiarum tabificarum hoc sit proprium, ut ab tabem, consumptionemque oculorum pertrahant, et tamen in squalloribus grassantur ; an vi squalloris, an ratione humoris sicci, nitrosi, mali. Si humor est, quare non est tabes ab humore? Si vi squalloris si oculus tabescit ac consumitur, cur non et reliquum corpus? ut nomen τῆς φθίσεως, non pro tabe, quæ proprie ulcus, aut aliud pulmonis vitium sequitur, sumatur, sed qualibet consumptione, ut posse sumi Galenus suspicatur in aphorism.

Item morbus siccus reperitur apud Hippocratem part. 22, comment. 1, in lib. de diæta acut. quum diætæ instituendæ rationes docet. Nam quamdiu morbus siccus manet, tamdiu et pleniore cibo abstinendum, nec naturæ negotium facessamus ;

nec tantum ad morbos thoracis nomen sicci, referri vult, sed ad omnes partes laborantes, in quarum affectionibus nihil excernitur eorum quæ redundant. In sicca ophthalmia, ait, quum nil resudat ; in cerebri affectibus, quum nec per nares, nec per palatum rei cujusque excretio fit ; in affectibus partium in ventre inferiore contentarum, quum alvus resiccata admodum est ; et idem in ceteris. Quum autem excernitur aliquid, vocat morbum υγρειν, humefieri.

Sed quæstio hic magna horiri possit, an sit idem morbus siccus, et crudus : an idem, morbum humescere et coctum esse, ut omnia per synecdochen capiantur, 3. Videtur idem esse morbum crudum et siccum, item coctum maturumve, et humidum dicere. Nam, exempli gratia, in pleuritide oris mador, sputi expectoratique facilitas tamquam superveniens jam initium morbi præteriisse, et brevi finitum iri demonstrat in aphorismi. Si ergo siccus, id est, crudus est quum nil excernitur a parte, sed materia coercita conclusaque in parte est ; ergo in cujus ophthalmiæ initio fluor et lacrymæ multæ sunt, ut in humida, proindeque cocta consequens autem falsum est. Item quum cerebrum plethoricis auctum est symptomatis, et per oculos, nares et |palatum multæ pituitæ liquidæ crudæque excretio sit, ista excretio significaret morbum humidum, id est coctum ; hoc autem falsum est. Itaque tametsi quum madet os in thoracis affectibus, brevitatis morbi indicium est, non tamen idem est siccum ac crudum; nec coctum, et humidum. Liquidior enim ptisana ad humectandum propinatur, non autem ad coquendum dari dicitur. Quocirca ut in omnibus admirabilis est Hippocrates, ita hujus quæstionis nodum quodammodo dissolvit; scribit enim ; Si autem os madefiat, qualia oportet a pulmone excernantur, sorbitionis quantitatem augebis. Nam quæ citius madent, Græce madescentia celerioris criseos notam præ se ferunt : si coctum et humidum, idem significarent, et siccum et crudum seu, incoctile dixisset simpliciter, si os madescat ; nec adjecisset, et qualia oportet educantur. Nam hæc particula, qualia oportet educantur, non jam amplius contrarium siccitatis declarat, sed jam ad coctionem nos insinuant : id est, coctionis tacitam mentionem injiciunt. Et illud est quod acute Galenus in comm. in partic illam, annotaverit, verba

illa ; si qualia oportet, excernantur coctionis argumenta, signaque, Græcis exhibent. Et si humidum esse ac coctum esse idem significarent, catharrosæ dispositiones, qualescumque forent, de coctorum morborum numero essent. Nec dubium quin in quibus morbis excretio esse debet materiæ, si illa materia supprimitur, et siccus morbus dicitur et crudus ; et quum excerni incipit cocta, tum morbus humescere dicetur ; et in quibus ante tempus excretio fit, nimirum materiæ crudæ, tametsi tunc morbus siccus dici non possit, quia effluxio fit, tamen crudus vocabitur. Sed hæc subtiliora.

Præterea choleram siccam et humidam apud Hippocratem reperio in 4 de Diæta acutor. Humida cholera dicitur in quo magna contentione et virium jactura sursum deorsum excretio fit putrium, incoctorumque. Galenus in comment. vult oriri ab acribus humoribus generatis a corruptione assumptorum ; arida fit a spiritu flatulento acri. Videtur ex sententia Galeni his nasci sicca cholera qui cibos coctu difficiles sumpserunt, transire nequeuntes, quibus adjecti sunt cibi acriores ac calidiores, et tunc flatulenta copia impedit quominus quicquam excernatur. Unde quomodo magna, an non illa cholera in quo calida assumpta sunt cum difficilibus coctu, potius humida dicenda sit quam sicca? Hippocrates ait quidem laserpitii radicem choleram siccam efficere, sed postea jungit, si cum multo caseo et carne bubulo sumatur. Sic enim quidam vorax esu carnium porcinarum, haustu vini generosissimi et placentarum, in choleram incidit siccam, ut ex priore Hippocratis demonstratione colligi est. Quid ergo erit humida? Quantum ex collatione locorum colligo, in humida cholera plus est materiæ corruptæ, facultatem expellentem irritantis ad excretionis omnes genus, ut in hoc dicatur humida, quia excretio fiat ; qua nominis significatione sumi Præhumidum diximus ante. In sicca plus est crudæ, crassæ, impactæ, et flatus eam materiam subigente, agitenteque ; unde membranarum dilvusio eruptioque aliquando et gravissimi dolores. In eoque sicca dicitur, quod nil fere excernatur, sed convolutio fit quædam intestinorum, et inflatio ventris ; qua in significatione præsiccum sumi dictum est paullo ante. Atque adstrictionem esse flatuumque magnam iliadem collige ex Hippocrate eodem loci « Ab arida cholera vero inflatur, strepitus

fiunt, dolor laterum lumborum, nihilque alvus dejicit, sed astringitur. » Ergo siccitatis ipsius in cholera sicca vis est in eo, quod cohibitio retentioque est materiæ. Quamquam Galenus *comment.* in *partic.* illam non vult naturamque choleræ siccæ, quod tamen a ratione alienum est. Verba ejus sunt « Quum flatus interdum exire possint, interdum retineri, aridam choleram ob retentos flatus generari asserere nequeo, nam probabilius est eos vocare (suppl. cholera sicca laborantes) in quibus potius flatus erumpunt, quam retinentur. » At contra : etenim nonnullos summis cum cruciatibus cholera sicca laborantes mori videmus, in quibus nil fere excernitur, nec materiæ, nec flatus. Membranarum enim offensæ, et divulsiones ex eo maxime sequuntur quod spirituum magna sit vis materiam veluti subigens, diripiensque, et dum penitus, subitur, solutione unionis partium præsertim nervosarum implacabiles dolores excitantur. Atque idem in ventriculo contingit et partibus vicinis præsertim membranosis, quod in affectum, qui Græcis peculiari nomine Nervorum tractus, divulsio dicitur, Gallice gouttes crampes ; inclusus est enim spiritus divellens. et exitum sibi quærens. De cholera sicca dictum sit hactenus.

Accedamus nos ad id cujus gratia *instituta est disputatio.* Institutum erat dicere de angina, et anginoso quodam affectu (ita enim loquor) id est, de difficili deglutitione ; quæ difficultas in faucibus et gutture synanchiæ aut anginosi morbi essentiam constituit. Animadvertimus enim in quibusdam, ut initio dictum est, ariditatem summam linguæ (talem autem linguam Hippocrates *epidemiorum*, vocat linguam peripneumonicam, quod iis qui inflammatione pulmonis laborant familiaris esse soleat, dolorem occultum et latentem colli musculorumque omnium qui ad humeros usque protenduntur; *faucium est squallor, siccitas,* nil tamen apparet quod arguat id de quo tanquam de difficilis deglutitionis causa quæri possit. Quærendum itaque quis sit affectus, quo nomine donandus, cujus speciei, quæ idea, qui mos et ingenium. Potest generaliter affectus angina dici, ut Galenus *Comment.* in *partic.* 30, lib. 4 de *diæta acut.* sumi posse ostendit. Duplex autem omnis est συναγχη ut auctor lib 4 de *diæta acutorum* vult: aut est a materia crassa, viscosaque quæ in majoribus vasis continetur, aut a tenui, acri, biliosa, quæ

sua tenuitate majores ampliores que venas pervadit, sed in tenuiores sese insinuat; in synanche a crassa materia tumor est brevi strangulans ; alter συναγχη qui a tenui fit, non ita sese tumore effert, sed intemperie potius quadam, et erysipelatodes dicitur; Galenus dicit vocari posse χλωδεα seu carbonculus. Biliosam aut cholericam hanc autem ita describit « Quum a capite tenuis fluxio est, nitrosa, quasi ab anni tempore talis sit, mordet, ulcerat, orthopnæam parit et siccitatem multam : Quæ intuentibus nobis apparent igitur, minime tumentia apparent ». Ita enim non pro gracili ιχον sumitur, sed pro humili, non tumente. Quo loco mihi videtur anginam nostram, de qua laboramus, describere ; nam et siccitas multa erat, quam Hippocrates πολλω ξηρασιω vocat; verbo antiquissimo : et difficilis deglutitio ; nihil autem in faucibus aut gutture apparebat ; nec alius color fere a proprio erat, nisi quod siccitas esset. Magnum enim est observare an dissimilis sui sit color. Propterea Veteres vocem gracilia interpretabantur decolorata, id est, non habentia colorem qui adesse deberet si inflammatio esset. Sed tamen hanc interpretationem ridet Galenus in commentario. Galenus autem rationem reddit cur non tumeant partes laryngis et faucium : non quin biliosus humor multus collectus non possit tamen efficere, ac præsertim humor qui a capite descendit : omnis enim pituitosæ naturæ propinquus est, ut propterea pituitæ naturalis fontem cerebrum asseveraret auctor lib. de morbis et lib. 4 de glandulis, sed, ut ait Galenus, sit ut fluxionis partem recipiant faucibus vicini musculi ; item qui a tergo siti sunt; ubi et stomachus qui sepe simul afficitur. Sic rationem reddit et cur siccitas, cur tumor non adsit, diffusa, liquataque materia ; item cur a tergo et circum collum dolores adsint : atque talem affectum, et symptomata qualia hic describuntur, mihi visus sum videre in istis ægris quorum superius paulo memini, nisi quod talis synanche per eumdem Hippocratem vel æstate, vel autumno fiat. At hæc affectiones synanchicæ, quarum meminimus, in hiemem inciderunt, eamque acerbissimam. At quid obstat quin dicamus, id quod ante observatum est, per hiemem coacervari crassos humores, et eorumdem ichores sive serositates, quæ quum diu suppressæ fuerint, acrimoniam et quoddam nitrosum acquirant desævienteque hieme, tenue illud

subit tacite, et morbos sui generis committit. Atque eo modo fiet angina sicca, ita enim loquar doctrinæ causa, quo et ophthalmia ξηρα : non quin sit humor aliquis, sed potius qualitate quam quantitate peccat; et facit squallorem, nescio quam intemperiem aridam; quod explicavit Hippocrates, quum ait « istum humorem nitrosum efficere ut siccitas multa generatur; hinc fit ut subdiderit, et tendines cervicis posteriores intenduntur, apparentque intenti ac si tetanus esset ». Hinc vocis amissio. Quod indicat scribens, quibus vox amittitur et perit, ait Galenus, per laryngis passionem. Vocis autem generatio in ea maxime parte fit, quæ larynx vocatur, Galeno teste. Huc maxime pertinet locus de Angina lethalissima, quam describit Hippocrate in aphorism. « Si a febre habito collum pervertitur, vix potest devorare, sine ullo tumore, lethale. » Paulo ante alium scripserat aphorismum de angina quoque. « Si a febre habita, tumore non existente in faucibus, strangulatio repente supervenerit, lethale ». Aliud esse scribit Galenus vix potest devorare, et cum strangulatur. Quum autem dixit, tumore non existente in faucibus, tacite indicat affectum esse solum guttur, quod λάρυγξ dicitur, quum repentina strangulatio necessario laryngis affectionem significat, undelibet hoc contingat, sive ab inflammatione, sive aliter, ut paulo post dicemus, quum inquiretur an sola intemperies sicca hoc efficiat. Mirum quomodo in aphorismo illo prædicto, in quo scriptum: tumore non existente in faucibus, quum nomen φαρυγγος per fauces interpretentur, nam illud animadverterunt auctores Græci, nomen φαρυγξ in masculino genere, guttur significare, et cum nomine λαρυγξ intelligi in feminino φαρυγξ fauces : et Hippocrates in masculino genere accepit. Sciendum non necessario semper laryngem significare cum masculei generis est ; promiscue enim ο φαρυγξ fauces et guttur designat sed η φαρυγξ fauces semper denotat. Proptereaque Galenus in Commentario utriusque aphorismi a nobis citati, quum verba Hippocratis adducit, non amplius usurpat articulum masculeum ὁ, τό τῷ, sed ἡ, τῆς, τῇ quod diligenter notandum est, ut omnis amphibologia declinetur : Quod Galeni ingenium vix deprehendent linguæ græcæ ignari. Propterea parum legendo proficiet, qui versionibus tantum latinis impolitis et rudibus, nec ulla ex parte attingentibus Asiaticam sermonis venustatem, operam accommodabit.

Ergo quum non apparet tumor in faucibus et repente suffocatio incidit, præsertim dominante febre, mortis metus est maximus. Quærit Galenus duo : cur dum in illo aphorismo anginæ funestissimæ meminit, non mentionem facit de dolore, ut fecit in Prorrhetico, dicens, fauces dolentes, item an angina absque dolore esse possit. De priore ita statuit : Tametsi non meminit doloris, potest tamen intelligi. De posteriore ita: si angina sit cum inflammatione, non potest non adesse dolor. Potest autem strangulatio fieri sine dolore tribus modis, vel oborto tumore frigido quod Œdema dicetur : 2° vel resolutione musculorum laryngem aperientium, unde angustior redditur meatus 3° vel ab utroque simul; tertio summa siccitas et squallor musculorum internorum laryngis hoc efficere potest; ita enim supra modum extenti, meatus angustiam afferent. Sed quæstio orietur difficillima : Si indolens angina et strangulatio repente contingere potest? ut hic docet Galenus, an a siccitate immodica id fieri potest. Videtur non posse fieri; nam intemperiem siccam anginæ auctorem, si ita fors frat, necesse est longo admodum tempore acquiri, ut ex locis infinitis Galeni colligi potest ; quomodo ergo ab ista immodica siccitate repentina strangulatio contingere potest ? Ista videntur assistata. Nisi quis dicat siccitatem quidem tempore acquiri, sed illam non sufficere ad necandum nisi febris concurrit maxima, quæ febris (nulla adhuc præsente alia siccitate) brevi tempore omnium instrumentorum tensionem atque ariditatem afferre potest, præsertim si sit e genere febrium ardentium. Ac propterea quum in alio aphorismo scribit « si cui a febre occupato collum invertitur, vix potest devorare, sine nullo tumore, lethale ». Galenus in Commentario miratur Hippocratem non meninisse loci, quum ait, tumore non existente, ut feci talio in aphorismo ; sed subaudiri intelligit, vel in faucibus, vel in collo ipso. Ait autem istam strangulationem, aut potius deglutiendi difficultatem ab inflammatione musculorum gulæ præjacentium, aut gulæ ipsius oriri posse ; et ab ista inflammatione contorquer potest vertebra ; vel enim a tuberculis invertitur, vel ab inflamimatione ob tensionem partium inflammatarum, et ad sese retrahentium ; est enim affectus cervicis in quo vertebræ ad anteriora luxantur ; vel nato tuberculo, ut placet Galeno ; vel extentis ob inflammationem partium nervis ac ligamentis, ut notat Galenus

Commentario in aphor. 35 lib. 4 aphorism. Atque ut explicet rationem illius anginæ de qua sermo est, affert locum ex Hippocrate, quo in loco vult eamdem anginam describi quæ hoc in loco. Textus autem est : « Anginam patientium tales erant affectus : Colli vertebræ intro vergebant, extraque apparebat collum habere cavitatem, et hoc tactum dolebat ». Notandum autem illo loco mentionem fieri de angina in pestilenti constitutione. Quærit rursus cur Hippocrates, dum loquitur de angina a contorsione colli in febre ingente, non meminit doloris ut et in *Epidemiis ?* Si enim inflammatio est, necesse adesse dolorem ; an non inflammatio est, præsente tanta febre, et facto contorsione colli ? unde ista contorsio ? Concludit istam anginam ab excedente fieri siccitate, a qua tensio, hinc tractus, a tractu eversio vertebrarum. Quum enim adest ista siccitas, a qua tensio, tractus eversio, angustia meatus, difficilis deglutitio, malum hoc ; pejus vero si febris adsit. Nam et febris auget usum respirationis, cui non potest satisfieri ob meatus angustiam ; item auget siccitatem ; sic malum malo cumulatur quæstio : si est excedens siccitas quæ anginam quodammodo pestilentem facit, unde illa siccitas ? an repente incidit, an non ? an humor est ? Dicam quod sentio, le accommodabo ad ægrum nostrum, cujus ergo instituta est hæc disputatio.

In summis squalloribus, præsertim dum æstus adsunt, vei etiam in sicca et aquilonia constitutione in qua supprimuntur humores, sed tenue tantum serum exprimitur vi ambientis, ut exemplo spongiolæ fieri contingere scribit Galenus in Commentar. in. 3. *Aphorismorum*, sæpe circum fauces, collum, oculos, siccitates oriuntur, quarum ratio nulla reddi potest. Et difficultas deglutiendi est, nullo apparente tumore vel in gula, vel in pharynge, vel in larynge ; et squalet aretque ægrotis guttur ; lingua scabra, exigua febris et latens, quasi ab ambiente calido evocato foras calore, ant ab ambiente frigido nimium (nam in squalloribus hæc fieri diximus, dictum autem velim quum vel excessus est caloris, vel frigoris) retruso in centrum calore ; unde quemadmodum in oculis sicca ophthalmia nascitur ita angina sicca, si verbum confingere liceret, aut ξεροφθαλμία orietur. Quod admodum notare oportet, et medici decipiuntur admodum. Vidimus ita affectos per 20 aut 30 dies laborare

cum squallore magno, infirmitate summa, ariditate, nulla siti, difficultate deglutiendi, oculorum quadam cavitate, fuliginoso spiritu arente atque æstuante, ac si in hecticam laberentur. Et ex nostratibus Medicis nulli hoc observaverunt, præter unum dominum magnum, omnium, quos ætas nostra habet, acutissimum et sollertissimum qui vocat istum morbum Anginam συντηκτικη seu colliquativam anginam, et catarrhosam colliquationem; nam partes omnes ad guttur, collum, et fauces attinentes liquefieri quodammodo videntur; et in exiguis venis ichor tenuis contineri videtur, qui superficiarum dolorem excitat.

Omnium morborum quos mihi videre contigit, hic mihi difficillimus, et ad cognoscendum, et ad curendum visus est. Atque obiter qua ratione ei sit occurrendum, si quando incidat, aperiam.

Quum ergo ea difficultas deglutiendi (sive quis anginam vocet, seu rheumatismum siccum, seu morbum siccum, seu anginam siccam, seu pestilentem fluxionem, sive squalorem quemdam malignum sive colliquationem, sive catarrhosam colliquationem hoc loco non interest, tametsi longe hæc vocabula inter sese differant, aliasque morborum ideas indicent) quum, inquam, ea difficultas deglutiendi cum siccitate, squalloreque sit conjuncta, nullo etiamnum nec foris, nec intus tumore apparente, dolore quodam occulto partium omnium ad guttur et collum pertinentium, non est dubium quin illa intemperies sicca corrigenda sit : eamque ob causam plurimum conferet in quod sequitur.

℞ Passularum mundatarum, ficuum, ana, ℥ j. glycyrrhizæ non rasæ, ℥ iij. pruna num XX, radicis althæa, ℥ j : fiat decoctio in æquis partibus aquæ rosarum plantaginis : in colattura dissolve oxycrati, ℥ ij. mellis violarum ℥ iij. fiat gargarismus : vim habebit humectandi, detergendi squallorem tollendi. Deinde circum partes thoracicas fiet litus sequens :

℞ Butyr. recentissimi, lib. j. cum qua misce olei amygdalarum dulcium sine igne extracti, ℥ ij. olei de Kenri et violati non veteris, an : ℥ j. misce : fiat litus.....

(*T. II, Li. b. II, consil. LIV.*)

AMATUS LUSITANUS

Curatio septuagesimatertia, in qua agitur de angina sæva delitescente, et hominem postea interficiente a pleuritide.

Laurentius de Gentilibus, publicus notarius Pisaurensis, vir annos natus quinquaginta, natura biliosus, compositione vero sive habitu gracilis, et qui ut audio, et ejus attestatur facies, *morbum gallicum* passus, in anginam lapsus est, et eam quidem gravissimam sævissimamque. Quæ ita hominem lancinavit, ut intra quinque horas, linguam crassam admodum habuerit, ut nedum loqui, sed nec vocem formare, imo vero ne aquam deglutire posset, ad eum igitur accessitus, hora noctis, hoc est, decima post morbi initium, illico injecto clysterio degravato ventre, sanguinem ex cephalica sinistri lateris, ad uncias sex, demittere non nisi per intervalla, admoto digito vulneri, jussi; erat autem humor inflammationem faciens, sanguis pituitæ mistus. Cæterum, ex sinistro brachio sanguis extractus est, quia in colli parte sinistra, tumoris non nihil apparebat, et eo in loco æger magis dolebat; constabant autem vires, tunc vero affecto loco, topicum remedium hoc applicitum fuit... Sed in medio colli dolorem dixit, et inspecto loco tumor visa est. Effluerat namque humor a superiori parte ad inferiorem, admoto tandem supra novum tumorem emplastro prædicto. Sed tumor delituit... quanto dolore ægrotantis, ipsi, et adsistantes novimus, ut qui eum totam noctem gemere, morique velle, dicere audiremus, difficulter namque tunc respirabat, imo ea nocte, septies, vel octies egessit, omnia pauca, liquida, purulenta, ingentem præ se ferentia corruptionem; inde enim male de ægrotante suspicare cœpimus, tunc vero supra latus dextrum octo cucurbitulas apponendas curavimus, post quas, non ita dolere dixit... sed sequenti nocte, pessime habuit, et vires, labefactari cæperunt, et spuere desiit, et tamen recte loquebatur, ratiocinabatur, et auxilia exponebat, quia intensissime dolebat,

demum facta omnino naturæ prostratione, suum obiit diem, *sexti die*, ab anginæ ortu, a *pleuritidis* vero infestante, secundo, demum obiit in pleuritidis augmento.

Angina periculosissima

Mulier Græca, quæ ad Portum habitebat angina laborabat, cui Ilico sinistri bracchii cephalica vena secta fuit. Nam dextri noni apparuit ex qua multo effluxo sanguine, statim bene valere se dixit. Utcunque tamen ad sectionem venarum, quæ sub lingua sunt tertio die pervenimus, et melius se habere dixit. Cæterum, primo gargarismo isto usa est, qui ita habet, ♃ rob, mororum ℥. j. et sem. syrupi acetosi ℥. j. aquarum capitum rosarum, plantaginis an ℥ iii j. misce. fiat gargarismus, ut vero bilius admoveretur, ne prescriptum fuit. ♃. olei rosacei ℥ ii camomillini ℥ misce, et cum lana succida excipiatur, et loco admoveatur : sed et. postea hoc altero gargarismo usa fuit qui habet rob mororum ℥ ji myrrhæ croci nitri, sulphuris an ij aquarum hyssopi, origani an ℥ iii j. misce, fiat gargarismus, quo universa clausa fuit curatio. (*LXXXVII obs.*)

Curatio de angina occupente laryngem et œsophagum simulque quæ per clysteris injecta juscula convalescere potuit.

Mulier nobilis angina vexabatur ita ut nec loqui nec cibum deglutire esset possibile, unde laryngem bronchi sive tracheæ arteræ caput dictum afflictum esse simul ac œsophagi orificium certe quum res illa permaneret per octo diem, eam injectis per anum jusculis et ptisana servavimus. Nec enim bonus medicus in hac re dubium committere debeat an in alvum per anum injecta nutrimenta in corporis substantiam verti possint : novimus enim hoc non ex sophismatibus propositis aut argumentis pro hac re adductis : sed ex ipsa corporis dissectione, quod nutrimenta clysimatibus per anum injecta optime nutrire possunt, ut in hac percepimus muliere ; quia ex ipso jecinore ad crassiora intestina venulæ quæ propagantur : per quo indigentiæ tempore jecur ipsum ad se nutrimentum per anum injectum ex ipsis crassioribus intestinis

attrahere potest, quod noscens Cornelius Celsus libro tertio suæ medicinæ capite decimonona minime de hac re dubitavit, veluti post eum Aveuzoar.

Angina stupenda.

Riverius castrensis chirurgus vir sanguineæ et biliosæ naturæ multoties angina detentus fuit tanta ut pro mortuo remanserit, attamen phlebotomicis frequentibus tum brachii tum ranularum sub lingua semper curatus fuit, cumque hæc sæpe recurrerint, toties phlebotomatus, fuit, ut non amplius tangi possent ejus vénæ, nisi in præcedentium vulneribus.

(*Obs. LX, c. IV.*)

Ad tonsillarum et uvulæ Inflammationes.

Optimum ad eas remedium est si terra sigillata tangentur, uel in jusculo sensim deglutiatur.

Non inutilis est etiam ad uvulam a sede mutatam piperis contactus.

Ad mala vero hæc aliaque omnia faucium optima sunt mora vel eorum syrupus, aut paronychia planta apposita contrita.

(*Obs. LXXXIV, c. III.*)

Curatio, quinquagesimaquinta in qua agitur de Angina.

Pistor, qui ad sacellum Divi Marci habitat, angina laborabat, febriebat, tussiebat, difficulter respirabat, os non aperiebat, ad latus sinistrum phlegmon magis declinabat, quibus animadversis, illico cephalicam sinistri brachii locum læsum respicientem, secare jussi, et sanguinis uncias decem per intervalla demere, vires constabant, et emplastrum extra admovere jussi, nam et gargarismo utebatur. Cujus usu, et emplastri beneficio, disrupto phlegmone ægrotus ab orci faucibus revocatus est tunc vero, aqua mellis gargarizabat, et paucis postea diebus pancratice habuit. Erat autem emplastrum ex nido hirundinis apparatum, ut sæpe jam me fecisse vidistis.

(*Curat. med., c. V.*)

De angina et nido hirundinis.

Juvenis doctissimi Ambrosii Cratandri Spoletani, nomine Domitius Veronensis septemdecim annorum angina correptus fuit, adeo ut nec cibum, nec potum recte deglutire poterat, febricitabat, spiritu difficulter trahebat, in loco dolore msentiebat: cum quibus faciei ingentem ruborem, et colli apparentem tumorem patiebatur, ut merito... Angina hæc dici mereatur, non vero Synanchia, aut ut barbari schinantia. A illum igitur hora tertia noctis accessitus depositis per clysterem fæcibus cephalicam tumorem respicientem, illico in brachii curvatura tundere feci, sanguinisque uncias quinque fluere: novistis enim morbum istum ut plurinum a sanguine copioso ac plus justo calido ad colli partes fluente fieri : qua de causa nihil melius in hoc morbo, hac sanguinis extractione excogitari poterit; in qua animadvertendum est, quod pluribus interpositis vicibus fieri debet, quum si semel magna fieret sanguinis missio, timor, esset quod anima deficeret, et consequenter æger suffocatus obiret : jubemus quoque in tundenda vena, ut ampla et non angusta fiet incisio, ne sanguis tanquam percolatus, manente ipsius crassiori parte, exeat; facta igitur hac evacuatione, tumore apparente, oleum rosaceum pauco chamomillino mixtum, ut lana succida excepta, admovere feci; gargarismo quoque hoc uteretur, suasi, qui habet rob mororum uncias duas, vini granatorum uncia unam, misce; quo sæpe gargarizabat, cum iis quoque ut parum dormiret consului. Nam in omnibus inflammationibus internis, somnus fugiendus est, præcipue in angina, quia sanguis in sommo intro magis repit; mane vero quum illum de solito vidissem fere morbo liberatum inveni: expedite enim jam loquebatur, tunc vero solo chamomillino minore jam facto tumore, ille, intra quatuor dies pristinæ restitutus fuit sanitati : nec enim opus fuit ad discutientem pervenire gargarismum, ex myrrha, scilicet, croco, et aliis confectum rebus similibus : veluti nec ad emplastrum ex nido hirundinis, qui dubio procul magnam in hoc casu habet prærogativam : nec sunt audiendi qui ex nido integro tanquam ex terra frigida emplastrum fieri formidant, quum vera terra nidi hirundinis cum paleis, et cæteris in eo contentis, discutiendi vires habeat :

quanquam prisci Græci, nunquam, quod legerim nido isto in hoc affectu usi fuerint : sed potius cinere hirundinum, ut latius Commentariis nostris ad Dioscoridem diximus. Aëtius tamen inter Græcos, sermone decimoquarto suæ medicinæ, capite quadragesimonono, in quo de erysipelate agit, ac melle, exceptum contra erysipelata faciei maxime commendat: cito enim ea discutere trahit.

CRATON

In casu columellæ, seu uvulæ, pro quadam illustri persona.

Interdum columella plena humoribus elongatur, et ita delabitur, ut transmissionem cibi in stomachum impediat. Accipiatur in hoc casu ovum recens assatum et per medium scindatur, unaque medietas calida imponatur vertici, vel suturæ coronali, vel fiat hoc quod fortius exciccat; contundatur medulla nucis juglandis cum spiritu vini, et suturæ coronali imponatur. Gargarismata non conveniunt, quia materiam attrahunt, sed si adest inflammatio collutio ex decocto radicis sonchi seu taraxaci, item aqua prunellæ laudantur. Si nulla est inflammatio, decoctum myrtillorum, rosarum, in ore detineat, vel hoc quod sequitur.

℞ decoctionis salviæ
Hyssopi an ℔ ß
Alumm succharin ℈ j.
Diamor. ℥ j.
Mellis rosat ℥ ß Misc.

ARCULANUS

Nous avons emprunté à cet auteur son chapitre sur l'angine. Il est remarquable sinon par son originalité, du moins par sa clarté et un véritable talent d'exposition.

Synanchia.

Circa rubricam hujus capitis, sciendum quod reperiuntur isti termini, synanche sive cynanche significantes hanc dispositionem, de qua hic agit Rhazis, quæ definitive est apostema in gutture anhelitum impediens, vel deglutitionem aut utramque. Parasynanche et paracynanche sunt termini synonimi significantes parvam synanchem, et propterea appropriantur synanchiæ, quæ est in musculis extrinsecis et non intrinsecis ipsius meri et epiglottis, licet apud Salernitanos. Cynanchia dicatur quando est intus, et non apparet extra. Synanchia vero, quando est solum foris. Squinantia quando est intus et foris juxta versum suum. Dicitur in definitione quod est apostema; nam licet possit accidere impedimentum in deglutitione et anhelitu ex aliis causis existentibus in gutture; illud tamen non dicitur synanchia. Sicut si præfocaretur homo *ex comestione fungorum* aut aliorum *venenorum*, aut ex congelatione sanguinis in aliquibus visceribus, aut si istæ operationes impedientur propter dislocationem alicujus spondylii colli, maxime primæ et secondæ ad interiora, quæ dislocatio potest esse a causa extrinseca, vel intrinseca proprie in pueris propter debilitatem ligamentorum. Similiter et si *spasmarentur* aut paralyticarentur musculi meri, aut epiglottis propter quæ istæ operationes impedirentur sicut est possible nullo existente apostemate, tunc non diceretur synanchia; imo est possible quod fiat præfocatio et impediatur anhelitus propter nocumentum *lacerti*, quod et in *interiore parte epiglottis*, quamvis meatus non sit oppilatus, et plurimæ sunt aliæ causæ, quæ possunt impedire deglutitionem et anhelitum, quæ tamen non faciunt synanchiam, quia non apostemant.

Species synanchiæ, quandoque sumuntur ab *humoribus*,

quandoque a *locis* in quibus fiunt. Est enim quadruplex scilicet sanguinea, phlegmatica, cholerica, melancholica, quæ tamen rarissime accidit, cujus causa est, quia ista passio fit valde cito, et secundum plurimum per viam *defluxus*. Raro autem humor melancholicus propter suam crassitiem et paucitatem cito permutatur de loco ad locum, neque hujusmodi apostema melancholicum posset, nisi in longo tempore congeri. Attamen vult Avicenna hanc synanchiam melancholicam tam incipiendo, quam permutando maxime ex apostemate sanguineo aliquando posse generari! Sunt etiam quatuor species distinctæ secundum loca. Nam aliquando fit in musculis extrinsecis ipsius epiglottis versus partem anteriorem gulæ; et aliquando fit in musculis extrinsecis ipsius meri, sive versus epiglottim, sive versus spondyles colli, et similiter etiam aliquando fit in *musculis spondylium* colli (nuchæ). Tertio aliqua fit in parte intrinseca ipsius meri, quarto fit in parte intrinseca epiglottis et cannæ pulmonis. Et quandoque fit in *pluribus partibus simul.....*

Causæ antecedantes sunt repletio aut totius, aut capitis, aut partium circa guttur, similiter *debilitas* illorum membrarum. *Causæ primitivæ* sunt indebitum regimen sex rerum non naturalium, et propterea multiplicantur in *vere* frigido et humido, et aliqui cibi a proprietate eam generant, sicut *andacocha*, id est trifolium. Item balneum, exercitium forte et insuetum corpore repleto, et similia.

Terminantur autem sextupliciter quia aut *resolvitur*, aut *suppuratur*, aut induratur, aut permutatur, vel ad *cutim* exterius, vel ad *pulmonem*, vel ad *cor*, vel ad *stomachum*, vel ad *cerebrum*, aut *putrescit*, aut interficit maxime suffocando.

Signa communia : omnes synanchiæ sunt impedimentum deglutitionis aut anhelitus, et secundum plurimum utriusque et aliquando tantum, ut potus, cum non potest deglutiri, per nares egrediatur. Signa autem *sanguineæ* si sensui subjacet color rubeus, purpureus, tensio, durities, dolor fortis, extensivus, gravativus et quandoque *pulsativus*, sapor rei dulcis attestantis dulcedinem sanguinis aut similis sapor vini, et constrictio anhelitus vehemens, et reliqua signa sumpta ex complexione et habitudine sanguinea, et tensione venarum faciei, et colli, et similia. In *cholerica*, color est rubeus tendens in citrinum, dolor

pungitivus, aut mordicativus, pauca tensio et durities, sitis linguæ, citrinitas, et ariditas parva, anhelitus constrictio et vigiliæ, et apparet quod sit in loco aliquid acutum mordicativum; dolor tamen cholericæ minor est dolore sanguineæ *Phlegmaticæ* dolor est parvus *obtusus*, sapor phlegmatis salsus cum caliditate et *viscositate*, quoniam hoc phlegma est corruptum et putrefactum, *albedo* linguæ et faciei, paucitas sitis, et *parvitas* inflammationis, multa humiditas, ex ore profluens, et cætera signa phlegmatica. Et quandoque prosternitur lingua cum mollificatione, et raro accidit cum ex apostemate in glandulis et sæpissime non adest febris et prolongatur spatium morbi ultra quatuor dies. *Melancholiæ* vero, color fuscus, parvus dolor, siccitas linguæ, durities, tardus eventus, ejus sapor ponticus, et cætera signa melancholiæ. Et quandoque fit *incipiendo*, et quandoque in *permutando* ex apostemate *sanguineo...*

Signa vero apostematum quæ fiunt in *amygdalis* ex loco sumuntur; facile enim subjacent *visui*, et etiam *cum digito*, tangi possunt.

Signa *terminationis* ipsius sunt, quia si *resolvatur* febris et cætera accidentia complete remituntur, neque apparet alterius membri nocumentum. Si vero *suppuretur*, intenditur febris et dolor, et proprie pulsativus et cætera accidentia, deinde parum quiescunt circa quartum diem, doloribus pulsativis insomnia orta, et item sequentibus diebus, donec rumpatur, sive a natura, sive a arte. Si vero *induratur*, resolutis partibus subtilibus crassis remanentibus, in primis fit alleviatio, decrescit febris, et cætera accidentia, et remanet tantum gravitas, et dolor, et impedimentum leve deglutitionis aut anhelitus longo tempore, et forte per annum. Et quandoque materia *lapidatur*. Et quando res dura *sicut lapis* egreditur. Si vero *permutetur*, illius apostematis delitescunt omnia accidentia gutturis, præter febrem, et cum hoc sequitur nocumentum in alio membro, ad quod materia permutatur. Unde si permutatur ad pulmonem, sequitur tussis, et pulsus fit undulosus, anhelitus postea constringitur, cum in principio permutationis fuerit dilatatus, et sequuntur cætera accidentia peripneumoniæ. Si vero pulsus fit spasmodicus permutatur ad nervos......

VALERIOLA

Angina.

Anginam periculosissimum esse affectum, et strangulatur, cito interimat, præsertim si nec in cervice, nec in faucibus conspicuum quid appareat, ab vetustissimo auctore Hippocrate proditum est. Fit autem (ut Paulus et Avicenna inquiunt) aut interioribus faucium musculis inflammatis, aut interioribus etiam musculis in superiore gutturis parte sitis (quam partem λαρυγξ Græci nominant) inflammatis. Hujusmodi affectum venerandus hic senex passus est, distillatione gravi et affatim a cerebro in faucium summa ruente, ibique consistente, et phlegmonem faciente. Sunt enim fauces, auctore Galeno, præjacens gulæ ac gutturis sedes quo in loco si inflammatio oriatur, synanche Græcis, Latinis angina talis affectus dicitur : sicut ubi externi harum partium musculi inflammantur, paracynanchen appellant. Senem hunc sic affectum, gravis spirandi difficultas comitabatur, ut non nisi recta cervice spirare posset, quotiesque aërem attrahere vellet, collum vehementer protendere cogeretur; dolor in faucibus extensivus et pulsatorius aderat, febris pro ætatis ratione sat magna; faciei rubor et quasi tumefactio quædam, nedum vero gravis spirandi difficultas hominem premebat, sed et devorandi cibi multo maxima, ita ut quum sorbitionem liquidam sumere vellet, magnam illius partem per nares rejiceret, indicium in gulæ musculis inflammationem consistere. Nam etsi ægre spiritum duceret, multo tamen levius spirabat quam ingesta devoraret. Lædebatur autem utraque in eo et devorandi et spirandi actio, quoniam tumore in gulæ musculis consistente, necessario laryngis musculis propter viciniam et consensum coafficiebantur, quod ab Avicenna recte dictum esta. Et tu quidem scis (ait) quod apostema oppilat meatus vicini sui, et quod coarctatio membri vicini oppilat meatus vicini. » Unde evidentissime constare potest inflammatis alterutrius partis musculis,

laryngis inquam aut gulæ, facile reliquos qui vicini sunt in consensum trahi : ac proinde fieri, ut in ejusmodi anginæ specie perpetuo et spirandi et devorandi atque deglutiendi difficultas sese comitentur, ut capite de suffocationibus albala conceptis verbis notavit Avicenna. Quin præter hæc symptomata, impedita loquela erat, et ita loquebatur ac si è naribus loqueretur, ob, meatus obstructionem; lingua in eo crassa, tumefacta, limo sordido et pituitoso plena conspiciebatur. Pituita multa per os excernebatur sponte fluens, aquea ac diluta, interdum viscidior et crassior. Capitis dolore et gravitate maxima vexabatur, ita ut se in lecto continere mimime posset, nec caput pulvino applicare, cogebaturque in sedili quasi erectus sedere, pulvinis mollibus substratis : sic enim facilius et spirabat, et minus, dolore angebatur. Hæc præcipua quæ hominem tenebant symptomata fuere, quæ ad anginam omnia consequebantur, et ejus germina erant.

Curatio. — Ego vero ad hunc senem vocatus mox, primo die, quum et ægritudinis naturam assidentibus, ejusque præsens periculum significassem, quo me calumniæ eximerem, dixi necessarium fore si senem salvum vellent, ut illi sanguis è cubito mitteretur : nec ob ætatem jam gravem cunctandum esse, quod validissima virtute instante seni et musculoso et bene habito corpore; senex esset nec verendum ut sanguinis missione vires in eo dejicerentur : tantum enim sanguinis exhaurire nobis in animo erat, quantum enim vires citra jacturam ferre possent. Atque quum omnes facile in meam sententiam pertraxissem, dato prius molli clysteri (quod adstricta alvo esset) mox e cubito vena mediana vocata sanguinem detraho (cephalica namque nusquam inveniri in eo potuit, quæ tunsa, in hoc affectu commodior fuisset) aufero autem sanguinis, ad uncias tantum sex, ætati parcens, idque non confertim nec una vice feci, sed duabus eodem die : quod et Avicenna jubet, partiendam inquam esse sanguinis detractionem, nec semel auferendam. In crastinum vero e venis sub lingua iterum sanguinem detraho, a qua detractione mirifice se levatum sensit : tanta siquidem virtute senex hic erat, ut præsenti animo plus cibi detrahi sanguinis cuperet.

(*Lib. VI, obs. X.*)

Observationis Explanatio.

Angina periculosissimum esse affectum, citoque interimentem rectissime ab Hippocratem, dictum est. Angina, inquit, periculosissima est, celeriterque enecat, si neque in faucibus neque in cervice quicquam apparet, si dolor vehemens est, si vix spiritus trahitur, etenim eodem die jugulat. Itaque quum interni faucium musculi inflammantur (Paulo auctore). Angina accidit, quam συνάγχη Græci nominant : externis vero inflammatis, παρασυνάγχη vocata gignitur, quasi juxtanginam dicas. Si in superiore gutturis parte, quam λαρυγξ Græci nominant, inflammatio subsederit, idque in internis musculis, κυναγχη, hoc est, cynanchem vocitant : uti externi si inflammatione tententur musculi, παρακυναγχη esse dicunt. Hic itaque vir quo de sermo nobis in præsens est, quum bono corporis habitu esset, plethorico ac succi pleno corpore, seseque media hyeme, aquilonius vehementer flantibus, ob eam quam exercet piscatoriam artem, exposuisset, diu multumque in aëre frigido profundisque paludibus constitisset, defluxio a cerebro in fauces derepente procubuit. Angina namque, vel Hippocratis testimonio (si modo Hippocratis est liber quartus de ratione victus in morbis acutis) fit inquam, angina quum hyeme aut vere multa eademque fluxio/viscosa ad jugulares venas descenderit, quæ quidem utpote, amplæ existentes plurimum ad sese et humorem et spiritum contrahunt. Quæ sane, fluxio faucium implens partes, meatus spiritus et gulæ obstruit, fixo in partibus illis humore crasso ut plurimum, viscoso ac lento, unde et ægri fere suffocantur, et eorum lingua intumescens ori cavitatem implet. Unde nec loqui nisi summa cum difficuls tate, nec maxillas diducere, nec aperire os, nec deglutire nisi maximo labore possunt. Hæc omnia gravissime ægrum hunc conflictarunt; ingens namque tumor internus in faucium radicibus subsederat. summa ac difficillima spirandi ratio, ut nonnisi recta cervice ducere spiritum posset, dolor pulsatorius, et inflammationis summa cum gravitate sensum inferens, ab ægro in faucium radicibus percipiebatur, ingens et æstuosa febris, inguæ in vastam molem tumefactio, loquela difficillima, ut e naribus magis quam e lingua profluere sermo videretur, quod iis qui angina corripiuntur familiare ac proprium esse solet, ob

vocis et sermonis impeditas partes. Unde fit ut non bene intus refractus aër, ob linguæ tumentis immobilitatem, et vocalium partium a defluxione obstructionem, in nares per meatum communem recurrens, inarticulatum et quasi de naribus manantem sermonem creet. Febris ingens suberat, summus in genus totiusque faciei, sed præsertim in oculis, rubor, ob vaporum a sanguine manantium sursum in caput elationem. Capitis et totius corporis gravitas ac confractio quasi quædam, spiratio crebra, difficilis, et cum stertore apparebat, vigilia omnimoda, etiam levi delirio conjuncta. His symptomatis noster ægrotus vehementissime premebatur : unde angina eum eaque gravissima laborare perpectissimum nobis fuit.

Quid enim perspicuum magis dici censerique potest, quam quod sensibus expositum, ipsum de se fidem facit, tum quoad ea quæ morbi essentiam explicant, et sedem affectam demonstrant, tum etiam quoad ea quæ ad accidentium rationem pertinent? Accidentia namque, auctore Aristotele, magnam partem conferunt ad. cognoscendum quod quid est. Itaque conjectura artificiosa deprehendimus, angina premi ægrotum hunc; quod et sedes affecta, fauces, inquam, et quæ diximus symptomata abunde monstrabant. Dignoscuntur nempe affectus ipsi, auctore Galeno tum ab actione læsa, excrementis, positu, doloris proprietate et propriis accidentibus et loci natura. Perspecta igitur affectus hujus natura ac causis, per ea quæ recensuimus signa atque symptomata, superest ut curationis modum quo in hoc ægro curando usi sumus, subjiciamus.

Curatio. — Ad hunc igitur vocatus, quum in principio rem ægrotantis esse præ affectus magnitudine deprehendissem, assidentibus id prænuntiandum optimum factu judicavi : siquidem (quod Celsus monet) prudentis hominis fuerit, eum qui servari non potest, non attingere : nec subire speciem ejus ut occisi, quem sors ipsius peremit. Sed ubi gravis, metus sine certa tamen desperatione est indicare necessariis periclitantis in difficili rem esse : ne se victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse si videri possit. Quod et ipse in hoc casu fide bona præstiti : moxque ad curam summa diligentia intentus (neque enim morbus inducias dabat, procrastinatoremque medicum poscebat; morbo utique et periculoso et acutissimo existente, in

quo eodem die medicari jussit Hippocrates, quod dilatio in hujusmodi pernitiosa sit) hominem curandum suspicio, in hunc qui sequitur modum. Clysterem primum paulo acriorem præscribo, quod adstricto alvo esset mox sanguinem detraho, idque non semel aut confertim, ut jubet Paulus, sed repetitis vicibus, ne cumulata semelque facta vacuatione, anima ægro deficiente, suffocationis periculum superveniat. Eodem itaque die bis e cubito sanguinem detraho pro virium tenore, in crastinum eas quæ linguæ subditæ sunt venas aperio cervici cum scarificatu, sub vesperum ejus diei cucurbitulas admoveo : gargarisatu crebro ægrum uti jubeo, ex adstringentibus, repellentibus ac refrigerantibus ab initio, mox discussoriis admixtis, in omnimoda abstinentia ægrum contineo.

Nec nisi per tres primo dies quicquam aliud præter aquam mulsam sumere jussi, neque enim solidiora alimenta sumere potuisset, ut qui etiam mulsam ore sumptam per nares rejiceret : quod synanchicis frequens esse solet : infernas partes vinculis deligo. Medicamentum purgans, sed frustra tamen, propino collum atque cervicem mollibus lanis oleo imbutis contego. Hi in curando hoc ægro, perspicui a me observati scopi atque propositi fuere, atque horum omnium hæc fuit particularis ratio. Clyster. ℞ Quatuor remollituorum, foliorum caulium rubeorum, hyssopi, centaurii minoris, ana M. j. Polypodii quercus conquassati ℥ j. granarum carthami, grosso modo contusorum ʒ, agarici in petia rara ligati ʒ iij seminum molenum cum cortice contusorum ʒ j seminum anisi et anethi, ana ʒ iij, florum chamæmeli et meliloti, furfuris macri, ana P. j. Fiat omnium decoctio ad ℔. Incolatura dissolve catholici ʒ ℥ j. hieræ Galeni ex xv j. rebus ʒ v) olei violacei et de lilio, ana ℥ iij. mellis rosatis colati ℥ ij. Fiat clyster ingentem excrementorum copiam dejecit æger, aqua allevationem sensit. Ejecto clysteri, sanguinem bis e media dextri brachii vena detraho : humerariam maluissem, sed ea præ carnis superante mole inveniri nusquam potui. Quin et penidia in ore et saccharum candidum vocatum, et tragacanthæ confectionem continere assidue jubebam. Postero die è venis sub lingua sanguinem detraho, et cucurbitulas cum scarificatu sub vesperum admoveri scapulis jubeo, a quibus mirifice se levatum sensit, et paulo tum facilius respirare cæpit. Collo et cervici hæc impono : ℞ Olei

chamæmeli, violacei, liliorum et cheirini vocati, ana ℥ ij olei amygdalarum dulcium recenter facti ℥ iij axungiæ gallinæ recentis ℥ j butyri recentissime sale ℥ j. croci ʒ j. Misce : Fiat linimentum, quod calidum collo et cervici mollibus lanis pinguibus intectum admoveri jubebam. Interdum ex oleis folis id præstabam. Ubi vero ad tertium diem ventum esset, mox propinare medicamentum solvens satago, et hiera cum agarico ac electario. Inde vocato, ex decocto pectorali exceptis : sed frustra id tentatum est. Nam devorare medicamentum paulo acriores, ut supra scriptum est, putavi : quod et optime contulit...... Cataplasmatis admotis, suppurandi et evocandi vires habentibus : tum vero et gargarismatis incidentibus et attenuantibus sum fœliciter usus, ut sequitur : ℞ foliorum plantaginis et hyssopi foliorum caulium rubeorum ana M. B. caricarum pinguium munero xij, uvarum passarum exacinatarum munero vigenti, glycyrrhizæ contusæ, rosarum rubentium P. j. hordei cum cortice Pß fiat omnium decoctio in aqua hordei recenter facta. In colatura adde diamorum et dianucum ana ʒj. B oxymellis simplicis, syrupi violacei, ana ʒ ij mellis rosati ℥ j. Misce, fiat gargarismus, quo sæpe uti ægrum jubebam. Foris vero ad tumorem prominentem tali sum cataplasmate usus ℞ foliorum malvarum, althææ cum suis radicibus, ana M. ij. foliorum caulium rubeorum, matrum violarum, hyssopi ana M. j. caricarum pinguium florum chamæmeli et meliloti, ana. P j. seminum lini et fœnu græci, ana ℥ j capitum liliorum alborum ʒ ij furfuris P. j. fiat omnium decoctio in aqua, pistentur et cribrentur. Cribraturæ adde nidi hirundinis in oleo liliorum præbulliti, et cum toto probe in mortario macerati, et postea cribati, farinæ seminis lini et fœnugræci farini frumenti decoquentur, farinæ cum oxymellite ad convenientem glutinosatem, posteo adde axungiæ gallinæ recentis, butyri recentis sine sale, ana ʒ j croci ʒ j olei liliorum ʒ iij : fiat cataplasma. Mirifice profectum humorem foras evocavit, atque ad suppurationem deduxit intra biduum; namque suppuratus fere qui foras subsederat tumor fuit : cui tamen tertio post die canini stercoris sicci drachmas tres adjunxi, quod si quid aliud, vel Pauli et Avicennæ testimonio, huic affectui maxime prodest, occulta quadam vic ac proprietate.

Suppurato tumore ad septimum diem candenti ferro aperire

jussi : quod id ulceribus et abscessibus plurimum conferat, exsiccando, et virus malum ignis potentia corrigendo. Pus fætidissimum, virulentum et copiosum, prodiit. Ulcus mundificare unguento ex melle rosato, succo apii et absinthii, farina hordei, myrrha et aristolochia curavimus : carunculæ carneæ putres multæ cum sanie intermistæ avulsæ sunt. Postea probe deterso ulcere, quod intra vigesimum diem contigit, ad sarcotica, et cavum ulcus implentia nos contulimus, unguento ex thuris polline, myrrha, iride, aloeque confecto, addito chalciteos emplastro : sicque Dei nutu intra vigesimum diem aut paulo amplius curatus integre fuit, magna omnium admiratione. Nec vero interea dum hæc perficio, reliquorum præsidiorum quæ juvare posse sum arbitratus obliviscor. Nam et quum devorare potuit æger purgans medicamentum, tum et catapotia dedi quæ deducere humorem possent, nempe præscriptum supra medicamentum post syrupos concoctorios dedi, tum catapotia coccia, sine quibus, et aurea, adjectis diacridii granis duobus, et feliciter operabantur cuncta. Intus vero dedi etiam rasuræ dentis apri drachmam integram ex oleo amygdalarum dulcium et saccharo cando, quod in hoc affectu, prout et in pleuritide, præsentaneum est remedium atque arcanum. Hæc in hoc viro per me administrata curatio ad laudem Dei opt. max. in cujus manu cuncta posita sunt, et a quo omne bonum.

MARCELLUS DONATUS

Verrucæ in gutture.

Joannes jacobus Fugacina civis Mantuanus habitu corporis melancholico præditus, verrucis quam pluribus, gutture, faucibus, et radice linguæ occupantibus diu vexatus fuit, quæ preventim maxime deglutitioni officiebant, res sane non frequenter observata et raro admodum; nam in toto vitæ nostræ curriculo semel tantum et alteri Attilio Malegnano dicto ejusmodi verrucis, sed longe minoribus universam linguam disperse videre licuit. Erant autem ex illis, quas Myrinecias appellant, vulgo Porri dicuntur hujusmodi tubercula et perroruni capillamentis radicalibus persimiles ; Latini vero verrucas appellant, eoque montium eminentiis consimiles sunt.... Rasis ex humore melancholico crasso verrucas ortum habere affirmat, quod pariter Avicennes confirmat.

(*Lib. III*, *cap. V.*)

BERTINUS

De morbis et symptomatibus oris et faucium.

(*Medicina methodice absoluta*)

Os et fauces exercent aphtæ, ranunculus, gurgulionis relaxatio. et inflammatio, tonsillarum inflammatio, linguæ paralysis, tumor, sermonis amissio, blesitas, halitus graveolens, ptyalismus, gustus imminutus atque depravatus et angina.

Aphtæ. — Aphtæ sunt oris ulcera nonnihil caliditatis igneæ præ se ferentia, quæ teste Avicenna pueris sunt familiaria a vitio lactis, aut depravata ventriculi concoctione, et acri vaporum putridorum expiratione, aliquando in florenti ætate, a vitiosorum humorum influxu oriuntur. Galenus (lib. 3 épid.) duplex genus statuit, unum mite, alterum malignum, aliquando cum febre et inflammatione. *Ranunculus* est tumor, ut docet Avicenna, sub lingua erumpens, et forma ranæ similitudinem exhibens, ab humoreque crasso et viscoso gignitur. Aphtæ cum ac pituita oriuntur, apparent albæ; a sanguine productæ rubicondiores : biliosæ flavæ, et melancholicæ nigræ. Ranonculus vero tactu et oculis internoscitur.

Gurgulio. — Gurgulio conflictatur relaxatione, cum a distillatione irrigatur et perfunditur, sicque longior propendet columella; si rotunda et uvæ similitudinem ementitur uva nuncupatur. Arabes sentiunt gurgulionem quatuor morborum generibus labefactari, ut tumore a quovis humore genito. Deinde ulcere aut humore diu continui inferente, aut erosione ab humore multo et acri exedente; postrema relaxione a sanguine et pituita emolliente sic, vexatus est gurgulio. Inflammationem columellæ, quam peperit sanguinis decubitus, insimulant dolor, tumor, rubor, deglutiendi difficultas et febris, laxatio vero columella satis visui est obvia.

Amygdalitis. — Tonsillarum inflammationes sunt eorum locorum, quæ sunt juxta isthmum, aut aliquando solius tunicæ ut placuit Galeno (comment. 26 lib. 3 aphorism. ven-

triculo, gulæ et faucibus, totique ori communes); nonnunquam et subjectorum ipsi musculorum oriunturque ab acribus vel salsis humoribus in tonsillas decumbentibus, præcipue his, qui textura rara sunt præditi. *Ulcera*, affectumque tonsillarum denuntiant dolor, deglutiendi difficultas tumor, aliquando febris. In ulcere quædam apparent crustis haud dissimilia, quæ ferro inuri solent.

Paralysis linguæ. — Lingua paralysi, stupore et tumore convellitur, aut propter cerebrum frigidius et humidius jugemque et continuum humoris influxum; aut ob nervos obstructos, qui a septima cerebri conjugatione propagantur. Lingua autem inficitur aut propter tunicam ventricula et pulmonibus communem, aut ob venas linguæ subjectas, aut ob uterum affectum; in hacque affectione lingua nec est aspera nec carbunculata...

Angina. — Angina Græcis cynanche aut synanche docta est, præceps et atrox partium, quæ sunt in gutture et musculis laryngis inflammatio; cujus duplex censetur differentia, una vera, ultera notha. Veræ quatuor genera numerantur, et periculosissimum; in eo neque in faucibus quicquam se depremit. Aliud est, quo faucium larygisque musculi inflammatione perspicua infestantur, alioque præcedente mitius est, tertium cervicem et fauces interiores obsidet in partibusque externis tumor et rubor caloris et doloris participes apparent, quartum omnium indicatur levissimum, in quo non fauces sed sola cervix ejusque musculi inflammatione et tumore torquentur. Celsus ob hac veteri opinione discedere videtur, qui tria tantum anginæ genera constituit. Additur etiam a nonnullis quintum genus, cum ad interiores partes colli luxantur vertebræ. Angina notha, auctore Galeno (comment. 4. in lib. de ration. victus in morbis acutis cap. 30) ab humore frigido et glutinoso in fauces, cervisque musculos decumbente contrahitur, febrisque est expers. Anginæ indicia existunt, rubor faciei, et colli spirandi, transglutiendi, et pronunciandi difficultas; dolor partis ob musculos gutturis inflammatione affectos, æger aperto ore hians et erecto cervice vix spiritum trahens, tumor aliquando intrinsecus ob internos musculos et partes interiores ; extrinsecus ob externos musculos oblæsos aliquondo apparens, color ruber ; dolor

musculos et partes interiores; extrinsecus ob externos pulsatilis et tensivus, sanguinem redundantem; flavus et dolor punctorius, bilem; color albus et obtusus, pituitam dilucide commonstrant. Si cervicis vertebræ intra luxentur, casus, aut ictus, aut humor, qui vincula vertebrarum relaxavit, præcesserunt, cervixque excavatur et cum dolore flectitur.

JOUBERT

De angina.

Quadam anginæ extrema desperatione audendum sit, ex optimis quibusque auctoribus novimus. Celsus ultimum remedium esse ait, incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis, supra collum, et in palato circa uvam ; vel eas venas quæ sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbis erumpat. His si non fuerit æger adjutus, scire licet morbo victum esse. Audacior Paulus Ægyneta laryngotomiam ex chirurgorum præstantissimorum autoritate commendat, maxime vero Anthylli, cujus sententiam affert. Ea in cordia Græco est depravata, sed a Delechampio nostro fideliter restitutam quivis legere potest. Cælius Aurelianus recitat, Asclepiadem etiam ejusmodi Chirurgiam, a veteribus probatam, comprobasse : at ipse fabulosam esse, et a nullo antiquorum troditam, sed caducam et temerariam Asclepiadis inventionem affirmat Aretæus vero omnium antiquissimus autor, quicunque strangulationem ab angina verentes (inquit) arteriam secuerunt ad respirationem, non mihi videntur experientiâ rei fidem fecisse. Etenim calidus inflammatio major ex vulnere gignitur et magis crucia suffocatione et tussi. Quod si alioquin periculum istud effugerint non evalescunt vulneris labra : utroque enim cartilaginea sunt et inglutinabilia. Recentiores tamen ut Avicennes libr 3 fen. 9. tractat. 1 cap, II. remediis genus hoc in deplorato affectu non detrahunt. At si unquam est aggretiendium, id constantibus ægri viribus, et solâ strangulatione aperturis fiat. Neque enim insanabile est trachea vulnus ut Aretæus sine experimento (quod ipse aliis objicit) existimat, Albucasis enim in ancilla, et Avenzoar in capra ejusmodi vulnus curatum se vidisse, testantur ut doceant id prorsus lethale non esse ; quinimo, in angina alioqui deplorata, institui, posse nempe extremi morbi extremum remedium. Ego etiam vidi persanatum vulnus ingens tracheæ.

DODONÆUS

De latente ac difficili angina.

Nulla inter anginæ species æque periculosa est, ac ea, in qua nullus tumor in faucibus ac collo apparet; quam latentem hac de causa non inepte dixerimus. Talis autem quandoque, hominem paucis diebus conficit, ac e vita tollit, mente et sensibus integris. Quod et Hippocrates prædictionum lib. III cap. 8 scriptum reliquit. Angina, inquit, gravissima est et celerrima interimit, quæ neque in cervice, neque in faucibus conspicuum quid efficit. Hac enim eodem die, et secundo, et tertio, et quarto strangulat. Plurimum vero hanc quoque dolorem inferre et spirandi difficultatem. Adsunt vero non modo hæc, sed vehemens copiosaque humorum e capite distillatio, dolor autem circa laryngem et asperam arteriam talis, ut nec contingi quantumque leniter, citra gravissimum dolorem queant, sed nec moveri sursumque attoli. Qua, mobrem non spiritus tantum cum difficultate trahitur, sed et cibus et potus ægerrime, au non demittuntur. Cum etenim per æsophagum descendunt, cedit et sursum ascendit larynx. Inflammari per hujusmodi anginam, interiores ac latentes laryngis musculi existimantur. Verum nos nullam juxta laryngem aut ejus musculos, vel circa asperam arteriam, inflammationem aut abcessum cognovimus, sed *pulmonem male affectum* observavimus.

Lanio quidam meridie circa laryngem et fauces dolorem sensit, et quandam in deglutiendo cibum ac potum difficultatem. Adiit sub vesperam pharmacopæcum. Datur ex aquis plantaginis, lactucæ, et diamoron, addito aceto, gargarismus, quo cum subinde uteretur, doloribus intensis, subito nocte mente constans, strangulatus interiit.

Hujus corpore aperto, reperta est pulmonis substantia in pus conversa et ad unum ejus latus abcessus pure quoque impletus. Nullatussis huic antea fuerat molesta; neque sanguinis ulla sputatio præcesserat; sano validoque corpore usque visus, eoque non gracili, sed obeso.

Eadem et superioribus similia æstate anni 1565 diligenter annotavimus. Quando multi angina ac simul molesta ex capite distillatione correpti fuere; præsertim ex his, qui præcedente hieme, vel tussi, vel raucedine laborassent, aut a peripneumonia.

(*Cap. XVIII.*)

LANGIUS

De calculo in tonsillis.

Haud vero dissimilis adeo calculi historia nobili viro Sparnegker, ecclesiæ Ratisponensis canonico, accidit; qui ob lapidem quoque in tonsillarum faucium abcessu concreto, continua affligebatur tussi. Ejus fauces quum medici quidem ex balaustiæ rosis, lauro Alexandrino, ac aluminis decocto. et aliis siccantibus colluere jussissent, quibus humore abcessus tenuiori assumpto, ex grossiori derelicto lapis magis accreverat, adeo ut laryngis musculos tumor fere occupasset; alii vero medici bechica, tussis remedia, ad nauseam usque diu frustra exhibuissent; ego tandem accessitus, suasi, ut non exsiccantibus, sed mollificantibus et maturantibus fauces affectas crebro collueret, nempe tepido ex malvis, ficubus, radicis altheæ decocto elueret, in quo momentum diamori maturi dissolueret. A colluvione vero de electuario stomatico, quod est melle despumato, butyro recente, pulvere creos factum est : quo tumore emollito, oborta ex distillatione valida tussi, *calculum gypsum* excreavit, similem tophis, qui intra digitorum articulos chiragra laborantibus accrescere ex pituita solent. Neque vero olim hic morbus adeo rarus fuit.......

(*Epistola 4, VII, lib. II.*)

RHODION

Deglutitio difficilis a caruncula uvulæ (XLVI).

Œsophagi ulcere ex lue venerea sanato, caruncula suborta solidorum ac liquidorum deglutitionem cum dolore difficilem reddidit. Æger diu vitam trahens, tandem ad plures penetravit.

Deglutitio difficilis a tumore scirrhoso (XLVII).

Anno MDXXVII, Pativii nobilis virgo Deo sacrata jam septem ac decem annis vix aliquot guttulas liquoris demittit. Œsophago nempe ab ossiculo aviculæ olim saucio scirrhosus tumor affluente materia genitus.

Murani quoque alia ab intempestivo refrigerentium ad inflammationem usu contracto, gulæ scirrho assumpta ægerrime deglutiebat.

Deglutitio abolita (XLXII).

Adolescentulo octenni per febrem ardentem abolita deglutitio ab œsophagi augustiâ, quæ tanta, præsente Joanne Prevotio, ut gula, cadavere aperto, aquam non admitteret.

A pyro cocto devorato mors (XLIX).

Anno MDXXVI servus quidam patavinus, pyro cocto avide vorato, cum gravissimis symptomatibus confestim interiit, adustis nervis, qui ventriculi orificio junguntur.

A pyro crudo improvide deglutito suffocatio.

Anno MDLIII adolescens pyrum crudum temere in ore agitat: rupto petiolo in fauces invito delabitur : quibus dum eximi nequit, spiritum intercipit.

Inedia plurimorum dierum (LIV)

Libro de principiis, qui vulgo de carnibus inter Hippocraticos refertur : « plerique, qui septem diebus nihil edere aut bibere, in his moriuntur : quod si qui eos superaverint, nihil ominus tamen moriuntur. » Etsi vero ipsius mihi fides cum Vallesio semper suspecta fuerit, nec is Hieronymi Mercurialis judicio Hippocratis (Coï germanus censeatur, huic tamen placito etiam refragatur magistra nobis experentia. Nam Joannes Dominicus Sala cibi abstinentiam ad undecim diem sine detrimento notavit. Mulierem quoque dies virgenti sine alimento suspertitem vidit Horatius Augenius. Quales etiam suæ commissos curæ memorat Antonius Musa Brassavalus (commentar in Hipp. de rat. vict. in acut. lib. 1). Patrem suum a nono ante obitum die prorsus cibo abstinuisse memorat Hieron) Cardanus — (de vitâ propria cap IV). Rarum inediœ exemplum (centur II obs. XLlI) edidit Fabricius Hildanus, mihi dum fuit de optima fide notus ; pariter Josephus Quercetanus (Diœt. et polyhist. sect. II. cap. IV). Diuturnæ mediæ causas eruditissimo commentario enucleavit Fortunius Licetus ingens ævi et necessitudinis nostræ decus.

RIEDLIN

Anginæ a tumore linguæ radicem occupante.

Matrona quædam nobilissima, Dei gratia sanissima quidem prædita constitutione, at per bene longum temporis spatium variis iisque gravissimis ærumnis torta, tandem quantum vel sanitati quoque insidientur experta fuit, cum enim lactante ipsa, natu minor filiolarum a morbo vehementissimo prostata fuisset, jam nde tristata quod sic calamitates semper calamitatibus addantur, am vehementia paroxysmorum valde perterrita, dolorem in humero dextro percepit, cui tamen ea quæ commendata fuerant remedia, non opposuit, quia prœsertim aliquoties sponte remisit, et cœtera sic sat bene se habuit; verum enım vero paulo post, nihilque minus cogitans ad fauces translatum fuisse dolorem persensit, unde primo quidem difficilius quævis ingesta deglutiit, paulo post vero adeo nil plane deglu- tire potuit ut, si vel guttam per gulam detrudere quasi conabatur, suffocationis periculum imminnerit, cumque tinctura bezoardica sumpta sudorem movisset, malumque post ejus usum non tamm imminutum quam auctum videretur, me propterea vocavit; et ego inspectis faucibus nil quicquam fere deprənhedere potui, unde commode tanta mala derivare potuissem, cum nec uvula, nec tonsillæ tumuerint, nec hæ, nec vicinæ partes multum inflammatæ fuerint, ut adeo non nisi de partibus oculis non expositis læsis cogitare potuerim, quia vero nil quicquam deglutire poterat, non tam in internis quam externis medicamentis auxilium quærendum fuit, siphone ergo gargarismis sæpius de die injecti, tum collo applicata emplastra et cataplasmata convenientia, clyster quoque injectus, et venæsectione mediante sanguis substractus fuere, hisque primo nil conferentibus, ipsaque testante, *se tumoren in faucibus molestum digito fere tangere posse*, *iterum inspectis iisdem in linguœ ipsius radice tumoren* inveni digitum pollicem magnitudine ferme æquantem, duriusculum, nec colore a relinqua lingua differentem, unde jam

et de venæsectione sub lingua instituenda cogitavi, quam quippe pluribus olim me summo cum fructu commendasse, memineram; at diligenter continualis interea supra memoratis remediis aliquantum melius se habere cœpit, hincque ut difficillime juscula deglutiit, unde nunc et quædam sanguinis motum corrigentia et pituitam viscidam incidentia medicamenta sumpsit, quibus eomagis opus habuit, quoniam die fere tertio febris etiam accessit, cui opposita nunc aliis etiam eaixatm e;fusicuti vero indies quidem faucium dolor magis mitigabatur, *tumorque in lingua* observatus subsidebat; ita hœc febris tamen integros septem dies instabat; eaque depulsa de nausea adhuc instante conquerebatur convalescens, unde jam purgans liene eidem exhibui, quod non parum pituitæ evacuavit, restitit autem difficilior quædam respiratio, cui elixirum apperitivum opposui, quo aliquamdiu continuato et interposito usu Rhabarbari, Dei gratiâ paulatim convaluit, sicuti vero hœc nec pus nec sanguinem unquam sputo rejecit, unde nullum hic subfuisse abcessum, patuit; ita in linguæ radice præsertim mali causam latitasse, tumor ibi deprehensus docuit cujus causæ cum apud paucissimos, quin quantum ego novi apud nullum fiat mentio, si hæc observatio nonnullos memores reddiderit, jam usu suo non caret.

Anginæ cura fortuita.

Anginæ forte fortuna apud honestam quandam matronam mentio fiebat, et hæc referebat, quod olim maritus suus jam ante aliquot annos vita functus, sæpius hoc malo tortus fuerit, sic quidem, ut aliquoties per aliquos dies nec verbum proferre, nec vel guttam deglutire potuerit, et hinc animi sui sensa litteris scriptis exprimere famemque et sitim pati, subinde opus habuerit; accidisse aliquando, quod, ut et per noctum gargarismus injici possit, chirurgus instrumenta huic injectiori dicata post se reliquerit, ipsaque hoc munere fringi voluerit, sic vero forte fortuna siphone abscessum in faucibus tragædiam excitantem tetigerit, ut is in eruptus primo quidem dolorem non ita exiguum exciteravit, ut et a clamore se continere non potuerit ægrotus, at inde simul reliqua mala sic cessasse, ut non solum loqui iterum cuperit, verum et, ut cibus

potusque afferatur, peterit jamque sic sat commode ipsi tam molesti mali tam frequentem redditionem et hinc medicum suum tum odinatum rogasse, ut remedium suggerat, quod deglutire ingesta potuerit; molestiam vero fuisse ipsi tam in posterum illam avertat, et hunc ut fonticulum in brachio excitari curet, suasisse, quod et Dei gratia tam feliceter cesserit, ut ab illo tempore ab angina immunis vixerit. Quo ipso, sicut fortuita cura docemur, interdum, si fieri potest, ejusmodi abcessus ferro quoque aperiendos esse, ita fonticulorum geminus usus denuo non parum defenditur; in hisce enim præsertim malis et in aliis jam sæpe præstiterunt, quod ab aliis remedius dici frustra expectatum fuerat.

Faucium inflammationem sequentia mala febris malignæ metum injicientia.

Senatoris cnjusdam ancilla, subito in faucium inflammationem talem incidit, ut non nisi difficillime quævis ingesta deglutierit, cujus tamen curam, quia cœtera sic sat bene se habebat, non tam internis quam externis medicamentis, injectoque per chirurgum gargarisma perfecit, qui quidem tantum profuit, ut brevi iterum sicut prius deglutire quævis ingesta potuerit ; sed restitans lassitudo huicque accedens quædam cordis anxietas eidem nunc metum injicere, ne febris maligna subsit ; unde jam domina ejusdem me in consilium vocavit, ubi ut nec pulsus nec urina vel minimum febrilis effervescentiæ signum suggesserint, minime tum fidendum ratus, potiunculam ex tinctura bezoardica et antimonii diaphoretici constantem terque sumendam præscripsi ; quæ et tantum Dei gratia profuit, ut sequenti die vix superfuerit, de quo queri opus habuisset.

CAMERARIUS

Angina gravissima.

Patavii meis temporibus quidam scholasticus Græcus oriundus, ex præcipua familia, sanguineus, unica nocte in anginam acutissiman incidit, una cum tumore linguæ maximo, ut statim loquendi facultas illi adimeretur. Cumque tam celeriter medico rum et chirurgorum opera uti non posset, ipse præsente animo linguam acuto cutello decussatim incidit, ac satis multum sanguinis effluere permisit, quo facto, rursum loqui cæpit. Medicus postea accesitus, pauca universalia et totum corpus respicientia adhibuit, præscripta recta victus ratione linguæ vero vulneratæ, pulveres ex Thure, Bolo ac similibus siccantibus, inspergi jussit, et ita intra paucos dies convaluit. Sic interdum fortuita remedia, aliis sunt efficaciora.

Paracelsi jactantia.

Theophrastus Paracelsus, cum vulgo in medicorum scholis, tum temporis *fere silentium esset de chymia*, et multa in præparatione pharmacorum melius fieri posse animadverteret, ad reformandam medicinam animam adjecit. Verum quam reformare voluit, pene cum aliis omnibus scientiis evertit. Primo enim, ut Thessalus ille se iatronicum nominavit ; ita hic, ad se pervenisse monarchiam, omnium artium (in præfat. lib. de tinct. physic.) scribere ausus est, se arcanorum monarchiam, quem omnes, qui philosophiæ naturalis cognitionem appetant, Itali, Galli, Poloni, Germani, Philosophi, Spagyri, Astronomi, ut ducem sequi necesse habeant (ejudem lib. c. 1 et 4) haberi voluit ; et (in præfat. paragraph. Avicennam, Galenum, Rhasen, Montagnagnam, Mesuen, Parisienses, Monspelienses, Suevos, Misnios, Colonienses, Viennenses, et quotquot Danubium et Rhenum incolunt, insulas maris, Italiam, Dalmatiam, Athenas, Græcos, Arabes, Israelites, se monarcham sapientiæ constitutum sequi jubet.

SOLENANDER

De affectu oris et faucium sicco.

« Superioribus annis laborabat Abbatissa apud divam Ursulam hic vere generosa et heroica matrona, maximâ ventri imbecillitate, et de continua orificii et gulæ prœsertim ardore ac faucium et linguæ siccitate, conquerebatur; quæ tamen nec tactu nec visu deprehendebatur, quod ob catarrhum continuo defluentem, et fauces ac linguam humectantem accidere suspicabamur, et quoties vomitu cibum reddebat, quodsæpe accidebat, pituitosa insipida reddebat. Malum hoc, medici collegæ mihi adhibiti, una mecum a pharmaco ab agyrta exhibito, contractum indicabant. Oppugnavimus hoc malum multis modis frustra, tandem cum vigiliæ sequerentur, et si quando eam dormire (quod tamen raro accidebat) contingeret, statim terrores et angustiæ, regionem cordis præcipue infestantes supervenientes somnum singulis momentis fere excuterint; venimus ego et Birkmannus in eam suspicionem, humorem melancholicum aliquem in stomacho contineri, vel ex splene ad stomachum transmitti, et ista symptomata causare, propterea quod interior stomachi membrana et gulam fauces ac linguam vestiret. Et ob id melanogogum pharmacum, meticulosi tamen illo exhibuimus. Nam intemperie sicca stomachi ex caustico sumpta pharmaco eam laborare ante indicaveramus. Evacuavit pharmacum fusca melancholica et paululum contulit, unde animati, interpositis aliquot diebus, et viribus refocillatis, ad idem pharmacum reddimus, idque, tertio et quarto factum, et ita præter nostram expectationem restituimus eam sanitati.

(III sect, cap. XVII.)

CAPPIVACIUS

De angina.

Agemus in hoc capite de *exquisita* angina, de qua etiam Galenus loquitur (c. 3 lib. 4 de loc. affect.) Ideoque considerabimus anginam, tanquam affectum inflammatorium. Ac proinde, si vel ad asperam arteriam, vel ad œsophagum descendat catarrhus, seu materia pituitosa : angina illud vitium statui non debet. Verumtamen de exquisita angina ita loquemur, ut, quid notha, seu spuria sit, inde quoque elucescat.

Ad generationem exquisitæ anginæ, necessarium est, ut sanguis in fauces confluat, et ita suspiciatur, ut meatus ad fauces pertinentes comprimantur, adeo ut hinc difficilis fiat tum respiratio, tum deglutitio. Quare angina exquisita, est compressio faucium, procedens ab inflammatione.

Forma est compressio, quæ est species angustiæ; nam angustia prædicatur de subsidentia, de coalescentia, de constipatione, de obstructione, et de compressione, quæ differentia hic explicanda non est, sed supponenda.......

Subjectum : sunt fauces, per quas intelligimus illam capitis partem quæ constituta est de gula et larynge, id est de principio tracheœ arteriæ ; siquidem in angina ut plurimum utraque pars afficitur, licet modo hæc magis, modo illa.....

A forma non sumuntur differentiæ, nisi secundum magis et minus ; quia omnis angina exquisita est compressio. A *subjecto* sumuntur differentiæ, notatu dignæ, quæ maxime conferunt ad prognosticum et curationem, de quibus Galenus loquitur (voir T. I textes).....

..,.. Vitium hoc in genere facile *cognoscitur,* quia ægrotantes evidenter conqueruntur de angustia circa fauces, unde impeditur et deglutitio et respiratio. Præterea hæc angustia non est sine dolore. In œdemate, et proinde in angina notha, est angustia, sed sine dolore ; quia hæc materia non habet illum impedimentum, ut solvat continuum. Sed in exquisita angina, quomodo-

cunque sanguis fluat, sive per attractionem, sive per transmissionem, eo fluit impetu, ut solvat continuum, et dolorem excitet; quia sanguinea materia est calida. Præterea in angina exquisita necessario est febris, et quidem eontinuâ. Si autem sit notha non necessario est febris. Formales differentiæ facile cognoscuntur, num compressio sit insignis, vel remissa.......

Indicationes desumendæ ab his quæ sunt ex usu ; quare pro vario sanguinis peccato, variæ hauriendæ sunt indicationes ; verbi gratia biliosus sanguis et calidus indicat refrigerentia. Præterea in phrenitide diximus de reprimentibus et aliis. Nec hic repetenda sunt frustra.......

Quoad *victum :* Cum ægri deglutire nequeunt, *cannula* immittenda intra gulam, ut fiat ciborum deglutitio. Sed quando adest inflammatio in illa parte, nimis irritatur. Proptera consules, ut non nisi maxima necessitas urgeat, ad canulam hanc confugiandum. Probo magis, ut paretur aliquod instrumentum ad modum fistulæ, quod imponatur prope œsophagum ; et præterea detur vesica munda, repleta potione nutriente et hæc vesica sit apposita fistulæ, ut in clysmis fieris fiet. Post impetu quodam vesica comprimatur ut etiam cum impetu potio illa deducatur ad œsophagum. Quoniam desperatos, ob famem deglutitione ablata, fistulæ hujus beneficio restitutos vidi.

ALEXANDRE BENEDICTUS

Benedictus est un des meilleurs chirurgiens de la Renaissance. Il imite librement les anciens, sans témoigner envers eux d'un servilisme exagéré. C'est pourquoi nous lui empruntons son chapitre sur l'angine.

Ad Paristhmia (hoc est tonsillæ).

Si cum febricula inflammantur tonsillæ, quæ ab utraque faucium parte sitæ sunt, quæ ab aliis mala dicuntur, Antiades a Græcis seu paristhmia nominantur, tum supra naturalem suum modum augentur, et difficiles haustus anhelitusque efficiunt. Si non inflammantur vix augescunt, nec colorem mutant, alioquin rubescentia mala apparent, maximo dolore strangulant hominem. Galenus ex sanguinis calidioris influxu inflammari tradit, quoniam spongiosæ naturæ existunt, quæ cum plurimum discutientibus juvantur, nisi materia ad principale retrocedat membrum. Mittere sanguinem, ac ventrem perpurgare protinus necesse est, et infusionibus alvi subinde examinare, abstinentiam vini præsertim imperare opus est, si corpus sanguine, aut pravis humoribus morbidum fuerit. Si neutrum horum afluerit, ipsius duntaxat morbi rationem habebimus, veluti gargarismatis atque necesse est, quoniam rheumatismi eo modo discutiuntur, inclinante impetu morbi dissolventibus opus est. Interea tempore cum morbus consistit utrumque facere jubet ratio. At si inflammatio durior videatur, nequaquam diaphoretica ac styptica pariter commiscenda sunt, nisi corpus exanimatum fuerit, sicut neque initio stypticis diaphoretica jure miscenda non sunt, quoniam ea intempestiva adjudicantur. Tument præterea vel pituita sola, vel admixta sanguine, aut alterutra tantum pars tumet, utriusque partis tumor hominem strangulat, gargarismata prodesse scribit Paulus (Ægineta) succo mali punici, ac rosarum decocto in earum phlegmone, aut palmularum succo, aut myxorum, aut lenticulæ cremore, inclinante ipsa tonsillarum inflammatione, vel si in statu fuerit mel adjiciendum

esse demonstrat, quod initio morbi damnari debet. At si suppurata materia fuerit, ac pus jam exire incœperit, mulso gargarisandum est, aut lenticulæ decocto, aut rosarum foliorum gargarismate absolutorio veluti remedio. At si paristhmia aëris vitio exulcerata fuerint, eadem quæ dicta sunt auxilia conferre dicuntur. Sed peculiare est diamoron ex aqua calefacta, aut mulsa in qua rosa decocta fuerit, et costus et rhus, aut glaucium, vel ejus arida folia decocta, aut dianucum ex mulsa.....

De notis anginæ.

In synanche omni spiritus subducitur, dolet guttur ex materia præsertim cholerica, tumescit collum ac facies, interdum lingua procedit, aut nimio humore contrahitur ac hiat os, potus dolorem ingerit, ac per nares regurgitat, quoniam gutturis musculi tumentes dum attrahunt cibum et potum sursum bronchum tunc dolent (eam vim Græci kathoetes vocant); reliquæ notæ sicuti vox exilis ac inexplanata verba naribus resonantia, oculi proeminentes, veluti qui fune strangulantur, arteriarum pulsus, ut Galenus docet, initio rarus, ac exilis est, postremo citatior redditur, si synanche vehementer strangulat ægrum. Vomitus vero si aliquando acciderit gulæ, abcessum denunciat, aut nauseæ similis affectus. Subita præterea synanche strangulat, si in faucibus, et in *epiglottide* (larynge) sedem habet; si tardius infestat sub broncho, malum est in tota *trachea arteria*. Earumque quoque aliæ differentiæ sunt, devorandi ac bibendi difficultatem habet gulæ et faucium synanche, respirationem vero paulo liberiorem. In epiglottide vero spirandi angustiæ majores subeunt, et bibendi facilior modus? utrumque tamen accidere potest, ubi eas partes synanche major occupaverit. At inflammatio sive tumor *lacertorum* gulæ interiorum ab iis qui extrinsecus sunt, magnam differentiam habent, quoniam ex interiorum tumore anhelandi facultas liberior est, sed cibus ac potus difficilior redditur, nec abcessus apparet, aut vix cernitur. At exteriorum lacertorum abcessus, cum lingua spatula deprimitur, videtur, ac respiratio non prohibetur nisi bibendo aut devorando. At *epiglottidis quoque lacerti* tumentes inter se different, quoniam interiores si tument ocissime interimunt, nuncque fere

sanabiles, nec tumoris nota ulla intus extraque apparet. Exteriores cum tument versus gulæ partem, quæ hærent, non conspiciunt intra fauces, extrinsecus tamen aliquam tumoris notam præ se ferunt, vel digito summo deprehendimus interdum......

FORESTUS

De angina biliosa.

Angina biliosa seu ex sanguine bilioso, sævissima laborabat Johannes Zygerus apud Alcmarianos sacerdos, annos 45 excedens, vir gracilis et procerus, raræ texturæ et coloris citrini, temperatura admodum biliosa, cui et febris continua aderat; sed nullus tamen rubor aut tumor intus in gula aut faucibus, vel extra apparebat. Erat autem ver cum hoc malo corriperetur; ad quem illico correptum accessitus fui. Verum cum alvum non deposuisset illo die, nec præcedente, libenter clysterem emollientem et nonnihil refrigerantem injecissem ; sed cum nollet admittere, glande acuta cum alvum deposuisset, paulo post ex vena cephalica cubiti dextri sanguis non ita copiosus extractus est, gutture vero exterius inuncto cum oleo viol. et amygd. dulc. Interea et hunc gargarismum præscribimus aquæ plantaginis, solatri et diamor. At hic gargarisare non noverat, ita ut subito in guttur dilaberatur, et suffocari videretur ; neque linctum sumere poterat, potu quoque regurgitante per nares. Quem hortabamur ut gargarisaret, alio qui illum suffocatum iri. Et sic in pedes stando, et duo viri illum sustinentes, capite paululum in colli partem posteriorem inclinato, malo quoque id suadente et urgente, tandem gargarisationem edoctus. Secundo die gargarismo adjecimus aliquid mellis rosacei, et olei aliquid chamæmelini, lana succida post inunctionem gutturi imposita. Tertio die venæ sub lingua sectæ sunt, et alvus glande iterum irritata, et gargarisma tale præscriptum: ℞ aquæ plantaginis, violæ, scabiosæ, mellis rosacei etc. Quarto die nihil adhuc deglutire potuit; iterum glande alvo irritata, rursus venæ sub lingua apertæ sunt; cum prima vice parum sanguinis ab iis fluxerat, novo gargarismate usus sum cum foliis malvæ, rosæ, scabiosæ, melitoti ficuum pinguium, diamor. et dianuc. Cum neque quinto die adhuc deglutire posset, mane cucurbitulæ scapulis cum

scarificatione appositæ sunt, et tandem præter spem amicorum cum admiratione adstantium sanitatem adeptus est.

(*Obs. XVII, lib. VI.*)

De paracynanche.

Jacoba Juonis, monacha Alcmeriana, in monasterio, quod inter Franciscanos et aliud cænobium monacharum situm erat, anno 1548, mense Februario, ex Paracynanche decumbebat; nempe musculis exterioribus laryngis inflammatis, parum tumentibus, cum febre continua, quæ cum strangulari videretur, multis tentatis remediis, cum aqua aceti, zaccharo immixto ex muliercularum (matronarum) consilio gargarisasset, ita ut secundo die ab habito malo sub nocte periculum suffocationis metueret, de medico accersendo tunc primum cogitavit, cum et adstantes illam pro deplorata haberent. Cum ore aperto gulam et fauces inspicerem, nullum tumorem reperi, nisi levem in parte sinistra, licet se intus laqueo strangulari diceret. Alvo statim per glandem acutam irritata, mox venam cephalicam tendere jussi e directo loci dolentis, sanguine utcumque extracto, cum bene ferret. Deinde pro gargarismo usa ex decoctione plantaginis, diamoron et melle immixtis, sex deinde horis a sectione venæ cephalicæ, aliæ quoque venæ sub lingua sectæ sunt sanguine admodum viscoso effluente; ita ut visa sit melius habere. Interea et gutturi cataplasma quod sequitur admovi : ℞ farinæ hordei p. j. mucilag. semen. lin. fœnugræci, althææ extract. cum aqua malvæ et chamomillæ ana ℥ ß, j. olei liliorum, chamomill. ana q. s.; fiat cataplasma. Rursus glande alvum solvimus; cum clysterem admittere nollet. Deinde inclinante malo, et cum materia resolveretur, ac dolor sedaretur, et phlegmata ab ore copiose educerentur, ad illud magis juvandum etiam hoc gagarisma præscriptum est : ℞ hordei mundati m. j. flor. chamom. melliloti ana p. j., caricarum pinguium num. VII, passularum enucleat. p. j. seminis malvæ ℥ i j. sem. lini, fœnugræci, cotoneor, ana ℥ j. glycyrr. rasæ ℥ ß.; coquantur in aqua communi pro lib. i j.; colat. adde diamor. ℥ j. mellis ros. colati ℥ i j.; misce pro gargarismo. Gutture inuncto

exterius cum oleo liliaceo et emplastro seu cataplasmate imposito, egregie sanitati intra quatuor dies restituta est.

(*lib. VI. obs. XIX.*)

De tonsillis inflammatis et induratis.

Adriani Arnoldi prætoris Alcmariani filia, decimum octavum agens annum, cui menses nunquam fluxerant; in tonsillas inflammatas, induratasque inducit, quod sæpe *virginibus* accidere scribit Aëtius lib. 8, cap. 46, quibus maxime et tonsillæ aliquando ulcerantur, ut postea alio exemplo docebimus. Verum huic tonsillæ ad suppurationem atque ad ulcerationem devenerunt. Verum cum huic pene suffocatio impenderet, ac guttur præ nimio tumore præoccluderetur, post octo dies cum hoc malo detineretur, et usque in octavum diem usa fuisset gargarismis valde repellentibus et infrigidantibus ex aqua nucum, plantaginis consilio tonsoris, neque sanguinis missione neque purgationibus præcedentibus, adeo malum increvit, ut et tonsillæ inflatæ et supra modum duræ existentes tum rubicundæ, gulam præoccluderent, eumque suffocatio impenderet, nocte me vocarunt. Ego autem sanguinem esse mittendum (cum intellexissem menstrua huic juvenculæ nunquam fluxisse) ex talo proposui interea ut et hoc gargarismate etiam uteretur, quod tonsillas nimium ex præcedentibus gargarismis induratas et partim emolliret, resolveret, et inflammationem minueret. Tale autem erat : ℞ rad. althææ mund., rad. lilior alb. ana ℥ß. folior. viol. malvæ an. m. j. scabiosæ, bellidis minoris an. m. ß. ros. rub. p. j. auricularum sambuci 3 ij. hordei, mundati p. j. ficuum pinguium numero iij. sem. malvæ, fænugrec. ana 3 j. medietatem nidi hirundinis optime insici; fiat omnium decoctio in aqua communi, et in fine addendo seminis cydonsem lini an 3ß. et in fine etiam addendo aquæ scabiosæ caprifolii an ℥j et tota decoctio fiat pro lib. ij. colaturæ addendo mellis ros. colati (cum enim diu duraverat malum, mel ros. adjecimus, quamquam illud neque mel in principio conveniat) ℥iij. diamori ℥j. Cum autem per totam noctem gargarissasset, mane cum redirem, durities mollior evaserat, ac melius spirare poterat, licet nondum quid deglutiret, nisi valde liquida cum maxima difficultate. Tunc

etiam venam in talo, nempe saphenam incidere jussimus, sanguine ad uncias quatuor aut plures effluente; idque ad diversionem et evacuationem. Sed cum malum non sedaretur, licet phlegmata melius per gargarisma supradictum quam prius exirent, licet mollificantibus et resolventibus opus esset, ne ex iis inflammatio augeretur, subinde quoque gargarissabat cum lacte tepido ; cum ex acrioribus gargarismis inflammatio exasperetur et mordacitas deinde accideret, ideo ex Aetii decreto levioribus gargarismis colluendi sunt ; qualis est succus ptisanæ tepidus, aut lac etiam tepidum. Post meridiem vero, cum eodem in statu virginem invenissem, ad evacuandam materiam conjunctam mandavi quoque ut venæ sub lingua mitterentur ; e quibus nigerrimus sanguis et corruptus fluxit, verum tam copiose, ut venæ neque aceto cum aqua in ore retento occludi possent, neque ex panno lineo combusto sub venis retento, quo pæsidio sæpe sanguinem effluentem inhibuimus : tandem panno lineo triplicato et aceto ros. inculcato sub lingua detento sanguis commode restrictus est, et harum venarum incisione haud exiguum juvamem consequitum est ; tonsillis etiam subsidentibus inflammatione maxima ex parte quoque sedata : quamvis sub nocte tonsillæ (ut plerumque fieri solet quod eo tempore ex fluxione magis infestentur) rursus nonnihil intumuere; alvo etiam tunc per glandem irritata, mane autem sequenti bis in die ex apozemate subsequente sumebat, cum jam melius potionem sumere posset, quæ simul ad uteri purgationem faceret, et materiam tam per alvum quam urinam simul diverteret et expurgaret : ℞ corticum rad. fœnic. petros. glycyrrh. rosæ anna ℥ß melissæ artemisæ scabiosæ, scolopendre, malvæ, ana m. j. betonicæ, hyssopi, fumariæ ana m ß. flor. cord. pj. sem. anisi 3 ij ß malvæ 3 j. uvarum pass. ab arill. repurg. p. j. ficuum ping. numero iij folior. sene a stipitib. repurg, j. fiat omnium decoctio in sero lactis ad lib. j. zacch pro lib. j. ß. cola. adde mellis rosat colati ij diamori j. misce : guttur exterius inunximus oleo amygd. dulc. lilior. simul mixtis. quib. optime habuit, ut illam amplius non jusserent. Post quinque tamen dies optime valens, in animi deliquium indicit, credo ex uteri suffocatione; ideo frictionibus vinculisque injectis cruribus et coxis, ad se rediit. Deinde pedibus quoque lotiones cum decocto flor. chamomill. me-

liloti, artemisæ, majoranæ verbenæ matricariæ. Bene deinde se habuit, ita ut tabellis devoratis ex zeodaria, agni casti sem., cinamomi, et speciebus aromat. ros. sine musco, et diarob. abb. sana evaserit, et in Hagham. Comitis accessit. Verum diutius ibi manens, reversa rursus in gutture conquesta est. ore aperto et inspecto cum levis inflammatio ex catarrho salso in tonsillis appareret, modo lacte tepido, modo hoc gargarismo utens, et alvo leniente medicamento, et cucurbitulis scapulis cum scarificatione affixis, intra tres dies denuo sanitati restituta est. Talis erat gargarismus : ℞ plantaginis utriusque portulacæ flor. ros. bellid min., viol. an m. j. hord. communis p. j. gallam unam contritam sem. coton. ℥j. bulliant in aqua comm. ad lib. j. ℞ dianucum iiij ; fiat gargarisma. (*Obs. VIII, lib. XVI.*)

Scholia.

Aetius ex auctoritate Archigenis multa, inquit, virgines circa vigoris et totam mensium purgationem appetentes hac aflectione apprehenduntur (nempe quod tonsillæ frequenter iisdem ulcerentur, et in malignas tonsillarum ulcerationes dilabantur) quæ præcipue venæ sectione opus habent. Incidendæ autem sunt in eis tali venæ, et unica sanguinis detractione facta evacuandæ non autem usque ad animi defectionem, quamquam hæc in ulceribus tonsillarum, quæ virginibus eveniunt, commendantur; eadem quoque venæ sectio commoda est in virginibus si inflammationes ac tumores tonsillis obveniant, et eamdem causam habeant ex qua tonsillæ ulcerantur quemadmodum domicella juvenculæ in campo regio evenit, cui menses quoque nunquam fluxerant : etiam hac inflammatione tonsillarum correpta fuit : verum cum neque hæc huic malo tempori consuleret, nunc cum suffocatio immineret, tonsillas inspexi, valde tumidas et subrubri coloris esse animadverti, quod ad suppurationem tenderent. Si enim inflammatio ab initio reprimentibus, deinde et reprimentibus — discutientibus, postea in declinatione magis discutientibus, resolventibus non curetur, permanente ac immorante inflammatione diutius, tonsillæ ipsæ subrubri coloris fuerint, ut in hac domicella virgine religiosa spectabantur, permutationem in pus expectare oportet. Cito enim tonsillæ abscedunt non solum in talibus, verum in aliis quamplurimis, ut quotidiana experien-

tia in Praxi observavimus, quod Aetius quoque testatur. Idque facile cognoscimus ex quibusdam signis, quæ Aetius ex Philumeno medico antiquissimo sumpsit, quoniam inflammationis signa augescunt, exacerbationes ad vesperam fiunt fortiores cum horrore, inæqualite, aliquando etiam cum febre, quare hoc tempore facere oportet, ut quam citissime suppuratio fiat. Ideo in hac domicella ex gargarismate decocti ficuum pinguium, uvarum pass. enucleat, viol. malvæ cataplasmate maturante exterius adhibito, abcessus ruptus est : eoque absterso cum hydromelite, deinde adjecto decocto ex ros. rubeis. plantag. ulcus consolidatum est, brevi admodum convaluit ad citissimam suppurationem. Aetius calidiores gargarismos, velut ex aqua mulsa calida, adhibet, et decoctum caricarum ac hyssopi cum radice dulci. Extrinsecus : vero cataplasma imponatur ex ejusdem Aetii sententia ex hordei farina, fœnugræco, cum decocto caricarum althææ ac melle, aut vapor aquæ calidæ intrinsecus : sed aliquando diutius admonendus erit donec ea suppurentur. Per se aperiantur, ut Celso visum est; confecto autem pure dolores imminuuntur, et inflammationis tumor mollior redditus digito cedit. Quare tunc (ut Aëtius quoque præcipit) acriores collutiones exhibendæ sunt, ut abcessus rumpantur, cujus generis sunt; pulegium, hyssopum, thymum, calamintha, thymbra in sapa, aut aqua mulsæ decocta et gargarizata. Si vero pure substantia non rumpuntur, hi tumores ex Celsi decreto incidendi sunt (nos aliquando per chirurgum commode scapello aperiri facimus, ubi timor suffocationis imminebat) deinde ex mulso calido ad gargarisandum per se ; postea etiam admisto lenticulæ vel rosarum decocto : atque in faciendum donec in totum solvantur ac penitus ad cicatricem perducantur, ex Aetii. et Pauli mente. Modico autem tumore existente, ac exulceratione, furfuri, cremori, ad gargarissandum paulum mellis adjiciendum ubi plurima ulcerata sint, eodem furfuri cremore, vel lacte gargarissandum est, Celsi decreto. Modus autem sectionis, si non per se aperiantur, ac situationis ægris, tum ante, tum post dissectionem ac patrato opere, quæ conducant auxilia, ab Aetio (quo, a Leonida medico antiquissimo accepit) cap. 45. cap. 48 lib. 8 a Paulo cap. 30 lib. 6 describuntur : quem locum unusquisque legere poterit. Refert Dodonæus cap. 16 de inflammatione utriusque tonsillæ in filiola quadam

duorum annorum, in qua idonea remedia propter ætatem non admitterentur, natura viam sibi ad salutem quærens, morbum ad exteriora convertit. Nati sunt itaque utrinque in collo infra aures singuli tumores : quibus scalpello apertis, pus effluxit : itaque ab abcessu tonsillarum liberata sanitati restituta est. Facit Hip. aph. 37 sect. 6, de angina loquens, si tumor fiat in collo, bonum. Tonsillarum siquidem inflammatio anginæ quædam etiam est species, quamvis non vera angina. (*Lib. VI, obs. VII.*)

De utrisque glandulis, quas αντιαδας vocant, longo tempore induratis.

Vidimus filium Franscisci Duiistii viri consularis cum annum 13. ageret, quod per integrum annum glandula vulgo amygdaas vocant) intus induratas adeoque tumidas haberet, ut loquelam impedirent, et per nasum loqueretur, erantque vix inflammatæ ; imo citra inflammationem valde duræ et inflatæ cum catarrho quoque ex fluxione pituitæ etiam laborare viderentur, hoc leniens medicamentum et nonnihil purgans præscripsi ; ℞ Syrup. ex infus. ros. pallidarum cum foliis senæ (in unaquaque uncia ʒ ij senæ infundebantur dum infusio parabatur) ℥ j ß diaphœnici 3 j ß aquæ betonicæ salviæ ana ℥ misce, ac ea potio alvum quinquies deposivit ; mox et hoc gargarismo utebatur : ß foliarum viol. scabiosæ, hord. mundati ana in j. flor. ros. rub. pj sem. cydon. ʒ j ß rad althæ ʒ ij. fiat decoct. in aqua communi pro lib j. colaturæ adde mellis ros. collati, diamori ana ℥ j syrup. granat. ʒ ß misce pro gargarismate. Inflammatio quæ levis erat facile sedabatur ; sed duritie atque tumore æque permanente, ut magis emolliret, postea garo adjecimus ficus num° V et exterius inunximus oleo amygd. dulc., chamomil., liliorum, lana succida admota cum glandulæ æque duræ permanerent, exterius apposuimus emplastrum de muccilag. Et ne fieret major fluxio, apozema sequens præscripsimus : ℞ corticum rad. cichor. dentis leonis, fœniculi ana ℥ ß rad. althæa mundat ʒ iij flor. cord. p. j capill. ven, polytr. scabiosæ, betonicæ ana m. j. sem. anisi 3 iij sem. malvæ 3 j folior. senæ℥ polypod. querc. 3 vj sem carthami contusi ℥ ß verar. poss. enucleat ℥ j ficuum ping. num iij jujubar. sebesten recent. ana num. v. prun. damasc num xiij ; fiat

decoctio in aqua communi pro ℥ ix colat. adde syrup. ex infus. ros. pallid ℥ iij; misce pro iij. dosibus matutinis. Sperabam autem quod mollescerent et ad maturationem tenderent; sed postea parum subsidebant tamquam resolverentur licet æque duræ permanerent. Gargarismum ultimo præscriptum reiteratum est : hoc cataplasma appositum : ℞ rad. althea mund. ℥ ij. liliorum alborum num. v. ficuum ping. numero vij meliloti p j coquantur in aqua communi ad mollitudinem pistentur, adde farinæ seminis lini ℥ j. olei amygd. dulc. butyri recentis ana q. s. fiat cataplasma molle. Non pervenit malum ad suppurationem ; videbatur potius minui atque resolvi, quamquam duriores manebant : ideo cataplasmate adhuc apposito, minorabantur quidem et minus duræ erant ut nunc mollia deglutire posset ; tamen ad perfectam mollitiem subsidentiam non pervenerunt : quare ab ulteriori curatione etiam mater tunc abstinuit, puerumque rursus ad scholam dimisit.

Scholia.

Antiades licet sint inflammationes glandularum, quæ sunt post linguam in ejus radice ; tamen citra inflammationem aliquando inflantur, ut huic puero evenit, defluctione pituitæ intumescunt, ita ut cibi transglutitionem impediant. Rustici in Gallia (ut refert Rondeletius) vocant Furoulx : quia curant longa frictione facta in carpo, existimantes tumores quosdam factos apertos frictione illa dura in carpo prædictum affectum tollere : prodest autem, inquit ille, res vera ob diversionem. Nos curamus ut idem refert, vacuando pituitam. Humiditates capitis sunt enim positæ non longe a foraminibus, quibus pituita mota palatum expurgatur. Post evacuationem illam universalem factam medicamentis pituita educentibus, derivatio per errhina multum confert. Si non sit copiosa materia, etiam levia masticatoria putamus conferre ex zinzib. cubebis cum ficubus, interea conferunt gargarismata leviter adstringentia aliquantulum detergentia, ut de angina dicetur, inunctiones in principio in parte externa ex resiccantibus ; in declinatione, cum consistit defluxio, digerendum cum aliquibus emollientibus, cum glandulæ istæ facile indurentur in scirrhum degenerent; quod in puero isto metuabam, qui morbus nunquam aut raro curatur in his. Sunt autem illa medi-

camênta apponenda in lateribus arteriæ, sub maxilla inferiore. Et quia hoc videtur pugnare cum consuetudine, Rondeletius rationem subingit ex Diox. loco, qui ait nucibus cupressi strumas curari posse. Hæc videntur pugnare cum praticis, qui omnes utuntur astringentibus in parte interna, relaxantibus in externa. Sed quia partes laxæ sunt cum defluit materia, non sunt laxandæ sed cum consistit defluxio, ut materia ad dextra trahatur. Quare in omnibus illis affectibus esse utilissimum in principio, si medicus vocaretur, medicamenta utcumque dessicantia cum levi quadam adstrictione intus extra ponere. Quod in me ipso inquit Rondeletius) expertus sum. Anginam defluxiones ad fauces prohibivi multas a scrophulis incipientibus vindicavi, nucibus illi cupressi supra partem appositis. Potest fieri tale cataplasma ℞ nidi hirund. ℥ iij pul. nucum cupressi ℥ j olei ros ℥ ß excipiantur oxymelite, fiat ad formam cataplasmatis; applicentur in lateribus colli. Hoc medicamentum leviter astringit partes laxas, pituitamque illam tenuem jam defluxionem exsiccat. Si induratæ fuerint glandulæ illæ internæ, curandæ sunt ut scrophulæ: nam scrophulæ adenæ sunt induratæ. (*Obs. IX, lib. XVI.*)

De ulceribus malignis tonsillarum.

Petri Gualtheri cerevisiari Delfensis uxor Sophia nomine, mulier Dordracæna, anno 1558 cum per multos annos ulcera tonsillarum serpentia habuisset ex acri et salsa fluxione, et cum nullis remediis curari posset tandem cum frequenter ulcera linimento attingerentur quod ex cinere centaurii minoris constaret et stercore canino pulverisato et melle ad crassamentum ut melius adheret, magno cum nostro honore per me curata fuit ab ulceribus serpentibus.

Scholia.

Eo tempore in mentem mihi venit historia Galeni de stercore canino, quæ ita habet: disseram (inquit) nunc de stercore canino, quo uti assidue convenit prœceptorum nostrorum quidam, sola ossa cani edenda exhibens duobus continuo diebus : ex quibus durum, candidum ac minime fœtosum stercus proveniebat. Hoc igitur acceptum, desiccabat, ut cum postea usus postularet, facile ad levorem posset redigi. Utebatur eo ad anginam, dyssente-

riam summe inveterata ulcera : ad anginam quidem iis admiscens, quæ alioqui huic effecto congruebant : ad dyssenteriam, lacti illi immiscens, cui decocto calculos vocatos et ignitos injici ante posuimus ; aut, ut ego postea ob parabilitatem, ad ferrum confugi, id solum generosissimos quosque discipulos docebat. In his ergo duobus multum expertus sum stercus caninum esse medicamentum mirabile, sicut in ulceribus extreme malignis. De stercore autem humano valente ad gutturis phlegmonem, in qua timetur gutturis suffocatio vide eodem loco præcitato. Sic nobilem quemdam generosum virum aluimus, qui cum diuturna inflammatione gutturis laborasset neque ullis remediis a medicis etiam doctissimis curari posset, ecligma confecimum ex stercore canino (pharmacopæi nostri album Græcum appellant) saccharo penidio et syrupo viol. et diamoro, pulvere ireos ad ϶ ʒ injecto, ad stercoris odorem refrenandum ; quo quidem remedio cum usus esset convaluit. Cæterum post abcessum tonsillarum aliquando sequitur ulcus sordidum modo malignum, quo et graveolens fit malum in tonsillis : modo erit citra phlegmonem ex humore salso et acri, qui molles humidas calidasque tonsillas prorsus exedit, nonnumquam ex contagionis labe incipienti lui veneræ familiare est : ut nosquam sœpissime observavimus innuneros sæpe curavimus, ut de morbo Gallico dicemus. Jam quoque in prædictis partibus crustosa pestilentia ac serpentia ulcera oboriuntur, fine ex præcedente influxu, sine ex quavis alia causa, nulla fluxione præcedente, modo a consuetis inflamationibus suppuratis maxime efferatis perficiuntur. Frequentissime quoque in pueris aphthis præcedentibus etiam in ætæte jam perfectis et his qui vitiosis humoribus abundant : qualia quoque illa sunt ulcera quæ vere contingere solent pestilentibus constitutionibus. Succedit ægris difficultas transglutiendi, suffocatio coarcervatim insidit maxime, cum rubor subeat mentum ; aut ubi hæc acrimonia præterierit nomenque depascitur, locos excipit, succeditque una putrefactio. Virginibus quoque (ut diximus) circa vigoris ætatem mensium purgationem appetentibus evenit. Curantur totius corporis curatione præmissa at reliquis diversionibus. Paulus adhibet diamoron rosis inspersis, vel rhus siccum, vel decoctum, vel succum mali, vel punici cum corticejusculum expressum. Reliqua vide apud Aetium, sum-

matim tonsillarum. Columellæ ulcera eodem modo curantur; quoad aphthas in quibus hoc observandum, quod cum omnia ulcera interna oris serpentia sunt, idque ob partis mollitiem laxitatem (quod non accidit partibus externis) vehementius exsiccantibus adstringentibus gaudent, quam externa ulcera, tum ne amplius serpent, tum quia semper a saliva (ut dictum est) fiunt humidiora ; unde medicamentorum vis refringitur; interea conandum in universum ne digitum quidem locis admoveamus, aut levi tactu manum admoliamur, sic magis irritantur si crusta admoveatur; sed pinnula illinenda dictis; quorum copiam apud Aetium, Paulum, Galenum invenies. Crustas egregie tollit (Aëtio teste) caninum recrementum melle illinitum, ustarum hirundinum cinis, centaureæ minoris ustæ cinis, quibus nostram mulierem a serpentibus, crustosis ulceribus curavimus, vel crocodili tritum inspersum, vel cum melle illinitum; etiam lac gargarisatur, ne longius serpæt crustis solutis, anthera remedia seu florida adhibenda. De his vide Aetium, Benedictum Veronensem, qui, refert excrementorum hominis cinerem maderi tonsillis, Pantherarum exemplo quæ cum aconito devorato strangulantur, excrementis humanis liberari traduntur. Hirundinum cinis cum melle egregie valet, et emplastrum est nid hirundinum, quo nos sæpissime felicissimeque usi sumus.

(*Obs. X, lib. VI.*)

De puella nubili sæpe inflammatione tonsillarum, columellæ ac earundem ulceratione correpta, quæ anginam periculossimam incurrebat.

Puella nubilis annos viginti tres nata, cui menstruæ evacuationes nunquam apparuerant, frequentissime inflammationem tonsillarum et columellæ ac earumden ulcerationem incurrebat Tandem vero et anginam passa adeo vehementem, ut suffocata videretur. Ad quam vocati, anno 1561 mense Augusto, columellam non solum quoque inflammatam, verum etiam ulceratam invenimus, ut de eadem præcidenda cum chirurgo consilium teneretur. Tonsillæ adeo cum ulceratione excreverant, ut de subitanea suffocatione metus esset. Puella (ut fieri solet) consilio medicastri sequita, gargarismo ex salviæ decocto cum-

lacte ad quatuor dies adhibito, cum eamdem suffocationi vicinam inveniremus, spiritum ægre trahentem, de vena malleoli incidenda deliberavimus, ut menses simul evocarentur : sed quia jam quartus dies esset et ex angina suffocatio immineret, a loco magis proximo, nempe cephalicam venam in brachio incidere jussimus, cum alvum ex acuta glande prius deposuisset, sanguine ad uncias quinque extracto, idque sub nocte Mane. in diluculo redeunte, cum paulo melius spirare posset, utrasque tamen venas sub lingua aperire jussimus, adhibitis quoque gargarismis moderate repellentibus et quibus vis quoque discutiendi inerat, cum in principio vocati non essemus ex ros. malva, sem. cydonior. fic. postea adjicientes, sed quia ex ficubus columella laxior fieret, a ficubus abstinuimus, uva relaxata bolo arm. elevata. Sed quia columella postea videbatur ulcerata, lacte cui ros et folia plantag. incocta erat, gargarisato, chirurgus rhodomelite cum stercore canino tonsillas ulceratas penicillo attingebat panno lineo circumvoluto. Extrinsexus cataplasma appositum fuit ex hordei farina et fœnugræci polline, foliis malvæ et chamomillæ prius coctis et adjunctis. Cæterum cum his remediis adhuc parum proficeremus, febrisque incresceret alvo, tum satis fluxa, et ipsa ægra intra septem dies parum cibi cepit, cum tamen vires adhuc satis valerent, saphenam incidere instituimus usque ad uncias fere sex, qua sectione non solum a febre liberata est, sed et ulcera tonsillarum solo gargarismo et lacte cum melle adjuncto recte curata sunt.

Scholia.

Tantum hic profuit sanguinis missio ex talo, ut, reliquis medicamentis non satis juvantibus, a strangulatione imminente tonsillis ulceratis curata fuerit, quibus virginibus ex Aetio diximus obnoxias esse ante tempus mensium vel eo tempore cum erupere debeant. In fine nos commode lacte, vel melle pro gargarismo usi sumus, Aetius cohibito jam ulcere pascente lacte samia terra permixta gargarisare jubet. Oportet autem in ulceribus repurgandi explanandique. Valde sollicitum esse non tantum in adultis sed etiam in faucibus, qui aliquando sunt passi convulsionem, in ulcerum repugatione : aliqui via transgluttiendi exsiccata, deglutire non possunt. Aetius puellam monet post

quadragesimum diem consumptam esse, quum se jam a morbo recolligeret; aliquiusque ad septimum diem, plurimi periclitantur. At nostro tempore ex *lue Gallica* hæc ulcera multo maligniora evaduut, de quibus suo loco scribitur.

De ingenti gutturis apostemate interno.

Vir qui portas conficiebat Alcmariæ, annos 36, complens hyeme, cum fluxionem ad guttur experiretur, non magni faciens, intus apostema ad magnitudinem ovi auctum circa fauces et epiglottidem obortum, ut, ne minimum quid transglutire posset; et cervisiam si biberet, rursus elatam in palatum per nares fundebat. Octavo autem die a mali initio cum glande acuta alvum exonerassem, cephalica vena secta fuit in cubito; deinde post quatorhoras etiam ex venis linguæ cataplasmas sequens exterius apposita est etiam gargarismo sequenti utens, die subsequenti mane ruptum est apostema, ingenti copia saniei effluente : ℞ florum meliloti, folior. malvæ, viol. ana m. j. flor. chamomill. p. j. rad. althea mund. ℥ j. ß nidum unum hirundinum pistentur ; adde farinæ hordei, fœnugræci ana p. B. olei amygd. dulc.; butyri recentis, olei liliorum, chamæmelini an. q. s. fiat cataplasma, loco affecto exterius apponatur. Gargarismum vero tale erat : ℞ rad. altheæ ℥ j. folior. viol. malvæ, plantag. an. m. j. florum meliloti m, ß flor. ros. rub. p. j. seminis lini, fœnug, althææ malvæ ana ʒ iij, seminis cydon. ʒ j. nidum hirundinis cum plumis incisum. ficuum pinguium num°. 5. j. uvarum, pass. ab. arill. mund p. j. hordei mundati m. j. fiat decoct in aqua communi pro lib. i j. et, exprimantur et colat excipiantur, addendo mellis ros. colati ℥ ii j. diamori ℥ ij. misce pro garg. Interea continuo capiebat follicula cassiæ recentis, supra linguam ponendo ac sugendo, donec materia liquescens paulatim sine deglutitione in gulam descenderet. Hoc enim modo habebam et maturationem et levitionem suavemque resolutionem et doloris sedationem et erat quasi nutrimentum loco cibi et potus cum neque bibere aut deglutire æger aliud posset antequam apostema ruptum esset, et sanies copiose effluxa, pro ulceris abstertione aqua mellis gargarisata ; deinde pro mitigatione lacte tepido, ultimo vero ad conglutinationem cum decocto plantaginis majo-

ris et arnoglossæ, consolidæ minoris, et tandem cum nostro honore, nutu Dei probe convaluit.

(*Lib. XV, obs. XII.*)

De synanche cum erysipelate phlegmonoso in facie.

Pistor quidam Alcmariæ anno 1552, in hyeme, mense Februario, subito inflammatione faucium interna (quam synanchem vocamus) correptus, strangulationem fere incurrebat; simul cum erysipelate phlegmonoso totam faciem occupante. Hic autem in via butyracea cum decumberet et pæne suffocationi vicinus esset, neque in principio medicum admisisset, cum strangulationem præsentiret, me vocat, statim secta vena cephalica et eodem die etiam venis sub lingua ; et cum jam initium prætеriisset, et status morbi immineret, gargarisma magis resolvens quam repellens prescripsimus ; et gutturi cataplasma admovimus ex farina hordei muccilag. alth., lini et oleo lilior. et amygd. dulc. factum, foliisque viol. et malvæ. Topica erysipelati phlegmonoso in facie existenti non apposuimus, neque quicquam quod intro repellere posset; imo, naturæ id reliquimus, cum recte dixerit Hippocrates, ab angina habita rubor in pectore, bonum : ita et in facie non minus bonum fuit. Quarto die potuit deglutire ; exhibitum est serum lactis cum cassiæ ʒ v. j. et catholici ʒ ij. alvo satis soluta sed quia facies adhuc phlegmonosa permanebat, quinto die concurbitulæ cum scarificatione affixæ sunt : et sexto diacatholici ℥ j. diag. gr. j. cum sero lactis imbibita : et septimo die gutta rosacea sedari cæpit ac minui; et sanitati restitutus fuit.

(*Obs. XX, lib. XV.*)

De parasynanche.

Colonus in pago Poeldikio dicto, annum quinquagesimum agens, parasynanche, id est, faucium inflammatione externa laborabat. Ad quem cum secundo die prius accessitus essem, non sine febre erat, doloremque ingentem patiebatur cum colli tumore externo versus maxillam procedente cum ingenti faciei rubore, adeo ut nec cibum nec potum deglutire posset. Ut enim cum eodem die alvum deposuisset, neque os ob tumorem bene

aperire posset, vena cephalica illi secta fuit in brachio dextro, cum in dextra parte tumor eundem affligebat. Loquela quoque erat impedita. Hoc gargarismo etiam usus est ℞ aquæ plantag. lib. j. S. y. i. granat., diamori ana, ℥ j, mellis ros. ℔ misce : altero die, cum non bene loqueretur; quamquam os nunc aperire poterat, ita ut venæ sub lingua sectæ fuerint. Deinde gargarismo dicto addito hyssopo et glycyrr. et melle ros. solo, et exterius cataplasmate imposito ex rad. altheæ, flor, meliloti, chamomillo folior. malvæ cum farina lini et butyro, per modum resolutionis et ita curatus est.

Scholia.

Arabum sectatores et qui supra Rhazem commentati sunt, anginam quamcunque, quæ per resolutionem terminatur, quinque intentionibus curant : optima victus ratione, tum vitæ institutione. Deinde divertunt humorem fluentem ad locum apostematis vel inflammatum. Tertio leniter repercutiunt. Quarto digerunt, si possunt. Quinto eradicative evacuant. Quibus nonnulli sextam addunt nempe resolutionem. Alii ad duo tantum fundamenta hæc referûnt, ut augmentum fluxum inhibeant, et quod fluxum est remoneant. Quod si angina terminetur per viam collectionis, ad saniem scilicet vel suppurationem quatuor alias intentiones adjiciunt : maturationem, ruptionem, abstertionem, consolidationem : ut postea exemplis docebitur. Rursus quidam communem curationem (ut antea ostendimus) ad tres partes inducunt, nempe victus rationem, materiæ evacuationem diversionemque, fluxus inhibitionem : particularem vero, ut diximus ad topica remedia tam intra quam extra adhibita. Rursus non desunt qui ad triplicem scopum hæc referunt ; in evacuationem, fluxus inhibitionem, diversionem. Secundo debetur causæ conjunctæ hæc particularis curatio dicta. Atque hæc denuo tres intentiones in re complectitur : primo repercutientia, discutientia; secundo, tertio resolventia si per resolutionem terminetur. Alioqui succedit maturatio, quæ, quatuor intentiones in se complectebatur, ut paulo ante meminimus. Tertius autem scopus utrique, causæ antecedenti conjuncta communis est. Atque hæc iterum duas intentiones habet, ut accidentium correctionem, regimen vitæ. De his vide

Gatenariam, Gradum, Arculanum quamvis, hæc ipsa ex iis quæ dudum diximus, per se nota sint.

(*Obs. XXI.*)

De angina admodum periculosa in prægnante, in qua musculi gutturis interiores et exteriores simul inflammati erant.

Scribit Hippocrates mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale esse, lib. 5. aph. 30, præcipue vero, teste Galeno in Commento, si cum febre sit morbus, necesse est ut et ipsa sit continua. Idem Hippocrates refert lib. eodem aph. 31, mulierem, utero gerente, sanguine misso ex vena, abortiri, et magis si fœtus sit major. Experientia tamen quotidiana experti sumus, utrumque non semper veritatem habere, quod neque talis morbus acutus in prægnantibus semper sit lethalis, et quod non semper abortiat gravida sanguine misso; ut exemplis etiam, cum de febribus ageremus, ostendimus. Ita et nunc novimus mulierem, quæ annum trigesimum sextum agebat, in sexto mense prægnantem ; ad quam anno 1562, in pago cui Sylva nomen erat, prope Delphos, decumbentem gravissima angina, in qua musculi gutturis interiores et exteriores inflammati erant, adeo ut pæne suffocaretur, accessiti fuimus cum jam secundus dies ageretur, quo fauces præoccluderentur ob insignem tumorem, qui in parte dextra colli durus hærebat, superius etiam fauces occupans, et intus tum guttur, tum fauces simul comprehendens, cum febre continua et capitis insigni dolore vix spiritum trahens, gulamque præoccludens, ut neque potum neque cibum quamtumvis mollissimum deglutire posset. Cum nocte præcedente alvum per se dejecisset, et vena secta esset, quatuor unciis sanguinis emissis, ne animi deliquium sequeretur in prægnante, deinde gargarismis aptis, sicut tempus morbi suadebat, adhibitis; et inunctionibus in collo peractis, tum emplastris commode impositis, et cataplasmate conveniente collo admoto, et venis etiam sub lingua sectis, tertio die tumor qui intus latebat parum detumuit, ut deglutire potum potuerit. Rursus cataplasmate discutiente et parum emolliente etiam adjuncto nido hirundinis, post meridiem spectavimus tumorem magis ad exteriora

vergere et cum iterum admoto emplastro conveniente (cum melius transglutire posset) mane j ℔. cum aquæ scabios. ℥ ij. in nocte sumpsisset, ter alvum deposuit; et quarto die post alvi subductionem melius alimenta liquidiora sumere poterat et cum aliquo modo tussiret. syrup. viol etliquiritiæ, adjecto zacch. penid. lambebat; etiam cataplasmate adhibito, per resolutionem curata fuit in septimo; febre quoque eam relinquente, cum ab adstantibus pro deplorata habita fuisset, sanitati reddita est.

Scholia.

... Id evenit Benivenio in quodam Alexandro Serraiio ; cui neque rubor neque tumor ullus intus in gula aut extra ostendebatur..... Memini ego similiter cum in Italia studii causa agerem, viros doctissimos in consultationem vocatos, qui de nobili juvene angina laborante penitus desperarent, cum abcessus intus in gutture lateret (qui nequaquam scalpello attingi poterat) prius æger succumberet, quam intus maturus rumpi posset ; quod se vero per se rumperetur, spem curandi superesse, quod æger quidem jam audierat usque discedentibus, famulum ad se vocat et laqueum trahi in lecto sedens injici jubet, atque manu per funem se lenans, altera vero manu, digito in guttur immisso, abcessum vi perrupit, et revocatis medicis, qui adhuc in vicinia erant, dicebat ruptum esse abcessum, si quid consilii superesset ad curationem, eandem statim adhiberent, quare adhibitis detergentibus et deinde consolidantibus, ex inspirato ad cupitam sanitatem hoc modo pervenit. Non solum gutturis seu laryngis et faucium atque laryngis inflammationes sed et tonsillarum quandoque adeo magnæ sunt, ut gutture occluso (utraque videlicet tonsilla affecta vel gutture ipso aut faucibus) nec potus nec cibus transmitti queat vel non absque summa difficultate, ut et Dodonæus supra illud exemplum observationis Benevinii annotat. Tumores vero quandoque ita augentur, præsertim ad suppurationem vergentibus inflammationibus, ut ore hiare nequente dentes cohaerent, ac strangulationis passionum immineat. Abcessus vero rupto, copiosioreque erumpente pure (ut et sequens exemplum ostendet) solutio sit, et ore patulo, et gutturis quoque meatus patet.

(*Obs. XXII.*)

De angina periculosa per suppurationem finiente.

Dictum est prius, quod angina sit periculosa, si post febrem fiat uti aliquando evenit mulieri cuidam Delphensi quinquagenariæ, quæ in domo, insigne malum habente, decumbebat. Ad quam cum ingressi essemus, atque inflammationem ingentem intus in gutture haberet, quæ et tonsillas ac uvulam occuparet, facta venæ sectione ex cephalica in brachio et lingua, et electuario lenitivo cum decocto communi sumpto, gargarismata apta nihil juvarunt, cum ad suppurationem malum tenderet quod ex signis præsentibus animadvertimus (nam post quartum diem dolor, qui plurimum ægram afflixerat, sedabatur) cum enim ex toto maturatur, fervor mitigatur ac dolor mollitur ; cum enim remissiora sunt symptomata et perstant ultra quartum diem, tunc maturatio plerumque est expectanda, (hoc in materia admista pituitæ sæpe evenit, præcipue si in externis communicet) ; nam et hæc tumorem quoque exteriorem experiebatur, etiam intus ad abcessum tendentem. Et tunc amplius cum dissolventibus contendere non oportet, sed cum concoquentibus et mitigantibus ; quæ tamen ab astringente aliquo prorsus non absolvantur et sic gargarismate usi sumus ex decocto ficuum, cum spica, croco et melle, et fœnugræci et althææ, rosisque in exigua quantitate admistis. Similiter emplastrum sequens maturativum nonnihil et rumpens extrinsecus admovimus : ℞ rad. althææ mundatæ ℥ ij. rad. lilior. ℥ j. ficuum pinguium num. V. folior malvæ m. ij. flor. meliloti, chamomill. ana p. j. coctis et contusis adde nidum hirundinis, farinæ hordei m ß. olei chamomill. amygd. dulc., butyri recentis ana q. s. fiat ad modum emplastri. Eo vix ad horam collo imposito et maxillæ usque ad aurem, intus ruptum est apostema : deinde solo abstersorio gargarismo utens convaluit.

Scholia.

Si angina ad suppurationem tendat, tunc quatuor intentiones curandi (ut paulo antea diximus) resultant : nempe maturatio, ruptio, abstersio, et consolidatio. In calida angina, concoquit, maturat, et in pus vertit gargarisma ex decocto seminis malvæ, passular. myxis, viol, rad. dul. hordei mund. addita sapa. Em-

plastrum ex rad. althææ, lilior. alborum aqua coctorum, addita axungia et butyro; etiam succus fructus siliquæ Ægyptiæ illinitus. In frigida decoct. hyssopi, ficuum, muccilag., sem. malvæ, caulium, ficuum et butyri recentis cum decocto glycyrr, ad formam lambitivi vel gargarismi. Alii extrinsecus applicant emplastrum ex cæpa alba vel porro cum sæpa vel butyro, ex rad. ireos, althææ, caricis pinguibus, cum farina frumenti, lini, fœnugræci et axungia porcina, oleo liliorum, et similibus. Aliud maturans et aperiens: ficus aridas, cum aqua discoquitas, et conteritas; addendo farinam fœnugræci et fermentum molle: vel cæpam sub cinere tostam et tritam cum melle admisto emollit, maturat ac dissolvit. Dolorem sedant, maturant et aperiunt decoctum fœnugræci cum palmulis et fœnugræco vel cum mulsa. Facta maturatione, secunda succedit intentio, scilicet apostematis, ruptio : quæ modo cum medicamentis, modo aliis ingeniis, modo manu chirurgica perficitur. Maturantibus itaque addimus aliqua acria, ut hirundinis excrementa, vel cinerem, aut lupinum stercus vel caninum. Radix lilii. galbanum, pix liquida, abcessus rumpunt et facile maturant : fermentum quoque foris rumpit cum sale et oleo. Jam quoque plurimum ad ruptionem, vociferatio et fortis motus gutturis in transglutiendo, dura masticando, ac ea ipsa violenter transglutiendo, ut crustam panis : hæc enim sæpe contulisse compertum est. Quidam, ut empirici, si neque hæc innerint, candela cerea impingunt et rumpunt : oportet autem eam in gutture demittere et abcessum dirumpere. Uti fecit Amatus in Græco quodam angina laborante tentandi causa : cum ceream candelam immisisset per os, repente pus effluere cœpit per os, et æger a tam sævo morbo liberatus est, cum medici eundem pro deplorato et strangulato reliquerint. Alii hiante ore linguam deprimunt, cultrum ligneum acutum ingerunt (si abscessum attingere possunt) in guttur, et tumorem disrumpunt, vel scalpello aperiunt : deinde prono capite saniem expurgant. Non desunt, qui ubi tumorem in faucibus conspiciunt cum unguibus, aut ferro aperiunt. Quidam etiam si in tonsillis sint, unguibus propriis dilacerant tuniculam ; et pus effluit. Alii spongiæ partem ad magnitudinem avellanæ suspendunt filo, et ita ab ægro devorari jubent. Intumescit spongia atque dum vi

retrahitur, tumoremrumpit. Hoc aliibolo carnis salsæ semi coctæ ita suspenso et devorato, tum vi retracto, moliuntur. Hæc tamen omnia cum cautione facienda : memini enim quendam tonsorem sed temerarium, cui specillum (tentam vocant) immissum in guttur mulieris e manu sua elapsum per gulam in stomachum decidit; quæ postea multis annis tabida facta obiit : de qua aliquando dicemus, cum de ventriculi malis loquemur. Avenzoar antiquissimus medicus lib. I. suo Theisir cap. 13 et 14 ferro quomodo incidantur, se in capra experimentum fecisse commemorat. Sed hoc opus in desperatis anginis ex Antyllo docet Paulus cap. 33. Et Alexander Veronensis inquit: quidam in conclamata strangulatione, arduoremedio usus est; nam trachææ inter annulum et annulum sub epiglottide dissecuit membranam, et respirandi modum invenit ægrotanti; donec sedata synanche, consuto vulnere, arteria persanaretur. Talis arteriæ incisio postremum in desperatis remedium est, quod etiam veterum inventum fuit ; ætate nostra, quod sciam, factum non est; Jacchinus tamen citra periculum fieri ait : alii vero temerariam eam curationem prædicant. Aperto vulnere caput ægrum inclinandum est, ne sanguis in pulmones demissus coaguletur. Ora vulneris aceto et aqua colluenda; at exinde chalcantho profluvio sanguinis occurimus: demum ulcus percurandum est, sicut reliqua oris ulcera mulsæ et cadmiæ ut, Galenus placet : quoniam ad cicatricem perducit; sicut et lapis Phrygius ustus et lotus et tritus imponitur cum melle. Sic Nicolaus Rota à Benivenio, cum ad mortem tenderet ex angina curatus fuit « Cum inquit intellexissem medicos quæcumque oportuna fuerant præsidia adhibuisse, cœpi ipse mecum cogitare satiusne esset ægrum ipsum Deo et Naturæ, ut cæteri medici incuratum dimittere, an aliquod licet insolitum, utile tamen auxilium experiri. Verum adhortantibus his qui ægro assistebant, consilium capio, et locum altius sub ipsis maxillis, ac etiam supra collum incido : ex quo cum sanies multa pro rumperet, adeo morbus levatus est, ut faucibus ipsis spiritum simul et cibum capientibus, facilis dein ad bonam valetudinem ægro ipsi daretur regressio. Si autem per se rumpatur apostema vel abcessus, commodius scalpello aperiatur; æger capite prono etiam situandus est, ut aperto ore et capite deorsum inclinato pus commode, tum sanies egredipossit; imo subinde etæger ipse

aut medicus digito vel instrumento obtuso comprimat locum abcessus, ut sanies effluat per os, nec in gulam aut pectus dilabitur. Deinde succedit tertia intentio, repurgandi et ulcus detergendi cum aqua mellis vel zacchari; veteres mulsa detergebant, alii hordei decocto cum melle. Quæ et sequitur ultima intentio consolidandi cum linctu ex bolo armeno et syrupo ros, vel melle gargarism ℞ aquæ decoct. ros rubear. gallar., myrtill lib. j. thuris. sanguinis draconis, sarcocollæ ana ʒ ß syrup. ros. ex ros. siccis ℥ j. misce, fiat levis gargarisatio; pulverem nonnulli addunt pilorum leporis combustorum et pulverisatorum ℈ j. misce. (*Obs. XXXIII.*)

Num in omni angina vena sit secanda.

Explicanda sese offert celebris controversia : num in omni angina vena sit secanda. *Avicenna* enim (9. 3. tract. I C II) in quadam specie anginæ orta ex pituita a cerebro descendente supra amygdalas, et ad partes faucium, et colatorii, evitandam docet venæ sectionem ante declinationem, quoniam (ut ipse inquit) plus de pituita influit, et hominem suffocat. Et licet *Gentilis* et Joannus *Costæus* ad hunc locum, Avicennam explanare conentur, afferentes; ipsum intelligendum esse, quum non ex sanguine calido, aut tenui humore ortum ducit, vel cum virtus invalida est, vel pituitosi, crassique sanguinis copia redundat ; quo casu vena non est secanda, nisi postquam ægritudo principium, statumque præterierit, et humor experitur coctionem ; tamen non est bona solutio hæc. Nam in hac acuta inflammatione, licet sit suborta ab alio humore alieno a natura sanguinis ; sanguinem mittendum esse illico, monuit *Hippocrates* (lib. 4 acut. 30), quam vacuationem, virtute non ita constante, partiendam esse docuere prisci, quæ in hoc morbo magis est optanda. Coctio autem in sanguine expectanda, quando morbus venosum genus affligit non tamen in acuta inflammatione, quæ celerem expostulat vacuationem. Nam, ut scite, docuit *Haly Abbas* (6 pract c. 12) in hoc morbo illico ad cephalicæ sectionem accedere oportet, licet is a quacunque causa fuerit subortus; quoniam auctores inceperunt ab evacuatione, non expectantes digestionem, ut affirmat *Nicolaus* (sermo 4 tract. 1 C 2 de cura apostematum

gutturis). Quam sententiam amplectuntur *Valleriola* (2. obs. 14) *Dionysius Daca* (lib. 3 de apostem. cap. 120), *Massaria* et *Joachinus* (cap. angina). Si tamen in pituitosa, aut biliosa angina, eam *Mesue*, et *Rufus, Gattinariaque* non exercent, quod hi humores seligenti pharmaco sint educendi, de multa, et iterata venæ sectione sunt intelligendi.

In omni ergo angina mox est detrahendus sanguis, quum sit inflammatio urgens, cui ni succuras, subitum suffocationis periculum imminet, neque morbi expectanda declinatio est. *Avicennæ* sententia suspecta est et vere mendax, sic notante inter omnes Nicolo (serm. 4 tract. 1. cap. 7) quem sequitur Ludovicus Mercatus (lib. de morb. intern. cap. 2). Sic enim ait Avicenna : « Et decollationis quidem est species quædam existens supra galsamach. Quum ergo fit phlebotomia ante declinationem ægritudinis, descendit ad locum præfocatum. ».

(*Lib. XI, obs. XV, p. 370.*)

Num jugularium venarum sectio sit celebranda.

Jugulares venas a Celso (lib. V cap. 1) phagitidas dictas, ab aliis apoplecticas, pensiles, spermaticas, somniferas, juveniles, organicas, atque carotidas noncupatas, in suffocante angina esse secandas, antiquorum peritissimi docuerunt. *Galenus* enim (lib. de anat. vivorum. tit. de anatom venar. in principio fortis anginæ secandas esse sibi persuaslt. Firmant *Rhazis* (ad Almanzorem 5), *Avicenna* (4. I. cap. 20). At hoc data urgentissima necessitate exequendum esse auxilium, quum strangulationis periculum imminet. Tantus enim ex his venis evenire solet sanguinis fluxus, ut vix sisti possit. Quare *Albucasis* (lib. 2 cap. 43) *laryngotomiam* minime esse periculosam ancillæ testimonio ostendit, modo venis pareatur jugularibus, in quarum sectione adeo cauti, et timorosi Medici fuerunt, *ut vix reperias* ullum, qui ad earum sectionem nisi summa necessitate impulsus accedat.

Cur autem ex harum sectione inseparabilis sequatur sanguinis fluxus, ea est causa, quod hæ venæ, auctore Galeno (lib. 2. de natur. humor. 6) maximæ sint, et non ita possint conglutinari, labia invicem a se distantia, et sic harum venarum vulnera

difficilem coctionem admittunt. Quapropter *Avicenna* (cap. 20. 4. 1) omnes venas jubet phlebotomare transverse, exceptis his, quarum sectio secundum rectitudinem fieri debet; sic enim melius consolidantur. Nam alias, ut advertunt *Dinus*, et *Antonius Maria Bettus* in *comment.* non coëunt, quoniam ob motum colli coitionem impedientis, difficulter consolidantur; et sic largus sequitur, qui vix conspici potest, sanguinis fluxus, et maxime cum vulnus apte ligari non possit, et si ligatur, suffocationis periculum ex tempore imminet. Hæc sunt quæ harum venarum sectionem impediunt. Addit *Petrus Vascus Castellus* (tract. 1 de affect. thorac. cap. 7. de anginarum difficultate 9) plura alia, quæ hujus auxilii usum omnino renuere videntur. Primo, quoniam *Hippocrates* de hoc præsidio nec verbum quidem protulerit, et quod non inveniatur chirurgus, qui has venas ob ignorantiam scindere ausit, et maxime quum non celebretur nisi in casu desperato, in quo nihil medico moliri decet, cum æger solis præsagiis sit relinquendus.

Verum futilia sunt hæc, et plane nulla, cum secandi has venas, timorem arguant solum, quo ducti veteres non nisi necessitate extrema coacti, ad earum sectionem accedebant, quod difficulter coire posse arbitrarentur, quare in gravissimis ægritudinibus earum scissionem summopere approbarunt.... .

Hæ vero venæ si secentur angusta plaga, neque multum alte penetrante, et desuper medicamentum, fluxum sanguinis reprimens imponatur, *tuto secari possunt*, ut scite, advertit *Rondeletius* (in meth. curand. morb. obs. ad cap. de apoplexia).....

Hispanus quidam cum angina canina in horas strangulari videretur, et omnia universalia, et localia ad venam sectam, scarificatas in collo cucurbitulas, aeria clysteria, essent celebrata auxilia, et ipse nigricante facie velut emortuus jaceret, peritissimi medici, jugulares secandas imperarunt. Adfuit chirurgus secandi arte dexterrimus. Illas, sanguine ad caput ruente, vaporibusque multis impletas, turgentes et conspicuas resecuit; irreparabili sequito sanguinis fluxu, ægroque lapso in omnimodam virium jacturam, spes salutis obest, nullusque videtur remedio locus, quum de eo, ob violentem sanguinis fluxum, jam desparent omnes. Neque pro hoc sistendo inventum fuit quod opitularetur auxilium. Vocatus emplastrum galenicum

superimpono, colloque commode ligato, ægrum jam exhaustum refocillo, qui post horas respirare, et loqui cæpit aperto ore, et immunis ab angina deinceps sanissime vixit.

(*Lib. XV.*)

ZACUTUS LUSITANUS

De angina.

Angina canina cucurbitula sub mento scarificata curatur.

Præfocativum malum faciens necessarium, ut sit assiduatio apertionis oris, et projectionis linguæ et nominatur caninum..... Dicebat *Avicenna* (9. 3. tract. I, cap. 8) quoniam ægri suffocati, et veluti strangulati, ut aërem attrahant, exertam habent linguam, canum instar, qui, ardente Sirio, ad captandum frigidiusculum aërem, eam extra os prominentem habent. Hæc licet apud Hip. lib. 3. prog. 8 celerrime interimat, ut proprio exemplo firmavit expertissimus Dodonæus lib. exemplor. medicinal. 18. Ab hoc tamen raro evasio fit. Illa cum fœmina quædam nullo apparente tumore graviter corriperetur, claviculatos ex intervallis dentes habens, et magna cum violentia respirans, ita ut in horas strangulari videretur, et neque cephalicæ, aut venarum sub lingua sectio, in occipite scarificatæ cucurbitæ, acria clysteria illi opem ferre possent, tandem eodem die quo omnia ob procrastinationis periculum acta sunt, sub mento scarificata cucurbita summo fuit auxilio, et assumptis deinde syrupis, excretaque per sputum pituita crassa, et multa altero die melius habuit.

(*De praxi medic., lib. I, obs. XCIV.*)

Angina præfocativa intra quatuor horas interficiens.

Præfocationem caninam quandoque interficere, intra primum diem, et quartum, tradidit *Avicenna* (9. 3. tract. 1. cap. 3). Attamen cito suffocatione prehenses occumbere, auctorum testimoniis rarum est, firmatque *Trallianus* (lib. 4. cap. tit. de sanguin. mis.) : Æger circa meridiem de gutturis inflammatione conqueri cæpit. Nullus tumor in faucibus apparuit. Dolor aderat internus et respirandi difficultas summa. Cibus, ac potus assumptus illico per os, et nares rejectus. Præcesserat vehemens, copiosaque humorum e capite distillatio. Nulla pro temporis angus-

tiis remedia celebrata profuere, immo sana mente, integrisque sensibus intra quatuor horas febre validissima pressus occubuit.
(*De praxi medica, lib. I, obs. XCVI.*)

Ab angina annua quidam aperto fonticulo sub lingua, præservatur.

Quantam utilitatem præstat sectio venarum sub lingua a veteribus tantopere celebrata, hoc exemplo fuit manifestum. Adolescens frigido et humido totius et capitis temperamento præditus, ex distillatione capitis, a multis annis adventante vere, liquata forte pituita, et fluxione reddita, in anginam fortissimam incidebat, a qua, pluribus celebratis auxiliis, difficulter evadebat. Cum autem nec vacuantibus auxiliis, sudorificis præsidiis, cerebrum roborantibus, et fontanellis brachiis affixis, a tanto malo præservari non posset, natura, quæ de utilitate animantis semper est sollicita, eum ab illo malo liberavit, aperto foramine sub radice linguæ in parte sinistra, per quod cum singulis annis rivuli perennes aquosi humoris, quatuor diebus in fine mensis, tempore statuto effluerent, ab angina omnino in posterum est præservatus.
(*Obs. XCVII, praxis.*)

PLATTER

Suffocationis a catarrho ad fauces labente periculum.

Quod subitam illam difficultatem spirandi et angustiam circa fauces et suffocationis periculum attinet, quem catharrum suffocantem vocare solent non ad pulmonem sed fauces delabentem, suasi cuidam. an. 1594. nov. ut venam semel in anno aperiret, veris tempore et ut scarificatione uteretur in scapulis ter vel quater in anno pedes item frequenter noctu cubitum iturus, calido hoc decocto foveret, vel in illud imponeret. Quod ex lixivio in quo salvia et chamomilla decocta sunt, paratur.

Purgabat corpus, bis in anno, pilulis *sine quibus esse volo* appelatis, ad ℈ ij sumendo, circa mediam noctem, et si bene et citra molestiam operantur, possunt singulis mensibus sumi.

In ipso paroxysmo, utile est aqua quæ fit ex aqua vitæ bene preparata, cui saccharum candidum tanta quantitate, ut parum dulcescat additum sit, et parum aquæ cinamomi, cum pauca aqua rosarum. Et cochleare unum vel duo mox sumat ac postea lac caprinum tepidum, in quo Aizoon majus (*grosse hauszwurtz*) decoctum sit, et radix altheæ in ore et faucibus contineret.

Extrinsecus collo commode circumdaretur lana nigra succida, oleo liliorum inuncta, calefacta, panno cannabeo involuta ; vel si perseveret malum, poterit tale emplastrum collo circumdari :

℞ Nidi hirund ℥ VI. pulverisetur et coquatur in vino albo, addendo pulveris baccarum lauri ℥ j mellis ℥ j, liliorum ℥ iij fiat instar emplastri. Quod supra parvum extensum, tepide collo circumdetur. Hæc plurimum profitentur is factis Deo juvante, me sperare dixi. (*In respirationis defectus lib. I, p. 172.*)

In transitu per gulam defectus.

Figulus meus, jam per quinquenium hac deglutitionis difficultate laboravit, cibos solidiores, vel liquidiores, aut potum deglutiturus, quæ nisi paulatim et parva quantitate assumpta, in ventriculum minime descenderunt, sed supra illum, circa cordis

regionem, ut vocant, substiterunt, illicque angorem et compressionis sensum pepererunt, tamdiu donec supinus dorso incubit, tunc enim cum sono quodam, ea quæ illic hærebant, in ventriculum illapsa sunt. Hic tandem sperans se aquarum acidarum naturalium usu sanari posse, eo profectus iisque usus, illic vitam finivit. *(Id.)*

In alio.

Scriniarius quidam, vir robustus, a mensibus aliquot, quotiescunque carnem aut panem deglutire vult, mox sentit in ventriculi elatiore regione, magnam compressionem, quæ eum ad vomitu assumpta, iterum rejicienda adigit, si vero quandoque in ventriculum hæc illabantur, statim levamen sentit, flatusque; tunc per rectum erumpunt. Idem illi si affatim bibat, accidit, ut et potus subsistat in œsophago, donec per vomitum rursum ejiciatur maximeque hoc si prius aliquid solidi deglutierit et superbibat, evenit ut simul retenta, magnam illi molestiam pariant, donec omnia evomuerit.

In me ipso.

Aliquoties hoc mihi in hac mea senectudine accidit, carnem tenaciorem, aut duriorem, vel minus incisam, aut masticatam deglutienti, ut illa in œsophagi ingressu in ventriculum subsistens, angustiam summam et compressionem eo in loco mihi pariat, quæ augetur, si superbibendo, bolum hærentem promovere velim, adeo ut lipothymia superveniat, nisi tussis quæ tunc maxime urget, concutiendo, ut in ventriculum labatur efficiat, neque enim vomitus hactenus, sed ructus tantum subsecuti sunt, tunc maxime quando bolus cedens, flatibus a ventriculo erumpentibus locum facit. Hæc semel aut bis, terve in anno, mihi, et tantum quando incogitanter crassiora devoro, a sex vel septem annis, acciderunt.

In muliere.

Capitanei cujusdam uxor, a multis annis, non nisi minuta et liquida, eaque non sine magno labore, deglutire potuit. Melancholica alioquin, quæ sibi a veneno assumpto, hoc uti et alia

multa, de quibus ad mortem usque conquesta est, accidisse persuasit.

In gravida.

Gravida quædam aurificis uxor, multos menses, simile in deglutiendo impedimentum passa fuit, ut fere nihil deglutire posset, sicque tandem expiravit.

Deglutitionis impedimentum cum assami loquela.

Mulier vetula in hospitali subito loquelam amisit, adeo ut verba nulla proferre posset; accedebat in deglutiendo summa difficultas, sic ut non nisi juscula, vel lac eaque minima quantitate et guttatim, cum labore deglutiret quæ quandoque in asperam arteriam prolapsa, tussim movebant, sicque; per septimanas aliquot fuit substentata. Nervorum sextæ et septimæ conjug. vitio hoc accedisse verisimile. Ad se reddiit, colluendo os frequenter, decocto salviæ in vino, et continendo in ore aquam vitæ infus. thymi.

Transglutiendi difficultas in alio.

Toto anni spatio, et amplius, cuidam Lucernæ an. 1599 cibos paulo solidiores deglutienti; in media via uti dicebat, hi subsistebant, eumque tamdiu angebant, donec superbibendo, eos deorsum propelleret, alioquin sonus, et nullum alium affectum sentiens.

Perquirendo singula, an callus œsophago ex inflammatione abcessu, ulcereve prægressis, accrevisset, vel alias ob causas, gula humiliore sede strictior facta esset, postremam hanc causam esse dubitans, cum similem casum sæpe viderim, sequentia illi ordinavi linctum hunc.

℞ olei. amygd. dulc. rec.
butyri iij.
mucil. seminis lini ij.
extract. cum. aq. violæ ij.
medul, sem. cucurbitæ j.
sem. Melonium ana ʒj.

Misceantur, fiat instar looch, cap. cochl. j. cubitum iturus et mane alterum sensim deglutiendo sæpe repetendo medicamentum ne rancidum fiat.

: Bibat item frequenter lac caprinum, cui butyri recentis et penid. portio aliqua permixta sit. Jungat latera colli, ol. amygd. butyro rec. et axungia gallinæ.

Dentium dolor, cum tumore aquoso, sub lingua et in faucibus.

Illustris quidam Dominus, qui ante biennium atheroma sub mento passus erat, et a me curatus, obnoxius ejusmodi oris, faucium et colli affectibus, quibus et jam sæpe, et ante hyemen anni præcedentis, quoque vexatus fuit, nunc denuo hoc anno in canicularibus, eosdem affectus per duos continuos menses patiebatur, delorem scilicet dentium molarium, et maxillæ, ita ut os vix aperire posset, difficultatem itam deglutiendi, tumorem in faucibus et dolorem, præsertim exsecraturus, urgentem. Vesica etiam sub lingua suborta erat, sicuti prius quoque illi acciderat et metuebatur tumor sub mento, ne denuo rediret. Multum autem pituitæ insipidæ expuebat inde sinenter, nunctenuis nunc viscidæ; accedebat calor aliquis totius corporis præternaturalis, nondum tamen febris. Urinæ subroseæ non nihil non tam horum affectuum causa quam quod ad obstructiones hepatis et icterum, cujus principia hoc pullulabant, pronus erat.... (*Lib. II*, *p. 375.*)

Faucium ulcus palatum exedens collumellamque absumens.

Cuidam in palati tunica crassa posteriore, narium amplitudinem respiciente, juxta uvulam, ulcus obortum, ex defluxione uti aiebat, spatio temporis adeo invaluit, ut magna illius portione absumpta, uvula simul penderetur unde vocem nonnihil raucam edebat, potusque quandoque in deglutitione per narium amplitudinem ascendens, effundebatur.

Licet multa tentasse remedia topica et generales purgationes sæpe repetitas, et sudores, usu decocti gaiaci, nihilominus tamen exulceratio hæc persistens alterius serpebat, durave-

ratque; tunc eum ad me venit mense April. 1513 per biennium. Difficilem fore curationem prædicens, nec collumellam amissam reparari posse, curam sic aggressus sum :

: Ut potionem vulnenariam, ex pirolæ, consolidæ, cæterarumque in *Praxi mea* notatarum plantarum decoctarum in vino paratam, per mensis spatium biberet, edocui.

: Liquoreque sequenti, seu aqua viridi exulcerato loco in faucibus cum penicello in ea madefacto, tangeret semel indies; cautione adhibita, ne quid deglutiret et proinde statim postea lacte caprino ustulato cum chalybe os collueret exspueretque. In cujus lactis poc. j. mellis e j. alum. isti 3 j. admixta essent.

: Aqua viridis sic parabatur æruginois æris ʒ j. alum. ʒ b. vitreol. minii. decoquantur in vino albo. ʒ iij. aquæ vitæ reponatur ad usum.

: Post illud per dies aliquot usum, colluat sæpe os vino in quo folia ligustri cocta sint.

: Mastiche thus, myrrham, carbonibus ardentibus inspergat, fumumque interdum per acetabulum in os intromittat.

Reversus mense Julio, cum fauces inspicerem, exulceratio nulla amplius conspiciebatur, sed omnia sana, præterquam, quod portio palati, ut et uvula deerant, quæ reparari minime poterat. Ipseque optime contentus.

Ulcus exedens carnem in faucibus.

In faucibus dolorem et ardorem mulier quædam sentiebat et præsertim inter deglutiendum et cum bibebat copiose, pars potus e naribus reddebatur, quod satis diu passa fuit.

Cum fauces inspicerem 20 Aprilis anno 1598, vidi amplo foramine, in latere sinistro juxta gurgulionem, palatum apertum, ulcusque illuc diuturnum exedens ad narium amplitudinem pertingens, per quod inter degtutiendum pars potionis, constrictis faucibus, sursum in nares propellebatur.

Ægre coalescere, sanari tamen ulcus posse prædixi, gargarismo sequente jussi uti.

Agr. plantag. et rosæ ℥ iij.
Aceti hydromell. ʒ ℥.
rob mororum cocti ℥ iij.

sachar ℥. iiij
alum. ij
vitriol. albi ℥.

Misceantur, illiusque portionem sumat, eamque cum lacte ovillo, in quo filices igniti extincti fuerint, permisceat, et gargariset in fauces bis in die.

Reversa 30 Apribis, dicebat se ardorem non amplius sentire, sed adhuc potum interdum per nares erumpere; respondi difficile esse foramen carne implere, contentam esse debere si sanetur ulcus. Denuo itaque hujus rei causa gargarismum hunc præscripsi.

℞ Aqui fabrorum extinct. ferri nerv. ℥
Aqua rosæ ℥ m
acet hydromel
rob. morosum ℥ ij
cera ℥ iij.
alum veubel alb 5 ââ ℥℥.

Et ut successive lacte ovillo in quo consolida cocta fuisset etiam fauces abluere jussi.

Sicque, ulceris labiis sanatis in circumferentia, foramenque apertum remansit, incommodum hoc tantum adferens, quod inter bibendum aliquando, uti dictum, portionem illius e naribus effunderet, quod tamen obturando, hoc foramen linteo laneo bibere volens, cavere potuit. Vox quoque rauca aliquique impedita et cava ut vocant permansit.

Eadem hæc sutori cuidam accedisse, aliisque multis, a *lue* præsertim *venerea*, sicque; curatis impedimenta hæc remansisse observavi.

Angina cum tumore faucium extrinsecus apparente, difficili respiratione et loquela.

Cuidam quadragenario viro crapulæ dedito et a teneris multis morbis inde natis subjecto (inter quos et paralysis cum puer adhuc esset, lateris dextri passus esset) statim a secundis nuptiis defluxus in humeros decidit, quam ut deverteret, suo ipsius consilio stupham ingressus, scarificatione usus est, moxque ad crapulam reversus, die festo quodam bene potus, noctu domum reversus, subito in suffocationis incidit periculum adeo ut non

nisi magno labore et erectus spiritum duceret, deglutire nihil posset, nec vocem nisi submisse profere.

Summa mane 25 junii anno. 1598 vocatus anginam esse cognovi, sed quæ a defluxione potius a capite delapsa, quam sanguinis influxu procederet. In faucibus nihil apparebat, collum affectum et veluti obstructum esse, manu ostendebat; pulsus exiguus, nec febrilis. Et quia admodum angebatur, cucurbitulas utrinque tres scapulis et humero apponere cum flamma jussi et circa meridiem repetere.

Præscripsi dein gargarismum hunc: plant. hysop. prunel. mellis rosat. diamoron. dianucum misce pro gargarismata et ut lamberet hunc, syrup. diamoron, syrup. dianucum, syrup. de hysopo et liquiritia. 31 misce.

Sub vespera vena aperta bracchium, collumque inunctum cum linimento: ol, Irini et cheiranthi. misce lana succida super applicata.

Et nox valde inquieta fuit et insomnia et mane cum verba melius proferret, dicebat se angustian in colli humiliore sede et pectore sentire, quare et collum et pectus inungere jussi hoc ungento dialtheæ.

Tumere latus dextrum colli cœpit, quod etsi adsistantes valde terreret, ego bonum esse signum pronuntiavi; quando os aperiabatur illi, vel linguam deprimebatur statim vomitus urgebat, tenacemque pituitam reddebat. Jussi eum lambere, oxymel squil. de hysop. misce et ut hoc gargarismo uteretur.

Fœces omnino suppressæ ernt, ob quam causam suppositorium introire jussi. Deglutire enim medicamentum non poterat, vixque et nonnisi maximo labore interdum cochl. lactis amygdalini sumebat, quod alioquin tamen reddebat et ex deglutitione admodum postea eructabat, adeo quoque spiritus illi erat interclusus, ut flatus ventris ex conatu illo vehementi propelleretur.

Sub noctem summe debilis erat, ita ut epithem. pulli prescriberem : aqua viol, mellissæ fungi aceti rosa. succi limon.

Tertio die mane pedes manusque frigebant, ita ut plerisque illum animam agere putarent, pulsus tamen constabat, urina rubra nihil loquebatur : nidi hirund. fabarum fœnugræci butyr fiat cataplasma et gargarismum ordinar. dactylorum fiat lin. fœnugr. cass. mellis rosæ et nidi hirundin. colentur. aliquoties utatur.....

Melius spirare cœpit, sed deglutitio magna cum molestia procedebat. Tumor in collo augebatur, emplastro semper illic relicto ; conquerebatur de capitis quoque dolore et vigiliis : Tempore itaque somni, dedi parvam hanc portionem: syrup papav. et buglos misce 3 ℥ ij.

Quievit illa nocte, aliquoties excitatus et inquietus fuit; mane de dolore capitis et gravedine admodum conquerebatur, spiritum placidius ducebat, angustiam in deglutitione statim supra stomachum sentiebat et ardorem in ventriculo quem a *rupto abcessu* fieri conficiebat, cum jam inter deglutiendum vehementem lancinationem sentiret.

Sub nocte cœpit vehementer inquietus esse, et de cardalgia conqueri, sudore, animo interdum delinquere, in lecto agitari.

Post mediam noctem dormire cœpit, adeo profunde, ut licet adstantes loquerentur, non excitaretur. Mane cum adhuc dormiret, pedes fricare jussi et quia ventriculus laborare cum materia purulenta eo descendente videbatur, jussi eum ungere cum absynth. et mastic. adjunctis.

Sequenti die qui octavus morbi erat deglutiebat melius, iterum sponte binas sedes. Ut ad cibos solidiores transiret, jussi et vinum dilutum bibere.

Quod nec stare incedere posset, mirabatur, et clysteribus acceptum ferebat, ut nostri solent, ego stultam ipsius opinionem reprehendens, ob ebrietatem in hunc morbum eum incidisse dixi, luxurioseque statim, post nuptias vivendo, totoque octiduo nihil cibi solidioris admittendo, morbum hunc lethalem et membrorum debilitatem sibi attraxisse.

Cœpit inde sensim convalescere, purgato ad huc semel corpore, unde copiosissimas sedes habuit, et si diebus aliquot postea adhuc impedimentum inter deglutiendum, sed in dies levius, sentiret, nec dum avide cibos appeteret, quod sibi familiare esse dicebat, nec mirum, cum ex consueta vini continua ingurgitatione, naturam suam mutasset, unde et sanus cum adhuc esset, colorem non vividum habebat.

Angina cum tumore in faucibus, et periculo suffocationis.

Vocatus ad quemdam anno 1596, Junio mens. cui gutturis regio adeo intumuerat, ut ne verbum loqui posset, et fere

suffocaretur, tumore in faucibus manifeste apparente, cum adhærente tenacissima pituita et lentore.

Statim cucurbitulas cum scarificatione scapulis adhibui.

Gargarismum sequentem suasi: ℞ syrup. viol, mellis viol. ana. ℥ ß diamoron ℥ j. aquarum solani. plantag. an ℥ iiij. aceti, flor. papav. rheas ℥ ij. fiat gargarismum.

Applicui collo sequens cataplasma, in illius ambitu sub mento: ℞ farinæ hordei, fabarum ana iiij. nidi hirundin. ℥ ij. stercoris canis sicci ℥ j. ß. mellis ℥ ij, ol. ros. q. s, fiat cataplasma.

Hisce recte factis, melius habere cœpit, et e summo periculo evasit.

In gula dolor ob ossiculo illic hærente.

Scriba quidam, cum in pestillo seu artocrate pullos columbinos, confractis. ut solent prius ipsorum ossibus, coctos comedens. ossiculum simul ex parte deglutiret, illic ubi abruptum fuit acutum œsophago infixum hæsit, unde tantus dolor subortus, ut misere cruciaretur, mox sequente inflammatione, et tumore, qui etiam foris in collo apparebat. Cum variis intrumentis illud detrahere chirurgus studeret, apprehendere tamen cum non esset conspicuum, minime potuit, deorsum propellere longe minus, cum tunc dolor multo exarcebatur. Vocatus jussi eum jusculo et lacte nutrire, crassiora enim deglutire minime poterat; tumori extrinsecus, cum mollis esset, cataplasma maturans apposui, ex quo exactis diebus aliquot maturari et in abcessum converti, quo aperto unam cum pure ossiculum prodidit. Postea sanato ulcere, nihil mali amplius passus est. Accidit hoc annum 1563. *(385.)*

In gula dolor, ob numisma deglutitum inhærens.

Infans quem nutrix ulnis gestabat, cum aureum florenum quem manibus versatum, ori incidisset, eum mox, antequam nutrix rursum illum eripere posset, deglutivit, qui in œsophago subsistens, cum nulla ratione inde avelli aut propelli potuerit, cum magno cruciatu eum tandem jugulavit.

Pleuritis cum Angina lethalis.

Senex quidam potationibus assuetus, Jurisconsultus, subrufus, mense Junio anno 1592, cœlo sereno, in pomœrio, juxta arcem suam dormiens capite nudo radiis solaribus exposito, expergesactus, horrore correptus, subsequente calore de dolore punctorio lateris et ardore colli conquerebatur.

Sequenti die, missa urina, cum ex ea et relatis febrem cognoscerem, et pleuritidis et anginæ principium metuerem, jussi venam secare, quod ille tamen magno suo malo, quia veris tempore prius jam aperuerat, omisit.

De dolore punctorio præsertim conquestus est; ordinavi julepum : viol. ℥ j. ß. Rosacei, syr. Ros, simpl. an. ℥. j. aquarum buglos. ℥ Cardui bened Ceresolii an. ℥. Bibat duabus vicibus mane et vesperi. Dein sacculum ex furfure et rosis madefactum in aceto ros. lateri dolenti tepide applicet.

Postea vocatus, cognovi collum inflammatum intrinsecus vehementi ardore peruri, aliaque; anginæ indicia, et periculum mox significavi. atque, gargarismum præscripsi : ℞. rad. liquiritiæ fol. Lactucæ an, m. j. fl malvæ autumnalis P, j. fiat decoctio diss. syr. viol ℥. j. B. syr. de rosis rub. sic. diamoron ana B misce; gargarizet. Item teneat ore tragacanthum.

Unguent. resumptivo collum et thoracem inungat. Cucurbitulas et scarificationem consului, sed renuit et vires protrastæ, pulsus debilis, urina confusa, et principium delirii, mortem præsagiebat, urgere nolui, sed periculum prædixi.

Sequenti die cum vires deficerent : ℞ aquam bugloss. ℥ j. B. aquæ cinam ℥ B. manus Christi ℥ ij. julep. viol 3 j. misce. Capiat frequenter.

Epithema cordiale applicetur : ℞ aquæ ros. 3 ij aq. bugl. meliss an ℥ j. aceti ros. ℥ ß pul. diamori frig. ℥ j misce.

Sed mox agone mortis subsequente, 22 junii die extinctus est.

TULPIUS

Ulcera palati.

Ulcera palati occupant, vel os, vel carnem; priora ut sunt insanabilia; sic curantur ægerrime posteriora. Vidimus id evidentissime, in pistore Alberto : cui amplissimum carnis ulcus, in palato ubi sanasset chirurgus : credidit illico, homo gloriosus, quæcunque palati ulcera etiam cum ossis carie, feliciter sibi cessura. Sed observata, minus distincte, dispari horum ulcerum natura, excidit non semel spe sua; neque tetigit perpetuo ad quem collimabat, scopum.

Quod enim ulcus, in musculis palati sanatur, id manet unmedicabile, in osse.

. . . .

Nequit tamen, vel carnem inducere, dissitis, ulceris, oris; vel ex vitiato osse, tantum colli, elicere, ut obturaret commode amplum foraminis hiatum. Sed necesse habuit, tandem confugere ad argenteam illam laminam; quam ejuscemodi ulceribus cum adnexa spongia, jubent imponi, quotquot de re chirurgica scripsere auctores. (*Observ. medicæ. Cap. XXXIIV, lib. I.*)

Prolapsus palati.

Hactenus quidem, vel omnino præteribus, vel levi saltem bra chio, descriptus fuit, a medicis, prolapsus palati. Vitium tamen non minus grave quam rarum. Cujus origo est, a distillatione humoris, deprimente usque eo, musculos sub finem palati sitos : ut præ pondere prolapsi præcludent viam spiritui, tum per os, tum per nares eruptione.

Quæ angustia, necessario, permanet, nisi dictum, ac factum scalpello humorem pertuderis, vacuatoque humore illic concluso, aperueris confestim viam, accedente ac recedente spiritui necessariam. Vidi equidem tumorem hunc, in palato, adeo celeri, ac pernicioso cursu, aliquando exortum; ut vix licuerit

cogitare, de gargarismate: nedum de aliis auxiliis, præterquam de sola scalpelli incisione, qua dextre et festinanter, in tempore instituta, vidimus non modo effluxisse inde plurimum aquæ, sed detumescente palato, protinus ad se rediisse, hominem extinctioni jam proximum. (*Lib. I, cap. XXXVI.*)

Gula resoluta.

Post vomitum, vertiginem, ac spasmum cynicum resolvebantur, sub autumni finem, mulieris quinquagenariæ tam pertinaciter musculi deglutitionis, ut gula propterea flaccescente ne guttulam quidem deinceps potuerit transmittere, licet nec dolor, nec tumor nedum ulla ipsam urgeret angustiam.

Quod resolutæ gulæ impedimentum levare voluerint medici, intromiserunt faucibus plumam acribus medicamentis imbutam, ex sententia Aetii. Sed illa non elicuit adeo pituitam musculis impactam, ut potius conjecerit ægram, in præsens, suffocationis periculum. Integra enim deglutitio, quantum depremit gulam, quando elevat invicem caput asperæ arteriæ : et dilatendo ipsius rimam, efficit ut ob adsumptum cibum, non angustius, sed liberius trahatur spiritus. In resoluta autem gula, contra quum mirum profecto non est, ægram hanc propemodum fuisse suffocatam a pluma obturante, non minus laryngem, quam gulam.

Quarum profecta partium angustia, in causa fuit, quo minus deinceps voluerit admittere salutarem illum tubulum, quem in simili necessitate describit Hieronymus Capivaccius, lib. 1, cap. LIV. Cujus ope licuisset fortassis, per os, juscula ventriculo infundere : eaque ratione vitam si non integre, aliquandiu saltem ipsi prorogare.

Quo auxilio obstinate repudatio, statuimus tamen, qua licuit, vires ipsius tueri : et cum non posset id convenienter fieri per os, infundimus tandem idem illud jus per alvum, beneficio clysteris. Quod remedii genus, quantumvis plurimi fiat, Avenzoari Oribasii, imo ipsi Celsi consilium tamen haud profuit huic mulieri : ut propterea, licet infunderetur intestinis detersis, extenderit vitam, ultra diem septimum : in quo diem suum obiit. (*Cap. XLVII, p. 82.*)

Angina interna.

Varia sunt anginæ genera, sed nullum perniciosius illo, quod produxit, vel vertebra introrsum luxata ; vel inflammatio musculorum interioris laryngis. Quorum profundus tumor, siquidem coarctet angustum asperæ arteriæ caput et ligulam illi insculptam (quæ sunt proxima vocis instrumenta) ; supprimitur non tantum vox, sed præcluditur quoque via spiritui, vel potius ipsius vitæ, quæ sine spiritu nulli dīu, durabilis. Ac proinde non inconsiderante (Hippocrates lib. III prog.) latens angina vel primo, vel secundo die lethalis.

Nota pleni habitus, correpta interdum peste nocte, ab urgente faucium angustia, traxit ilico spiritus adeo difficulter, ut excitata febre, et accenso gutture, inciderit protinus in grave suspirium, spiritum turbidum, imo ipsam mortem. Cujus periculo, quo subtraheretur, nihil non molitum : sed urgentior fuit necessitas, et vehementior, ab incluso spiritu, strangulatus : quam ut juvarint ipsum, vel sanguis mature ex utroque brachio detractus, vel incisa ranula, vel cucurbitulæ, gargarisationes, clysteres, cataplasmata, aliaque satis celeriter adhibita.

Anginam autem hanc, sine ullo tumore, in ore conspicuo, tam parum, cum juvarint salubria hæc remedia ecquid igitur sperandum ? si quis præteritis improvide remediis universalibus, ferierit confestim ranulas. Quibus præpropere exsolutis, elicitur quidem frequens sanguis, sed non tam ex parte affecta, quam a corpore universo. Per truncum videlicet venæ jugularis, cujus sanguis, attractus uberius, versus locum, per se, satis angustum, suffocat facile hominem, uti ejus infortunii exempla aliquando nobis visa.

Sed ne quem lateat diutius natura spiritus turbidi, seu πλευρα et πνευμα conspecti evidenter in hoc ægro, sciendum Hippocrati nihil familiarius esse, quam certam alicujus morbi desperationem designare, cum per πνευμα αμαυρόν, id est obscurum, tum per πνευμα δολερόν, sive spiritum turbidum.

Obscurum autem, ut vocat, spiritum extinctioni proximum : sic turbidum, qui ab admixtis, vel vaporibus, vel etiam humoribus, adeo crassus, ac tenebrosus evasit ; ut amissa vero spiritus natura, quæ consistit in æthereo splendore, ac invisibili

habitu ; non exhilaret amplius cor ; multo minus digerat convenientem aerem inspiratum ; nec dat debitas fuligines : sed conspiciatur efferri turbulente impetu ; et foras prodire ad instar alicujus fumi, elati vehementiores turbine, sive ab udis, atrisque cespitibus, sive a suffocatis carbonibus.

Fatiscit quippe sub tali spiritu cor : et debiliatur eatenus calor vitalis ; ut fuligines sive retentæ, sive spiritui perperam permixtæ, vel opprimant, vel interimant hominem ; quod adspectu dixit forte Hippocrates. lib. I. prædict. :

« In acutis, tenues sudores, circa caput, malum ; sed præcipue, cum urinis nigris ac spiritu turbido ».

Quasi diceret, siquidem vires ita sint debiles, ut non moveant sudores præterquam in capite ; et accedat præterea urina, quæ nigredinem contraxit, vel ab extinctione calidi innati, vel ab atra bile illi uberius immixta, periculum est, ne pereat æger. Sed si præter commemorata, adversæ valetudinis, vitia, videris utique in ipso spiritum turbidum, actum est, et ne salus quidem ipsa talem servaverit hominem. Fit enim spiritus turbidus, non nisi in extrema lucta, in qua dum satagit anima impedire, qua potest, sui dissolutionem, concitat violento impetu, quicquid in corpore, mobile est.

Et permixtus limpido spiritui, vel crassis fuliginibus, vel atra bile, aut sanguine qualicunque reddit cum summe turbidum ; excitando præter crassiorem aliquem halitum, inæqualem, ac sonorum illam agitati spiritus difficultatem : quam in moribundis, interdum confundit cum stertore, medicorum vulgus.

A quo tamen siquidem lubet, distinguere turbidum hunc spiritum ; observa cum judicio sonitum vel hominis ab apoplexia, vel bovis a lamione morientis. Quorum pectora post obitum si reseres, videbis asperam arteriam spumoso sanguine ubique obsitam, seu veras turbati spiritus reliquias. Quas procul dubio quoque intellexit Poëta, ubi dicit :

Ecce autem duro fumans sub vomere taurus,
Concidit, et mixtum spumis vomit ore cruorem.

(*Caput LII.*)

RIVIÈRE

Angina.

Quidam angina laborans trahebat inflammationem juxta superius osculum œsophagi ita ut nil deglutire posset; sed cum canna in œsophagum intromissa esset, juscula in stomachum accepit, et mox liberatus est. (*Obs. LXXII, l. III.*)

Tonsillarum inflammatio.

Die 21 mensis maï anni 1653 uxor domini E. tonsillarum inflammatione laborans, morbo gravissimo correpta est, cum paulo post secuta est ulceratio cum dolore maximo, et celebrata venasectione, et gargarismo cum oxycrato in pharynge injecto quod sequitur.

syrup. acet. et rosarum siccarum III once.
sachari albi II once.
aqua fontis q. s.

Brevi tempore sanata fuit. (*Obs. LXXIIII, l. III.*)

Angina.

28 octobro anni 1650 vir C. Nemausensis 30 an. natus gravi angina laborabat, quæ deglutitionis libertatem omnino abstulerat ita ut ne guttulam jusculi haurire posset et a 24 hor. nihil asumpserat præter aquam, quæ difficilius in stomachum veniebat. Sed cum aqua benedicta æger multam pituitam rejecit et brevi tempore sanatus fuit.

FONSECA

Angina citissime mortalis.

Mulier fortis, in ætate 30 annorum, et boni habitus hora diei decima dolorem persensit circa guttur et fauces; suffocabatur, nec nisi sedens stare poterat, nec cibum, ac potum deglutire ; vox obscura, oculi eminentes; nihil ruboris, aut tumoris apparebat in faucibus. Ex his colligere certe potuimus affectum esse anginam primæ speciei ob inflammationem erysipelatodem musculorum internorum laryngis, qui et tumore et contractione viam spiritus claudunt. Causa vero sanguis est tenuissimus et biliosus. Erat autem gravissima angina et acutissima, ut ex symptomatibus colligebatur, et quamvis et prognostico Hip. tertio lib. prognosticorum hæc angina mortalis est, non tamen relinquendam ægram putavimus, sed illico de cephalica brachii dextri libra una sanguinis extracta est. Non cedente malo venæ sub lingua sectæ fuere, cucurbitulæ collo post aures, sub collo positæ et mento adhibitæ et per universum corpus a pedibus usque ad humeros; fomenta collo et faucibus ex oleo amygdalino tepido adhibita, et omne genus revulsionis. Nihilominus intra decem horas mulier e vita discessit.

Illud dubitationem habet in illo casu si morbus erat lethalis, ex sententia Hippocratis, et non curandus; erat enim signis prognosticis relinquandus. Sed nec omnis angina primæ speciei est necessario mortalis, ut ipse Hippocrates scripsit....

HARTMANN

Hartmann a puisé beaucoup dans Paracelse, c'est à ce titre que nous le reproduisons.

Cura anginæ.

Anginam vel incipientem vel etiam confirmatam, præsertim si febris urgeat, subito vomitoria, imprimis aqua benedicta tollunt. Sic nimirum inflammatio cedit, et ulcera vel apostemata rumpuntur. In omnibus vero hisce respiciendum ad naturam patientis et virium robur.

Quod si ergo vomitoria locum habere nequeunt, recurendum statim est ad *specifica*, quæ nihilominus etiam post vomitoria locum habere possunt talia sunt. 1 Quod est apud *Paracelsum* in tractatu de pestilentia ad Sterzingenses. quod ♃ vj vel viij cancros vivos (cancri insigniter refrigerant) sedi majoris M iij, vel iiij, qui invicem contusi in mortario, et postmodum expressi succum reddunt, quo lingua et fauces sunt fovendæ, vel ipsa lingua radenda, imo ejus (sed parum valde : gutt. videlicet aliquot) in liquore conveniente aliquid intro concedendum.

2 Est experimentum Anton. Kutzmapis civis Augustani, quod ♃ sedi majoris ℔ j. Contunde in mortario et exprimatur succus. Hujus ♃ ℔j.adde ℥ ß relinque in loco humido usque solvatur et postea destilla per alemb. Hac aqua sæpius ablue linguam calide et tepide. Est probatissimum. Vide Conradinum.

Nota.

In hoc casu aliquid addendum est ad plantas illius de sede majori.

Quod si gargarisare nequeat, sipunculis injiciendus est gargarismus. Post singulas gargarisationes. ♃ corium de lardo (speckschwarten) duos digitos latum et assulatim incide, ex ea parte, qua adhuc lardum est, et pone ad linguam, ut aliquandiu detineatur. Sic nigerrima cuticula linguæ resolvitur, et tandem discedit et curatio sequitur celerior.

Externe ad collum ipsum applicetur emplastrum ex nidis hirundinum (integris et albo græco ana) cum aqua ferrariorum coctum calide.

Pro potu dissolve ℈ vel prunell. (vinum non detur) ij in aq. fontanæ II mensura.

Anginæ conferunt ea in quibus sal nitrosum Ammoniacum delitescit, ut stercus canis albi ossa rodentis, in aqua probe coctum et cum melle exihibitum.

Rasuræ dentis Apri iij cum oleo amygdalarum dulcium et saccharo.

Cinis cancrorum ustorum.

Cinis hirundinum.

Consolida medic. prunella, uvularia, cervicaria, mentha crispa, rubus idæus.

Angina notha.

Angina notha puerorum curatur emplastro modo dicto.

Caput viperæ exsiccatum et collo appensum commendatur, pro *amuleto*.

♃ noctuam unam, cum pennis combure et F. pulvis, cujus postea modicum in guttur immittatur ; aperit et rumpit apostema mirabiliter, quod tum in extinctione inflammationum tum in resolutione apostematis plurimun valet.

Exibetur ejusdem in haustu aq. fontanæ calido 3 ii aquam misce cum sp. vini et sp. an 3 (vide Crollium).

♃ aq. semper vivi ij
prunella a ℔j.
salis armoniaci j.

M F. Gargarisma et perutile quoque
crystallum vel anodynum minerale, ut vocant, seu lapis prunellæ. (*P. 78.*)

Tonsillarum inflammatio.

In tonsillarum inflammatione valet gargarismus prædictus (de quo in gustu abolito) 2. Externæ inunctiones cum oleo amygdalarum dulcium simplici (sine additione olei vel ceræ).

ʒ. cataplasma ex mica panis tritici cum melle, cito inflammationes sistit.

His omnibus prævalet menstruum in acet. dissolutum et applicatum. Id. folia raphani sylvestris foris applicata.

Abcessus tonsillarum.

In abcessu seu putredine et ulcerationibus tonsillarum gargarismus, supra de gustu depravato et abolito traditus ; multum potest. Mundificat nimirum et consolidat, si præsertim cum reliquis adjiciantur folia plantaginis. Itaque ipsius usus in ulceribus internis maxime utilis est.

In sordidis vero recurrendum est ad mundificationes fortiores, qualis exsspectanda est aqua illa viridis secunda, de qua supra de ozæna dictum.

Postea decoctum veronicæ et melle eadem ulcera facile consolidat.

VAN DER WIEL

Abcessus in faucibus cum cibi potusque per novem dies continuos abstinentia.

Gubernatrix Nosocomi Scheveringani corpore tenuis admodum, at sanguine abundans violenta vexabatur febri, non sine magna gulæ inflammatione, ac tumore, quem synanchen dicunt. Quamvis ipsi vena scissa, aliaque remedia uti decebat, admota essent, musculi tamen œsophagi ita ipsi obsidebantur, ut per 9. dies nec cibum, nec potum intromittere posset; nihil etiam liquoris (ita ipsa retulit) per fauces descenderet, at omnia in os immissa per nasum emitterentur; ita ut vita ejus periclitaretur, accedente etiam vocis defectu. Verum nono die liberata fuit, ruptusque una faucium parte fuit abscessus, dieque sequenti pariter altera parte, ita ut temporis tractu ad priorem redditur valetudinem. (*Obs. XXV, p. 103.*)

Pulvis pyrius e tubo ferreo (musquettam nostrates vocant) in gulam explosus.

Joh. Goblyn, gallinas, ac id genus avium vendere solitus, hic Hagæ habitans 6. Maï. an. 1649 nundinarum tempore, quo cives in armis esse solent, ex ejusmodi tubo explodere pulverem gestiebat incensum, cum vero dubitaret (ab alio enim cive acceperat) num gravidus esset tubus, eum altera sui parte in terram demissam orique admotum inflavit, quod cum faceret, contigit, ut adstans aliquis casu instrumentum illud, quo ignitus fomes pulveri admovetur, ita pede tangeret, ut incensus in os prosiliret pulvis.

Hinc ejus palatum, gula gingivæ, nec non lingua ustulabantur, atque adurebantur leviter. Cumque ipse cum chirurgo Cornelio de Jong ad hunc vocatus essem, post venæ sectionem illi mox oris collutionem præscripsi ex aqua plantag. *sperm. ranar.* et muccilag. sem psylly. ac cydonior. præparatam, nec non idoneos linctus lactisque cremorem dulcem, etc.

Quamvis autem ille optime respirebat nullum tamen potum, adeoque minus cibum deglutire valebat, via iis occlusa omnino, atque siccata ac ita partibus illis ad deglutitionem minus aptis redditis. Quæ alimenti refectionisque abstinentia per octo, vel novem (quod magnopere admirabamur) dies continuos durabat; post quos tamen separatio quædam facta fuit, cæpitque ille aliquantum in gutture posse immittere ope canthari, cui tubulus affixus erat sed cum sese jam omnino sanatum credebat maloque liberatum, majore inter deglutiendum, quam unquam antea, dolore afficiebatur, separatis scilicet particulis ustulatis, mortuisque a vivis et integris, omnibusque circumquaque plane excoriatis. Ipse tamen, post diuturnam veluti cum morte colluctationem, tandem plene convaluit : quamquam post sex, octavos ab hoc incommodo hebdomadas, ossea quædam a palato illius fragmenta repararentur. (*Obs. XXIV, p. 100.*)

Annulus gemma insignis ab infante in fauces ingestus, eique mortis causa.

Hoc ipsum, quod proponam, ac secutura aliquot exempla, abunde evincunt periculis plurimis infantes objici ab illis, qui ipsis, contenti ut sint, aliquid durioris materiæ, quodque fauces intrare possit, porrigunt. Viginti jam, et qui excedunt, anni sunt, cum conspicui cujusdam domini infans 20 circiter menses natus, matris annulo aureo, cui gemma inhærebat, luderet, eumque, nescia, cui infantis demandata erat cura, famula, per os in fauces ingereret : matre vero paulo post annulum repetente, nullo loco apparuit, ipsa suspecta famula. Interea infans nihil absque summa molestia deglutire, ac maximo angore corripi, parentes autem omnem movere lapidem si forte infantis dilatari possent fauces. Omnibus autem nequicquam tentatis, ille post sex hebdomadas interiit. Ipse autem inquirendæ mortis causa ergo dissectus tam diu amissum annulum reddidi, famulamque suspicione liberavi. (*Obs. XXII, p. 95.*)

Frustum fistulæ, qua Tabaci Amatores fumum imbibunt, faucibus inhærens, causa mortis.

Ipse inter alia rariora dicam frustum anterioris, tenuiorisque partis fistulæ qua Tabaci fumus in os transmittitur, longitudine

digiti articulum æquans, quod post mortem viri cujusdam intus e collo excidi. Hic cum multo sese delectaret fumo, fistulam dentibus tenens versa in terram facie procubuit ita, ut illa fauces intraret, ibidemque rupto exiguam sui partem in colli musculis hærentem linqueret, quæ ipsi vehementis doloris, inflammationis, tumoris, nec non angoris, febrisque causa fuit, quoniam autem illa non conspici, nec ulla ratione tolli poterat, ipse tertio die occubuit.

Simillimi huic nostro casus nisi quod, de quo narrat, mortem evaserit, meminit etiam D. Joh *Muys* (*Prax. chirurg. rationalis decad. 3*, *obs. 6*, *fol. 28*). Ubi refert de viro 50 annos habente, et vexato abcessu infra aurem, quo aperto, prodiit cum pure albicante frustum fistulæ, per quam ante 6 menses, dum per plateas obambulabat, tabacum suxerat, quod in fauces intrusum post casum in terram, easdem intus valde læserat, e quibus sæpius magna sanguinis copia effluxit, unde tandem inflammatio suborta est, et abscessus hic originem suam habuit.

(*Obs. XXI.*)

MARCHETTIS

Obstructio utriusque naris, altera quidem integra, a polypo spurio, carne scilicet callosa ulceri ex contusione externa accrescente ; alia vero imperfecta feliciter sanata.

Curavi Germanum in ædibus Joannis Rhodii, laborantem obstructione integra alterius meatuum nasi, adeo ut altero quinetiam medio obstructo, ægre duceret spiritum. Hæc autem obstructio causam habuit contusionem insignem nasi, dum puer esset, prout in hujusmodi casibus observavi, læsis scilicet externis partibus, lædi quinetiam plurimum internas, in quibus propterea ulcus progressu temporis suboritur, ex quo caro succrescit. Quæ longo annorum spatio indurexit, et aliquando polypus spurius evadit, educendus postea, modo ab Aquapendente proposito, quandoque in osseam fere duritiem occalescit ; prout contigit nobili huic Germano, in parte potissimum, quæ omnino obstructa erat. Facta itaque totius corporis purgatione, deveni ad chirurgicam operationem, præsentibus multis Germanis studiosis, et ipsum collum durissimum, ac partem obstructam, per cannulam, ferramento acuto ignito, spatio viginti dierum perforavi, ut commodius respiraret, idque multis diebus, cum patiens non posset tolerare continuam inustionem : peracta operatione, apposui globulum ex filamentis aridis, inductis post inustionem, butyro, illito quotidie naso oleo vel unguento rosato arcendæ inflammationi ; quamvis operatio valde molesta esset, quod cum caro illa callosa admodum superficietenus, et dura esset, hac attrita, ab inustionibus nobilis patiens sævos pateretur dolores. Tacta itaque perforatione, ut dictum est, et dolore sublato medidamentis anodynis, imposui turundam imbutam unguento ex tuthia, qua sensim induxi cicatricem, quæ ut firmior evaderet, inspersi turundæ pulveres ex bolo armena orientali, et cornu cervi usto, cum portiuncula thuris ; quibus adeo cicatrix occaluit, ut nunquam pars amplius coaluerit, patente naturali meatu.

Sanata vero obstructione alterius meatus nasi. deveni ad aliam partem non omnino obstructam, per quam nonnihil spiritus ducebat æger; ut propterea eodem tempore utrumque meatum curare abstinuerim, quo commodius respiraret. Hanc vero partem citius sanavi, utpote non admodum callosam, duabus scilicet vel tribus inustionibus, per cannulam ampliato meatu ad figuram naturalem, omnibus alioquin peractis ut in prima curatione; quibus quinquaginto dierum spatio æger omnino fuit liberatus.

(*Observationum medico-chirurgicarum rariorum sylloge, p. 65, obs. XXVI.*)

Cancer exulceratus labri inferioris maxillæ in sene octoginta quatuor annorum, sectione sanatus, tribus post annis in faucibus sobolescens, cum morte ægri.

Senem Salodiensem, octoginta quatuor annorum, laborantem cancro exulcerato in labro inferiori oris, magnitudine medii ovi gallinacei, curavi; quem licet præmonuissem, morbum fore insanabilem, admisit tamen, imo rogavit, ut ipsum secarem; Præmissa itaque totius corporis purgatione, tunc novacula incidente radicibus resecui, sanguine cum impetu erumpente, quem ad decem circiter uncias data opera effusum, absque ulla postmodum inustione, verum gossypio tantummodo usto, pulveribusque adstringentibus firmavi. Digerentibus vero prius medicamentis aliquot dies usus, ex ipso vulnere optimum pus emanavit, indicium totam substantiam cancri esse sublatam; atque unguento postmodum ex cerusa camphorato, ducto im plumbeo mortario, spatio viginti dierum cicatricem induxi, incolumi ægro tres annos, absque ulla molestia; a quibus novus cancer subortus in faucibus, ex quo brevi spatio temporis obiit, præter omnem meam opinionem, qui existimabam ex ætate humorem melancholicum adustum iterum succrescere non posse, novi cancri in alio loco causam; prout fere semper contingere solet; omnium auctorum sententia quod scilicet cancer in aliqua parte avulsus in altera progressu temporis suboriatur, firmabatque meam opinionem quod in praxi viderim mulierem septuaginta annorum

famulam collegii Divæ Catharinæ, cancro exulcerato nasi laborantem, cui præscripsi idem unguentum ex cerusa, potius ad dolorem sedandum, quam curationis causa, quæ tamen præter spem, mensis spatio, nullo alio remedio adhibito, fuit perfectissime sanata, vixitque multos annos eadem firma valetudine; quod censui contingisse ratione ætatis, prout in sene illo futurum rationi consentaneum erat. Et quamvis hæc curatio non solum a me sit in usum revocato, sed a plerisque, ut dixi, auctoribus, quia tamen raro contingit, cancros exulceratos ommino sanari, nec amplius subolescere, ut in femina illa; ideo hanc observationem aliis adscribendam censui, quamvis in sene illo cancer in faucibus triennio post pullulaverit, quod forte non contigisset, si quolibet sexto mense remedia adhibita fuissent, humorem melancholicum purgantia. (*Obs. XXIX, p. 69.*)

Tumor meliceris, ex parte sub lingua, ranula dictus, sensim per partem dextram colli juxta jugulares venas, carotides arterias ad fauces exporrectus, respirationem intercipiens, sectione perfecte sanatus.

Lingua pluribus morbis tentatur, soluta scilicet continuitate, ac variis tumoribus, in quibus quemdam curavi observatione dignum, meliceridis nomine, in Reverendo Patre theatino, Hieronymo capite Bovis mutinensi, cui, sub lingua, ubi venæ raninæ et tumores ranulæ dicti succrescunt, obortus fuit tumor de genere quidem ranularum non legitimus tamen, qui ex continuo affluxu materiæ paulatim crevit, ad magnitudinem ovi sensim exporectus, per latus dextrum colli, juxta jugulares venas, et carotides arterias, ad fauces usque infra tonsillas, et œsophagum, qui asperam arteriam adeo graviter comprimebat mole sua, ut nec chirurgus quolibet mense, eo patefacto, materiam contentam eduxisset; periclitaretur æger intercepta respiratione, et impedita deglutitione, ad vitam plane necessariis. Multi vero tentarunt curationem sectione sola ipsius tumoris, cum patientis quidam aliquo levamine, non perfecta tamen valetudine; cum mense post circiter tumor in eamdem magnitudinem excreverit, cujus causa Reverendus æger metu suffocationis in Patavium venit et meæ curæ se commisit; cui præscripto primum omni

revulsionum genere, per totius corporis purgationem, et sanguinis missionem, statim deveni ad partem affectam, tumoremque cultro longa satis sectione, in inferiori parte patefaci, multis venarum ramulis data opera disruptis, a ranulis diffusis, quo folliculus contabesceret, intercepto nutrimento, in quam postmodum immisi crassam, et longam turundam, imbutam ovi albumine conquassato, ad tumoris usque fundum : sequenti die alia facta sectione, et quidem amplo in collo exterius, parte qua desinebat tumor, illæsis interim vasis majoribus, turundam pariter immisi vulneri æqualem, intinctam ovi albumine, superaddito gossypio usto, cum pulveribus ex sanguine dragonis, et bolo armeno sanguinem copiose satis fluentem sistendo. Sexto vero post die, nullo amplius periculo inflammationis imminente, intra os et exterius in collo totum folliculum ferramento candente inuri ; atque removendæ, ac detergendæ escharæ in parte externa digestivo usus sum ex terebinthina, et butyro lotis aqua rosacea vitello ovi, et oleo sambucino; parte vero interna, globulis melle rosaceo imbutis. Laudabili vero pure apparente, turundas inunxi unguento ex betonica, iisdem in dies decurtatis; interius vero applicui filamenta inspersa pulveribus ex tuthia, cornu cervi usto, et terra sigillata, quibus spatio quadraginto dierum æger ommino sanatus est, nunquam amplius recurrente morbo. (*Obs. XXXI*, *p.* 75.).

Tumor colli inflammatorius in puero, cum læsa deglutitione, quatuor cucurbitulis cum scarificatione scapulis, et infra easdem adhibitis, sanatus.

Præter alios tumores colli ab omnibus auctoribus prædictos vidi in infantulo mensem nato, nunc canonico patavino, tumorem inflammatorium externum, ad glandulas bronchiales; qui progressu duorum dierum ita aductus fuerat ut nobilis infans non posset lac deglutire, cum adhibitæ frictiones, et lotiones pedum leviores forent pro magnitudine morbi, præscripsi statim quatuor cucurbitulas parvas, vulgo cornetti dictas, duas scapulis, duas vero infra easdem applicandas, tribus tantum, et quatuor scarificationibus adhibitis, et educto sanguine ad uncias duas,

quarum usu tumor paucas post horas imminutus, ac sensim et sensim sublatus, et feliciter sanatus est, lethalis alioquin.

Neque metuendum hoc genus præsidii in tenera adeo ætate, præsente potissimum morbi magnitudine, cum sæpius ego,secta quinetiam vena, sanguinis missionem præscripserim. Et quidem primo ex salvatella ejusdem lateris, nobili Patavino ex familia Tergolina, decem annorum, pleuritide gravissima laboranti, qui hoc præsidio sub vesperam sequenti die fuit liberatus, et omnino convaluit; quod contigit et alteri nobili Patavino ex familia Ridi annorum septem, laboranti itidem pleuritide, cum vehementissimo dolore pungitivo ; cui educto pariter sanguine ex salvatella, ad sex uncias circiter cessavit dolor cum febris remissione, qui assumpto postmodum syrupo rosaceo, cum manna, quarto integre sanitati fuit restitutus : quo præsidio quinetiam usus num in aliis pueris angina laborantibus, hac ratione adductus, et propria experientia, quod quam pluribus pueris trium, quatuor, vel quinque annorum, vulneratis, aut saxo, aut cultello, vel aliquo alio instrumento, sanguinis libra effluxerit aliquando, atque illi potissimum, cui ex secta arteria musculi temporalis magna vis sanguinis erupit; quem tamen juxta cum aliis sanavi citra ullum in facultate auctrice detrimentum : quinimo ipsorum aliquos novi adhuc num superstitos, robustos, pingues, et carnosos ; ut propterea in morbis cum vitæ discrimine, præsente indicatione venæ sectionis, hoc præsidium non sit reformidandum. (*Obs. XXXVI.*)

HABICOT

Preuves suffisantes par lesquelles le chirurgien doit faire la bronchotomie.

Par l'analogie des histoires sus-dites, il y a apparence que le chirurgien fera hardiment l'espèce de diérèse, nommée bronchotomie. Or il la doit entreprendre ; l'autorité, la raison, et l'expérience le veulent.

Quant aux auteurs, ils sont infinis, qui approuvent une telle opération.

Touchant les raisons, elles y sont formelles. La première est que là où il n'y a pour la curation d'une maladie extrême, qu'un grand remède il le faut employer. Or en la synanche où le malade suffoque, et court au tombeau faute d'air, est une maladie extrême, lequel air ne lui saurait être délégué sans la bronchotomie.

La 2e, c'est qu'un remède expérimenté vaut mieux qu'un désespoir assuré. Or si on ne baille de l'air au patient par les voies ordinaires, sans doute il étouffera et mourra : lequel air ne lui saurait être baillé que par cette opération.

La 3e, c'est que ce qui pourrait empêcher le chirurgien de faire une telle opération, serait la crainte en opérant, d'offenser quelque partie qui apporterait un plus grand mal que le premier. Mais au lieu où se doit faire une telle opération, il n'y a aucune partie de conséquence.

La 4e, ce qui pourrait divertir d'entreprendre cette opération, ce serait, l'inflammation et la crainte de l'air froid, lequel en frappant le poumon, sans préparation, le pourrait altérer, et par conséquent causer quelque grand symptôme. Or l'inflammation peut être combattue, l'air adouci et les accidents divertis.

La 5e et dernière preuve consiste en l'expérience qui est la maîtresse de toutes choses. D'où vient comme il a été dit, que les uns ont voulu éprouver cette opération sur les bêtes et après cette confirmation à la nécessité, les autres l'ont faite sur les

hommes, et nommément sur une chambrière. Que si aux histoires par moy alléguée, le larynx et la trachée artère ont été fortuitement et grandement blessés, et que pour la grande tumeur de la gorge, la voie de l'air était empêchée, dont ils fussent mort sans la respiration, ne sensuit il pas, qu'une grande et subite synanche, faisant artistement une plaie en la trachée artère, au dessous du mal, pour bailler de l'air au malade, est une chose très raisonnable de la faire, puisque cela est fait aux choses survenues par accident.

Finalement, c'est qu'en une dysurie où l'urine est du tout supprimée on fait une section pour introduire dedans la vessie une tante canullée, pour donner passage à l'urine jusqu'a tant que l'inflammation de l'urette soit passée. Et au bubonocèle, c'est-à-dire quand le boyau est tombé et arrêté en l'aine, on incise les parties contenantes tant communes que propres de l'hypogastre pour le dégager quand il est étranglé, afin de rendre la voie de l'excrément de la chylose libre, qui autrement sortirait par la bouche. Or si la cystotomie se fait pour donner passage à l'urine, et la bubonotomie en l'enterocèle pour donner passage à la fæcale, pourquoi ne se fera aussi la bronchotomie en grande synanche pour bailler passage à l'air, vu qu'elle est plus faisable et moins dangereuse que les opérations susdites? Partant pour telle autorité, raisons et expériences le chirurgien, en extrême synanche doit entreprendre la bronchotomie, pour éviter la mort subite du malade. (*C. IV, LX.*)

Moyens pour improuver la bronchotomie

Après telles preuves, il ne sera hors de propos d'alléguer les raisons contraires et qui répugnent à une telle opération, afin de prévenir les esprits desliez, et qui se plaisent à s'opposer contre la vérité. Donc les moyens pour improuver sont tels :

C'est une chose véritable que l'on ne doit contrevenir à ce qui s'oppose à l'autorité, à la raison et à l'expérience. Or le chirurgien faisant une telle opération s'oppose à ces choses, donc il ne la doit faire.

Quant aux autorités, Aurélien et Arétée conseillent de ne point entreprendre une telle opération. D'autant qu'advenant

faute du malade on dira qu'on lui a coupé la gorge, qui est tout à fait méprisé des œuvres de l'art.

Entre les raisons : la première est qu'une partie affligée doit être soulagée. Or faisant la bronchotomie, on ne soulage nullement le larynx, d'autant que cette opération ne se peut faire sans douleur, qui apporte nouvelle fluxion et de là infinis autres accidents.

Plus, blessant les veines, les artères et les nerfs qui sont situés en cette partie, on cause hémorrhagie, flux de sang, convulsion, et la mort, ou au moins perte de la voix.

D'avantage, le cartilage étant ouvert, comme partie froide et sèche, ne reprend point, d'où provient une fistule qui est un mal pire que le premier.

Outre l'intention pourquoi on fait cette opération, est pour faciliter la respiration, de laquelle on n'a que faire en une extrême synanche, d'autant que le patient étant faible et débile, il a peu de chaleur naturelle, et par conséquent moins de besoin d'éventilation pour la respiration, à quoi obviera la transpiration ainsi que nous voyons aux femmes hystériques.

Plus c'est que tout remède doit être appliqué sur la maladie et qu'une telle opération est faite hors du lieu malade et non sur le mal.

Outre, la schynance n'apporte pas seulement difficulté de respirer, mais aussi d'avaler, laquelle œuvre soulage la déglutition, qui est le moyen de la nourriture, fondement de là vie.

Finalement une telle opération serait infructueuse sans l'introduction de la tante canulée. Or si une gontte d'eau ou quelque petite miette de pain entre dedans la trachée artère, on n'a cesse de tousser jusqu'à ce qu'elle soit sortie dehors, à combien plus forte raison sera nuisible la grosseur d'une tante.

Bref, ce qui a le plus de force est l'expérience, laquelle nous montre qu'une telle opération ne se pratiqne nullement, et qui plus est il ne s'en voit aucun effet. (*Cap. XIV, p. 90.*)

La réponse à tels moyens.

Les moyens qui s'opposent aux preuves susdites fondées sur l'autorité, la raison, et l'expérience, seront détruites par les mêmes preuves.

Quant aux autorités je dis que tels praticiens avaient plus d'appréhension que de raison : joint que pour un auteur répugnant, il y en a plusieurs qui l'advouent et consentent.

Touchant la raison, à la première je réponds que l'on peut faire hardiment un petit mal pour en guérir un grand.

A la seconde, je dis que les veines jugulaires, les artères carotides, ni les nerfs recurrents, ne sont situés au lieu où il faut faire l'opération, qui est en la partie la plus dénuée de l'âpre artère; en sorte qu'il semble que la nature ait fabriqué cette place pour seulement faire une telle opération, afin d'obvier à un si grand accideut, et qui importe rien moins à l'homme que la privation de la vie.

Je réponds que cette opération ne se fait pas dans le corps des cartilages du Bronchus, ainsi entre les anneaux d'iceluy appelé Bronchia, lesquels se réunissent après l'extraction de la tante, et rapprochement des cartilages les uns des autres.

Je dis qu'en la suffocation de matrice le corps n'est faible faute d'esprits, d'autant qu'ils sont mêlés avec les vapeurs hystériques qui causent, un tel assoupissement, faisant que les mouvements volontaires sont abolis. Mais en la synanche, les esprits sont résolus, et le malade étouffé à cause de la chaleur naturelle qui n'est pas éventillée, ni purgée des excréments fuligineux qui sortent du cœur.

Aussi je dis que cette opération n'est pas faite pour la maladie, ainsi pour l'accident de suffocation et pour ce qui n'est loisible que l'œuvre soit faite à l'endroit du mal, mais plus bas qu'iceluy afin de faire pour le malade de l'air nécessaire.

A cette sixième raison, je réponds que l'on peut vivre quelque temps sans manger et non sans respirer, qui fait que la respiration étant libérée, on peut par après solliciter plus souvent, et hardiment le malade d'avaler des viandes faciles et liquides.

Touchant la septième et dernière raison, je réponds que la toux ne vient pas tant de la sensibilité de la partie, que de l'obstruction qui se fait au larynx, qui doit être libre pour laisser passer l'air.

Quand à l'expérience. je réponds qu'une telle opération ayant été faite par le passé se peut encore à présent faire; que si elle ne s'exécute, c'est ou pour l'ignorance des chirurgiens ou pour

leur timidité dont s'ensuivra la mort du malade dequoi il serait coupable devant Dieu.

Partout on peut faire sûrement la bronchotomie. (*Cap XV.*)

Les considérations pour faire la bronchotomie.

Il reste pour faire une telle opération, à considérer huit points fort remarquables : à savoir : 1° à qui il faut faire cette opération ; 2° le lieu où il faut la faire ; 3° par quoi elle doit être faite ; 4° de quelle façon ; 5° la grandeur qu'elle doit avoir ; 6° la nature de la tante ; 7° le temps qu'elle doit demeurer en la plaie et ce qu'il convient de faire en l'ôtant de la plaie.

Touchant le premier point, c'est qu'il faut faire une telle opération à ceux qui étouffent faute de l'entrée de l'air par le larynx. Mais il faut bien distinguer cet empêchement, car aux péripneumoniques, aux apoplectiques, et à ceux qui ont les sanglots de la mort, il ne convient faire une telle opération, ainsi à ceux qui ont les forces bonnes et entières, et néanmoins qui étouffent d'une Cynanche, c'est-à-dire d'une tumeur humorale, située aux muscles internes ou fermeurs de l'arythénoïde desquels j'ai cy-devant parlé, ou à ceux qui auraient avalé quelque chose qui étoufferait, (estouperoit), le larynx par compression, comme à celui qui, un jour des rois, avala un osselet d'esclanche de mouton, demeurant au pharynx, étouffa en la présence des médecins et chirurgiens sans le secourir de son mal.

Quand au second point qui touche le lieu où l'opération do i être faite, il est en litige dans les auteurs, car les uns disent qu'elle doit être faite en la canne ou gargamele (Avic. lib. 3 fen 9, cap. II) en quoi il y a bien de la différence, d'autant que la canne est proprement l'aspre artère, située en dessous du larynx, et la gargamelle est l'épiglotte qui est située au-dessus du larynx comme son couvercle. Or si la bronchotomie se faisait à la gargamelle, quel profit en arriverait-il, puisque le mal est situé au-dessous? joint que la gorge n'admet une telle opération. Les autres disent que cette opération doit être faite à l'Epiglotte. (Albucasis. Job. annot) chose qui est ridicule, comme je viens de dire, à cause que l'épiglotte est au dessus du larynx, et qu'il faut faire l'opération au dessous. Autres veulent qu'elle soit faite à la trachée artère, appelée vulgairement nœud de la gorge (Par·

liv. 7) en quoi il y a bien de la distinction. Car la trachée artère est comme le long ou corps d'une flûte, et le larynx est comme le gros ou la tête d'icelle et m'étonne de lui qui était bon anatomiste, comment en la pratique, il s'est ainsi abusé, vu qu'il a si bien distingué l'âpre artère d'avec le larynx, voir qu'il en a baillé les figures et portraits (Par. liv. des fig. anat. lo 28) et les confondre en ce lieu. Ainsi la bronchotomie se doit faire à la trachée artère, et non au nœud de la gorge qui est proprement le larynx. Et d'autant que la trachée artère a plusieurs lieux, il faut savoir en *quel endroit l'œuvre doit être faite*. C'est pourquoi les uns disent qu'il la convient faire le premier et second anneau d'au-dessous le larynx. Les autres veulent que ce soit entre le troisième et le quatrième anneau. En quoi la difficulté n'est pas grande, car si c'est une personne maigre, on la peut faire entre le premier et le second anneau. Mais si c'est une personne grasse, elle se doit faire entre le troisième et le quatrième. Quoique ce soit, l'endroit où il faut faire cette opération est ou lieu le plus découvert et le moins dangereux de toute la trachée artère, tel qu'est celui à deux pouces au-dessous du larynx. Le troisième point est : un chirurgien expert, d'autant qu'un ignorant ne sachant l'anatomie, pourrait ouvrir quelque vaisseau de conséquence et par ce moyen causer la mort.

Le quatrième point et de la façon qu'il la convient de faire et pour ce que les auteurs n'en sont d'accord. Car Anthyllus veut que l'on enlève d'un coup la peau avec un crochet, et que l'on incise la trachée. Autres veulent que l'on fasse une incision transverse au cuir, si juste que l'on rencontre l'entre deux des cartilages (Paul, lib. 6, cap. 33). Et d'autres veulent (Job. pag. 269) que l'on fasse comme à la paracentaise, à savoir que l'orifice de la peau ne se rencontre avec celui de l'âpre artère : mais toutes ces façons semblent grandement s'éloigner de la raison. Car quelle apparence y a-t-il de prendre la peau avec un crochet pour faire deux trous différents en situation, et finalement de faire l'incision transversalle du cuir et de la trachée artère ensemble. Mais cette manière me semble la meilleure à pratiquer promptement et sûrement, c'est que si le malade a les forces bastantes, le chirurgien le fera asseoir en une chaise de deux pieds en hauteur au derrière de laquelle posera un servi-

teur, l'encontre de la poitrine duquel il fera appuyer derrière la tête du malade, lui faisant hausser le menton le plus qu'il lui sera possible : puis des deux mains de ce serviteur, fera prendre la peau de la gorge du dit malade formant un pli au travers d'icelle, laissant entre les deux mains du dit serviteur un bon pouce du dit pli à découvert, puis d'un coup de rasoir ou le ciseau, le chirurgien fera sur celui pli une incision. En sorte que son serviteur délaissant la peau de la longueur d'un pouce, au milieu de laquelle le chirurgien avec ses doigts, ou quelque sonde a bouton, la dilatera en tirant à dextre et à fenêtre la peau de la dite gorge, pour voir plus aisément l'entre deux des cartilages, où il faut faire son opération : puis de sa main droite avec son bronchotomiste, percera en travers entre les dits deux anneaux de la trachée artère. Le signe que l'opération sera faite est la sortie de l'air par la plaie, et alors sera introduite la sonde canullée.

5° En faisant une telle opération, faut bien adviser quelle figure et quantité on lui baillera, et pour ce les auteurs veulent qu'elle soit faite comme une narille. Et d'autant que les narilles sont bien différentes en leur grandeur, à cette occasion il est expédient de terminer une telle difficulté : et pour ce il faut remarquer avec quel instrument on la fera, à savoir comme il a été dit avec le bronchotomiste, qui est semblable à un perce lettres, ou bien garnir un bistouri, ou une lancette, avec du linge proprement, afin que la forme de la plaie qui ne saurait être que de travers, à cause de l'entre deux des cartilages, ne revienne qu'à la quantité d'un travers de pouce, ou de la grandeur de la tante de quoi on se veut servir.

6° Quand à la nature d'icelle, elle sera d'or, d'argent, ou de plomb, de telle grandeur qu'elle puisse entrer en la capacité de la trachée artère pour laisser entrer et sortir l'air ; pour cet effet elle sera un peu courbe avec un bord assez large pour qu'elle ne tombe en la plaie on la maintiendra au besoin de deux liens attachés derrière le col. Elle sera de telle longueur qu'elle pénétrera en la cavité de l'artère sans toucher la paroi opposée.

7° Touchant le temps qu'une telle plaie doit demeurer ouverte, il y a de la dispute, les uns veulent trois jours seulement, autres commandent davantage. Mais la plus saine opinion est de ceux

qui disent qu'elle demeurera ouverte jusques à temps que les accidents soient passés. Et de vérité qu'aurait servi d'avoir fait cette opération si l'action du larynx n'était rétablie. Or, posons le cas que l'inflammation et tumeur, qui occupaient le larynx soient tellement évanouies, que l'air ait son passage libre par le larynx, alors il faut adviser à considérer la playe du Bronchus.

8° Si par la trop longue demeure de la tante, ou agitation de l'air, ou application du médicament, les lèvres de la plaie sont trop, ar alors il les faudrait renouveller, en mouchetant les bordages avec une lancette, sinon la tante ôtée il faut rapprocher les deux cartilages, qui étaient séparés ou divisés par la tante puis rapprochant les lèvres de la peau, la coudre à points continus, ou à points séparés. Il y en a qui veulent faire deux coutures, l'une aux muscles, et l'autre à la peau ou si on trouve plus expédient, de laisser une aiguille d'or ou d'argent ou d'acier dedans les lèvres de la plaie, et entortiller le fil autour, comme il est démontré ci devant en la figure, on le peut faire et ainsi sera la plaie consolidée, et la vie du malade préservée.

SCHENKIUS

Columella inflammata, remedio secreto coempto, curata.

Dives quidam, columella inflammata, de suffocatione periclitabatur, et cum ei vena incideretur alius quidam incidit, qui se alias, si opus foret, ante incisionem venæ vocari jussit; quo facto, statim illito suo medicamento, hominem sanavit, et in multis aliis idem prestitit. Quod videns ille dives, mercede pactu est ut pharmacum ab ipso doceretur. At ille ita demum vim suam medicamentum præstare aiebat, si patiens quidnam esset, ignoraret ideoque fidelissimo cuipiam ex amicis id se ostensurum, ea conditione, ut alteri nemini, quamdiu ipse viveret, communicaret. Itaque ipso mortuo, ego quoque ab amico divitis illius ultro pharmaci descriptionem accepi. Id erat excrementum pueri aridum cum melle attico tritum ; pascebatur autem puer biduo lupinis, quibus in cibo communiter utimur, cum optimo pane satis fermentato, et solito. Vinum bibebat vetus : omnia mediocriter, ut quam optime concoqueret. Tertio die sumptum excrementum arefaciens utebatur, sicut de canino diximus. Lupinis autem vescebatur ideo solum, ut minus fœtidum excrementum fieret : alias enim se gallinarum et perdicum carnem in jure elixam exhibuisse, et nihilominus effecisse pharmacum, aiebat. *(Gal. lib. 10. simpl.)*.

DE GARGAREONE

Gurgulionis adeo laxati, ut ad dentes usque anteriores propenderet, curationis, historia.

Agitur nunc de gargareone ; quendam mihi amicum invisi, cui repente ex labore hæc particula adeo laxata fuerat, ut ad anteriores usque dentes protenderetur ; traxerat enim illam patiens digitis cum linguæ illam insidere sentiret, fretus pituitam vel aliud quippiam esse : parum sane absuit, quin illam tra-

hendo ruperit, quod tenuis facta esset, et hebetissimo imo potius nullo tunc sensu prædita, ejus radice excepta : nam et sana hebetem sensum habet. Hic eodem die solo gargarismate exsumpto liberatus fuit. Nulla enim alia medicamenta in promptu habebamus, quod in parvo pago essemus : quanquam et data opera non multitudine medicamentorum innitamur, non ignari paucis naturam esse contentam, si proprio ac loco fuerint usurpata. (*Botallus* libell. de *catarrho*.)

Columellam, si necessitas exigat, caute et prudenter esse exscindendam : siquidem per errorem incisa, vocis detrimentum, spiritalibus refrigeratis phthisim aut citam mortem minatur.

Hujus partis (columellæ) ad finem usque amputationem, id est, discisiones extremæ lædunt omnia thoracis loca, et mutos reddunt, ut Galenus lib. de usu part. II. admonet. Ibidem enim gurgulionis usum esse tradit, ut aër ingrediens ab eo prius incidatur, impetusque ipsius violentia frangatur : ob idque ipsum et frigiditas. Hinc nonnulli, quibus ille ad basim usque esset amputatus, non modo deterius perspicue sunt locuti, verum etiam refrigeratis pulmone et thorace perierunt. Proinde ea pars non est temere abscindenda, sed portio quædam basis relinquenda est. (*Joubertus* Tract. de *affect. thoracis*, cap. 3.)

Gurgulio funditus exectus vocem obturbat, pulmones ac pectus refrigerat, cor infirmat, ut ait Zoar. Tabe consumuntur quibus gargar abcissum est (aphor.). Hoc non perpetuo verum, plures enim vidi obesulos, quibus gurgulio erat præcisus (Montanus lib. 6, c. 10, *cognos. morb.* tom. I). (*Obs. III, p. 185.*)

Uvula imprudenter refecta mortis causa.

Fui vocatus ad presbyterum habentem apostema in uvula : quo viso, volui procedere ex arte, quærendo barbitonsorem et alia necessaria. In mei absentia interim alius accessit presbyter, et abscidit uvulam totam cum forfice. Qua abscisa, corpore patientis multum plethorico existente, sanguis et humores in tanta quantitate ad pectus defluxerunt et secuta est tanto pecto-

ris et pulmonis strictura, quod patiens vix poterat anhelare : et finaliter non potuit spuere nec pectus purgare : et tertio die suffocatus mortuus est. (*Valescus* capit. quinto, libro tertio, *Philonii.*)

DE FAUCIBUS ET PALATO

Lapis in faucibus enatus.

Quidam dixerunt se vidisse lapidem generatum in faucibus. (*Nicol. serm.* 5, tract. 9, cap. 12.)

Faucium inflammationis ex pulsu, oris inspectione et idoneis medicamentis dignatio et curatio, contra Thessalicos asinos, — Resierat Commodus a lucta, cum ecce priusquam cœnaret, horam octava febris satis vehemens adorta est. Ut pulsum vero attigi, membrum quodpiam inflammati visum est. Quod simul atque Pitholaus audivit, mirari se dixit, quomodo faucium inflammatio, pueri pulsum, immutare posset, neque enim eum alia ulla parte inflammationem habere. Atque ita Commodi os adeperiens inspicere me jubebat; cum igitur fauces asperas quidem et rubras admodum esse, parum tamen intumuisse vidissem, quis illi os colluisset, postulavi, medicamento plus, quam puero conveniret adstringente. Respondente autem Pitholao se eum fuisse, qui pueri fauces abluendas censuisset medicamento, quod ex melle et rhoë compositum uerat. Id ut omitteret, jussi, et aquam mulsam, in qua rosæ fervuissent, admoveret, præcepi eaque sola uteretur nocte illa, et subsecuturo die sæpius, et diebus sequentibus. Tertio autem die primo mane, cum inflammatio prorsus subsedisset et pene sine febre puer esset, Pitholaum monui, paulo post alumnum in balneas, cubiculo vicinas ductum, aqua perfunderet, alveo contenta, ac reliquum quidem corpus obrueret, caput autem solummodo mergeret. Quæ cum peregisset, et large prandium exhibuisset, sub horam tertiam Ània Faustina Imperatori matrimonio juncta perinde atque se excusatura, quod pridie Commodum non vidisset, accessit : Et heri inquit, post praudium novi te fili ægrotare : iisque etiam addiditi : Notum puto debuisse vos octavam horam excessisse, qua febris invadere solebat. Subrisit Pitholaus, et quomodo non expectas-

semus, inquit, Thesssali diatriton præteriisse, nisi nos Galenus iste, ut hoc mane puerum inspexit squallidum ac modice febrientem, prohibuisset? quin et hoc vespere lavet se rursus, ac cœnet, quæmadmodum sanus facere consueverat. His auditis Faustina jam ibi commorata, quæ manu apprehendens exivit, ita in medicum quemdam ex comitibus suis methodicum jocans : Galenum hunc vides non verbis, sed rebus, vos methodicos expugnare. Multos enim quos incipere febrire credebatis, lavit ; multoties et vinum ipse exhibuit, atque alios primos, alios tertio die ad consueta negotia dimisit. Vos autem, quotquot estis, simul atque duobus primis diebus ægrotantes sine cibo, perseverate imperastis, suspectas posmodum horas decumbendo transgrediantur, jubetis. Ac nunc quod subjunxit, scientiæ suæ certitudinem ostendit in absentis Imperatoris filio, quem duobus jam diebus, ut tu quoque heri intellexisti, vehementius febrientem, tertio die, quemadmodum vos oportere dicitis, octavam horam non expectare voluit, sed cum ante, et lavit, et cibo recreavit. Ipseque adolescentis altor Pitholaus, qui usque adeo diligens est, ut ejus diligentiam formidi nem existimare possis, viro artis experto prompte obtemperavit, et prius, quam suspecta invasionis hora excesserit, puerum ut vides, et lavit et cibavit. Hæc Faustina dicens ad currum pervenit, in quem cum ascensura foret, me magis abiens, dixi quam antea, medicis invisum reddidisti. Digressus ad Pitholaum me contuli, cui et hoc idem exposui, et ob hujuscemodi medicorum invidiam, me nuper libros tres composuisse, unum de febrium differentiis alterum de diebus decretoriis, tertium de crisi. In quidus omnibus Hipp. monstravi tradidisse artem præcognoscendi, quid in singulis ægrotantibus eventurum sit : ii vero hebetes usque adeo sunt, ut neque meis expositionibus adjuti : ipsam ediscere queant. (*Galenus* lib. de *præcognit.* ad *Posthumium*, cap. 12.)

Ex acri defluxione palati pars ad linguæ basim mollior exesa.

Cuidam e fluxione acri palati pars mollior ad radicem linguæ perforata est. Purgatum corpus, detractus sanguis, imperatum

gargarisma e decocto guaiaci et lacte, adspersus locus aqua alchymistarum cocta cum galla, malicorio et rosis. Acus imperata bene longa, postrema parte incurvata, et sub mucronem perforata, qua filum suendo loco traduceretur, e filo sericio cerato, præterea ut primum coagmentum vulneris rescinderetur, ac rursus resueretur. Ex quibus cum consecuta non fuisset integra sanitas, locus cera, vel spongia occlusus mansit, et postea, bene habuit æger. (*Hollerius libell. propr.*, obs. 4.)

Palati lacuna morbi Gallici vitio aut aliter deperdita ut curatur.

Non rato fit ut bombardulæ ignivomæ missili globo ossis palati portio fracta, vel virulentæ luis carie exesa procidat, quo sit ut minus expresse loquantur ægri, sed obscurius, et turpidius : his etiam aliquid adferre arte nostra operæ pretium duximus. Id fiet repleta palati lacuna argentea vel aurea lamina paulo majore quam ipsa lacuna sit. Cæterum crassitie quæ aurei nummi solati crassitiem non excedat, figura testudinea ad ejus exteriorem, quæ scilicet, cerebrum versus ponenda est partem, religata hærebit spongiola, quæ mox humore a cerebro stillante ubi se ingurgitarit, sic lacunam, tumidior facta, implebit, ut excidere lamina ipsa nequeat, sed per se hæreat, stetque tanquam defixa. (*Pareus* lib. 22, cap. 3.)

Plura vide apud *Lusitanum* cent. 5. curat. 14. Et *Trajanum* lib. 7. cap. 18 de *morbo Gallico*, *Fallopium* de eodem morbo cap. 79 et *Rennerum*.

Caroncula in palato.

Caruncula in palato, juxta posteriorem dentium sedem, radice angusta, cuidam nata multis jam annis citra impedimentum præpenderet : accidit tamen vesiculam oblongam sanguine atro oppletam huic accrevisse, quæ dum in fauces dependens, molestiam aliquam exhiberet, casu in cibi masticatione confracta, evanuit. (*Platerus* de *observationibus propriis.*)

Cancer oris, cancer albus dictus.

Adhæresit nonnunquam recens editis puellis colore et consis-

tentia cretaceum aliquod excrementum, ad oris internas partes, linguamque totam. Id vitium ob oris intemperie natum cancrum album Gallorum vulgus nominat, et lactandi libertatem intercipit, in ulcera mox in fauces usque gulamque serpentia, nisi detergeatur, degenerans, et mortis causas plerisque inferens. Quod ne accidat medendum ipsi erit, detersione procurata, ex linteolo bacillo alligato, immersoque in medicamentum mediocris consistentiæ ex oleo amygdalarum dulcium, melle et saccharo paratum. Hoc enim blande affricto madefactæ et detersæ sordes eluuntur. (Pareus lib. 23, cap. 17.)

De scirrho ingenti, in ore nato, a multis pro cancro habito.

Cerdo, qui ad divi Dominici Cœnobium habitat, scirrhum prædurum, sed non omnino doloris expertem, in ore habet qui ex maxilla sinistra superiori ad palatum, ab hinc duos annos ortum, traxerat, et ita ingentem magnitudinem occupaverat, ut ex dente inferiori, illi respondente, ex directo, ita fortiter comprimeretur, ut medici consilio dentem illum album solidum et valde fixum, extrahere curaret. Cæterum, hic ad manus duodecim medicorum pro salute sua (ut aiebat) jam convenerat quorum nonnulli affirmabunt morbum hujus generis esse, ut ea scisso, aut perforato, illico vitam cum morte commutaturus esset æger, forte putantes, cerebri medullam ad eam partem descendisse, et similem hunc esse casum illi de quo alias, diximus, præcipue, de puero corniculum capite habente ; alii autem morbum hunc cancrum esse prædicebant ; reliqui vero morbum nunquam antea ab eis visum ac ea causa nolle illius aggredi curationem, nec eo periculum facere affirmabant : ad hunc igitur advocatus ipse, tumorem prædurum, solidum, decliviori tamen in parte aliquantulum mollem animadverto, qua de re, purgato ex levi pharmaco corpore, in mentem venit quod tumor hic prædurus cum sit, et locus minime idoneus, ut emollientibus medicamentis, et aliis ad curationem facientibus, uti libere possimus, candente ubi feramento summum in hoc casu esse remedium duximus ; eo enim humorem illum frigidum, saxi duritiem præ se ferentem, caliditate ignea molliri, et ea

ipsum ad optimam viam exteri credibile erat: proinde ore adaperto, instrumento vulgari, ad id adaptato, tumorem hunc ignito ferramento perforo, ex quo aquositas nulla tunc, sed postea sanguis aqua dilutus, exivit, tunc tumor minor factus est, colore rubicundus, tactu mollis, et mitis, qui eo tempore unguento a pinguedinibus variis parato, colluebatur ; cæterum elapsis duobus diebus, hic febri pertentari cœpit, et de capitis dolore conqueri, sed sequenti die melius habuit, ulcus tamen ex se putorem quendam emittere cœpit, ut æger ipse de eo conqueretur. Cæterum ulcere sæpe colluto ex decocto parato, rosis et orobo, melius habuit, ut omnibus jam spes esset, hunc ad sanitatem perventurum; semituberculi autem quantitas absumpta erat, demum ut multa paucis contraham his postea ter exustus fuit, et ad radices tuberculum extirpatum videbatur, pro cujus seminariis eradicandis oleo vitriolæo uti opus erat; sed interea, Ragusium, tunc dimisso Pisauro, me contuli. (*Amatus Lusitanus Cent.* 5, *Curat.* 99.)

Curatio.

Non ita dudum in manus nostras casus novus et admirandus incidit, et paucis ut est suspicio, visus, aut auditus. Mulier erat quinquagenaria major, in sinistra maxilla frequenter habens chœradas verrucis non absimiles : quæ cum annos aliquot, fixæ ibidem hæsissent, atque incrementum facerent, accidit tandem, ut eo fere loco, ubi genuini dentes oriri solent, tuberculum sese insinaret, quod sensim augescens in tantam molem extuberavit, ut totam buccam prorsus distenderet, adeo ut miseram, cynico spasmo, aut oris tortura apprehensam diceres. Et quum illa frustra, vel at ipsis empiricis opem implorasset, ita tandem excrevit, et in eam duritiem degeneravit (erat enim cartilaginosa substantia) ut depressis inferioribus dentibus, et loco suo quodam modo motis, occupata oris circumferentia extra os proeminens, Punicum malum magnitudine æquaret, adeo ut jam viam ingerendo cibo et potui fere præcluserit, quando nihil in buccam assumere potuerit, quod non citra maximos labores, auricularis digituli extremitas ingeretur. Quum igitur ad id, ut dixi, res devenisset, advocatus cum chirurgo, et Pharmacopæo nostro, admiramur protinus insolitum paucis cognitum, et peri-

culi plenum morbi genus, idque eo potissimum, quod illa nobis recitasset, quod quum agyrta quidam, per sectionem malo mederi studuisset, minimum abfuerit, quin ex immodica sanguinis profusione animam exhalasset. Igitur dum hæsitabundi quodammodo inter nos conferimus, qua ratione commodissime præsenti symptomati succurendum sit, et dum ego idem ad aliquod ab Hipp. Galenove scriptorum frustra referre studeo, venit tandem in mentem curatio 99. centuriæ quintæ *Amati Lusitani,* in qua agitur de scirrho ingenti in ore nato, et tandem per ustionem exempto. Præterea succurrebat nobis locus *Theophrasti Paracelsi* libro de apostematibus. C. 15. ubi morbum quendam describit (quem alcola vocari dixit) cui omnia accidentia, quæ accidisse huic mulieri diximus, accepta refert, tantum in natalibus nonnihil a nostro discrepare videtur. Dicit enim « Alcola est carnis quædam superfluitas, ex venis Jovialibus, per Martes regiones transeuntibus et nascitur solum in emunctorio Martis, id est, oris labiis ». Noster autem hic morbus, ut jam memini, originem trahebat circa extremun maxillæ inferioris processum, quem προβόλι vocant. Perpensis igitur singulis atque animadverso situ, et quam non atra summum vitæ periculum cauteria hic in usum vocare possemus, quamvis Amatus Lusitanus dicta curatione ea via processerit, et Paracelsus alcolam suam cum realgare præparato, et succo Chelidoniæ curandam dicat, tutiorem consilio per deligaturam curationem aggredi visum fuit. Filo igitur apprehensa excrescentia illa ex ore prominente, indies magis ac magis contrinximus, tantisper dum deligata pars filo resecata decideret, quod quum quater deligaturam semper altius figentes reiterassemus, totum malum tandem truncavimus, nisi postea medicamentis, quæ ad abstergendam putrilaginem, quæ mortuæ illi excrescentiæ adhærescere solet, ita gravissimum malum minimo tandem negotio superavimus. Nam et ipsos dentes loco suo ut scripsi motos et vascillantes gargarismate ex bis torta et aliis id genus concinnatis stabilivimus, et suo loco restituimus. (Baldus *Rossius* Epist. 7 *Miscell. medicinal.*)

Ab osse ethmoido caro aliquando producta, ponderis librarum quinque.

Avicenna expresse vult quod quandoque de colatorio fuit

extracta quantitas carnis, quæ pervenitad libras quinque, tamen non fuit cancer. (Hugo Senensis, consil. 28.)

Admiranda mulieris cuisdam excrescentia, circa guttur nata, spiritum, cibum atque potum intercipiens.

Medicatus sum mulieris apostemati, quod natum erat intra guttur ejus, quod apostema erat subnigri coloris paucique sensus, jamque antequam vocatus essem, fere clauserat guttur, et mulier respirabat difficulter meatu stricto, et jam prohibuerat ei comestionem et potum, et jam venerat ad mortem, et si tantum remansisset uno die, aut duobus diebus et apostema jam ascenderat, et emiserat duos ramos super duo foramina nasi. Properavi ergo festinanter et fixi in unum eorum uncinum, deinde traxi ipsum, et tracta est ipsa portio magna, deinde abscidi eam ubi comprehendi ex foramine nasi. Mox eodem modo egi cum eo quod præcessit ex foramine nasi altero, deinde aperui os ejus, et pressi linguam ejus, postea fixi uncinum in ipsum apostema, deinde abscidi ex eo partem ejus, et effluxit ex eo sanguis paucus. Liberatum est ergo guttur mulieris, et incepit statim bibere aquam, statimque potuit etiam cibum deglutire. Non ergo cessavi incidere ex illo apostemate paulatim aliquandiu et apostema aliud succedebat loco ejus quod incidebam, et hoc pacto pugnavi diu cum malo, amputans hydræ caput, cum autem animadverterem semper succrescere aliam materiam in locum amputatæ, cauterizavi apostema intra guttur, quoare augeri amplius non potuit post cauterium. Et postea discessi, et nescio quidnam fecerit Deus cum ea, post meum discessum. (Albucasis chirurg. lib. 2, cap. 36.)

Verrucæ in gutture.

Jonnes Jacobus civis Montuanus, habitu corporis melancholico præditus, verrucis quam pluribus guttur, fauces et radicem linguæ occupantibus diu vexatus fuit, quæ presertim maxime deglutitionem offendebant, res sane non frequenter observata, sed raro admodum, nam et toto vitæ nostræ curriculo semel tantum et alteri Attilio Melagneno dicto, ejusmodi verruccis, sed longe

minoribus universam linguam conspersam videre licuit. Erant autem ex illis quas Myremetias appellant, vulgo porri dicuntur hujusmodi tubercula eo quod fila quædam intra se contineant, porrorum capillamentis radicalibus persimilia. Latini vero verrucas vocant eo quod montium eminentiis consimiles sint. (*Marcellus Donatus Histor. mirabil.* libro tertio, cap 5.)

Stomocatia.

Æmilius Gallus sub Augusto Imperat. cum in Arabiam exercitum Rom. traduxisset, in albo vico maximo Nabathæorum emporio per integrum annum exercitum relinquere fuit coactus, uti ægri milites reficerentur, qui sceletyrbe sive stomacia laborant, hoc est, oris et gingivarum putredine, et crurum maculis. (Strabo libro decimo sexto, *circa finem.*)

Cum Germanicus Cæsar in Germania trans Rhenum castra posuisset, in maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in cruribus dissolverentur. Stomacacen medici vocabant, et sceletyrben. Et malo reperto auxilium est herba quæ vocatur Britannica, Frisiorum indicio. (Plin. lib. 25, cap. 3.)

Calculorum in tonsillis genitorum, pertinacem tussim excitantium historia et curatio.

Nobilis vir Sparnegker ecclesiæ Ratisponensis Ccanonicus, ob lapidem, in tonsillarum faucium abcessu concretum, continua affligebatur tussi. Ejus fauces cum medici quidam ex balaustiis, rosis, lauro, alexandrina ac alumine decocto, et aliis siccantibus colluere jussissent, quibus humore abcessus tenuiori absumpto, ex grossiori derelicto lapis magis accreverat, adeo ut laryngis musculos tumor fere occupasset : Alii vero medici bechica, tussis remedia, ad nauseam usque diu frustra exhibuissent, ego tandem accessitus, suasi ut non exsiccantibus, sed mollificantibus et maturantibus fauces affectas crebro collueret, et tepido ex malvis, ficubus, radicis altheæ decocto elueret. A colluvione vero de electuario stomatico, quod ex mellis despumati unc. ij. butyri recentis insulsis ℥. j. pulvere ireos ℈. j.

aut nucleorum tribuli marini, farina bene contrita triduum lamberet : quo tumore emollito,oborta ex distillatione valida tussi, calculum gypseum excreavit, simillimum tophis, qui intra digitarum articulos accrescere ex pituita solent. (*Languis epistol.* 57, tome II.)

Præterito mense, in vicino urbis Pago, prædives quidam ut vocant, scultelus ob tonsillarum tumorem ægre spirabat et deglutiebat : In barbari tonsoris diuturna opera, qui dubio procul gargarismates e balaustis rosis, aluminisque decocto et aliis id genus siccantibus et repellentibus fauces colluit quibus tenuiori exsiccato et assumpto tumoris relicto ferreo (quod in œdematoris tumoribus ut plurimum advenit) in gypsum concrevit. Cum autem indies laryngis musculis tensis respiratio fieret molestior, me accessit cui malvarum caricarum et althææ radicum decocto tepido, os crebro colluere imperavi, a colluvione dispumatam vel todidemque recentis mulsi butyri, iridis florentinæ pulveris momento admixto, lembendum prescripsi. Unde factum, ut emollito tumore, obortaque distillatione calculum gypseum, validissima tussi excerneret, quo facto liberius duxit spiritus, curatoque ulcere convaluit. (*Joan. Jessenius*, de Jessen *obs. propr.* CLVA *Laurent. Scholtzie* ad nos mis.)

PHLEBOTOMIA

Senex annorum septuaginta, ab angina præfocativa, misso sanguine et aliis opportunis adhibitis auxiliis, integre curatur.

Senex Sabaterius, honoratus et ditissimus civis Arelatensis. senex annorum septuaginta, optimi habitus et solidorum membrorum, angina præfocativa corripitur : interna illa quidem, et a qua nihil foras apparebat, in discrimen vitæ incidit, prohibita voce, et phlegmonoso intus tumore in faucium radice consistente strangulatus, ita ut exerta lingua et tumefacta cum magno stertore spiritum duceret, instar eorum qui strangulantur. Suppuratur angina, et auxiliis multis adhibitis et venis incisis rumpitur ; abcessus et sanatur ingenti cura et labore senex, qui jam ferme deploratus moribundus jacebat, supervixtique annos totos duodecim. (*Valleriola lib.* 6, *obs.* 10.)

Tonsillarum affectibus (Foramina).

Tonsillarum ulcerationes inspectio deprehendit: in qua tamen observare decet, quod monet Fallopius, amygdalas præter aliarum glandularum conditionem, habere tunicam ner nosam, multis amplioque foraminibus perviam, quæ dum illæ inflantur, magis dehiscentia, sudoribus facile imponunt ulcuscula ex credentibus ; detumescentibus enim tantum glandulis, illa mox obliterantur. (Joubert, chap. 2, *Tractat. affect. thoracis.*)

De muliere, cui in tonsillis spina piscium inhærebat pene suffocationem inferens.

Mulier Delphensis vetula, cum spinam piscis devorasset, tonsillis inhœrebat, ut pene suffocaretur; quæ neque ullo modo dimoveri potuit, neque potu largiore, neque aliis mollibus aut ossis, aut magno panis bolo, cui aliquendo inhærere solet quamobrem elegmata emollientia ex mucilagine et succo altheæ sem. malva, sebastim etc. (plurum cum syrupeo confecta, ut continuo lamberet, imperavi. Deinde cataplasmata toti gutturi circumducta spinam cum pure evulsa, sanata fuit. (Forestus libri 15, observat. 27.)

Abcessus tonsillarum, tumoribus utrinque sub auribus obortis, repurgatus.

Laborabat inflammatione tonsillæ, utriusque filiola quædam duorum annorum, qua idonea remedia propter ætatem non admittente, natura viam sibi ad salutem quarens, morbum ad exteriora convertit. Nati sunt itaque utrinque in collo, infra aures, singuli tumores, quibus scelpello apertis, pus effluxit. Itaque ab abcessus tonsillarum liberata, sanitati restituta est (*Dodonæus observat. med.*, cap. 16). (*Lib. p. 199.*)

DE SUFFOCATIONE

A rebus variis, velut spina, pyro, acinis, pilo, pilula, caruncula, et pisciculo, suffocati.

Tarquinius Priscus, cum ad mensam sederet, os piscis trans-

versum adhæsit gutturi, ut nocte illa miserabiliter exspiraverit. Id attestatur Hagiographia *Guido Bitur.*

Matrona quædam Brixiensis, invito filio pilulam assumere neganti, digito imprudens, in arteriam compulit : qui protinus exanimatus, in sinu jacuit. (*Alexander Benedictus* in *prœmio* lib. 7, *de curand. morb.*)

Sophoclem, Lucianus et Sotades apud Crinitum, contra Plinii sententiam, dicunt acino uvæ periisse. Val. Maximus tamen et Volaterranus, fovent partes Plinii, quorum sententiam sequitur Politianus.

Quemque senem, meritæ, rapuerunt gaudia palmæ. Nisi fortasse de Philippide intelligi male.

Anacreon Teius, poëta, 85. ætatis anno, dum passæ uvæ succo, tenues et exiles virium reliquias foveret, unius acini, pertinacior in aridis faucibus humor, eum suffocavit. (*Val. Maximus* lib. 9. cap. 12, et *Plin.* lib. 7, cap. 7, *Volat.* lib. 13, cap. 3 *Anthrop.*)

Terpanter, citharœdus insignis, Spartæ canens in Stadio, cum ore hiaret, quidam ficum temere mittens, faucibus ejus tanta vi impegit, ut strangulatus fuerit ; de quo *Triphon* in 1 *Græcorum Epigrammatum*, item *Varinus.*

Drusus Pompeius, Claudii Cæsaris, ex Herculanilla filius, cui paucos ante dies, filia Sejani fuerat disposata, cum puer ludens, jactum in sublime pyrum, ore excepisset, idque alte in guttur descendisset, præclusa anima, mortem obiit. (*Suetonius.*)

Fabius senator prætorius, hausto in lacte pilo, præcluso spiritum, animam egit. Adeo parva re hominis persæpe mors constat, qui superbe agendo, per amentiam, Deo se nonnunquam æquare contendit. (*Fulgos.* lib. 9, cap. 12, ex *Plin.* lib. 7, cap. 7.)

Juvenis quidam pomum furtim ablatum devoraturus, magnam ejus partem morsus abscidit. Interim a parente vocatus, venturum se respondet, ac simul in ipsum tracheæ aditum, attrahit demorsam a pomo partem : unde suffocatio jamjam imminebat. Nisi collabanti quasi natura particulam pomi illam ita ex ore perturbasset, ac si per tubulum, vehementi spiritus impetu propulsus fuisset globus. (*Osvaldus Gabelchoverus de observationibus suis* ad nos missis.)

Puer, annorum circiter quinque vel sex, Arembergæ quod est Episcopatus Aichstadiensis oppidum, cum forte fortuna, matri

pisciculos ad cocturam præparanti adesset, et etiam unum ex illis ori inservisset : factum ut ille fauces præcludendo, spiritum animæque meatum interciperet, ex quo misellus puer suffocatione exanimatus, interiit, magno parentum et inopinato luctu. Accidit autem hoc ipsum circa annum millesimum, quingentesimum septuagesimum octavum. Cujus rei certissimam mihi fidem fecit, industrius et laudatissimus hujus mei libri primæ editionis Typographus. (*Schenkius.*)

Filius cujusdam Manilii dicti, ex castro Bozoli, cum uvæ acerbæ grana avide ingurgitaret, superveniente matre, et cum objurgante, ex illius improviso et inexpectato adventu ; perculsus puer, granum, quod jam in os indiderat, dum festinanter devorare satagit, forte in asperam arteriam delabitur, ita cum nullo auxilio sublevari posset, misellam animam exhalavit suffocatus.

Puer alius Hebræus Beseleel vocatus, dum siccam castaneam dentibus confringeret, quædam illius capita, in asperam arteriam fuerunt injecta, cui mulier subvenire studens, *dorsi percussione,* corpuscula castaneæ in pulmonis lobos delata fuere, ita quod minus anxie cor per patentiorem cannam tunc flabellari potuit, sicque oregmone et levi suffocatione interim irritante, quatuor dierum spatio, miserrimam calamitosamque vitam duxit: verum quinto superveniente, dum a medico, in Aromatarii officina, consilium atque præsidium peteret, unius tantum tussiculæ impulsu universali nigredine infectus, ac si fune suspensus fuisset, in patris complexu e vita migravit. (*Marcell. Donat. hist. med. mirabil.* lib. 3, cap. 7.)

Joannes posthumus, Marci Perezii Antuerpiensis, qui Basileam venerat, puellus optime habitus nisi quod motu vehementiore, vel risu, vel hululatu, sæpe levi deliquio tentari videbatur, hilaris lac nutricis sugens, repente anhelitu intercepto, Basileæ expiravit, anno Salutis 1576. Adaperto cadavere, ipsi laryngi adnata caruncula, nucis magnitudine reperta : quæ ubi ad justam magnitudinem excrevit, puerum novem mensium suffocavit. (*Zwingerus Theat.* vol. 2, lib. 7, pagin. 515. edit. ultim) Hanc historiam CL. V. Felix *Platerus,* pro suo in nos studio, et juvandæ posteritatis singulari affectu, una cum aliis plurimis observationibus suis, hisce verbis nobis communicavit. Filius Marci Peresii,

quinque menses natus, bene habitus, nullo præcedente alio affectu, subito cum stridore et respirationis difficultate, e medio sublatus est. Quo genere mortis quoque, cum duos amisisset filios, causam scire cupiens, ipso rogante, pectus aperuimus et in regione juguli glandulam illius loci in strumam quandam magnam, unciam unam cum semisse pendentem, spongiosam, venisque refertam et quæ beneficio membranarum dumtaxat, vasis maximis illis juxta jugulum ascendentibus, adhærebat, excrevisse deprehendimus : cerebriformi quodam materia et sanguine oppleta : quo subito irruente strumamque illam dilatante, adeo, ut vasa illius loci, premeret, suffocatum fuisse infantem indicavimus.

Quum Neomagii apud Geldros quidam arrogantius deglutiret ovum gallinaceum integrum, quod naturalem œsophagi expansionem superaret, illud in eo coarctatum, residere nequivit: unde quoque compressa arteria, mox suffocabatur. (*Wierus.*)

Quidam piscandi et natandi peritissimus, quum manu in quodam profundo gurgite percam cœpisset, orique mordicus inseruisset, ut ad sodales enataret: Perca in gulam illapsa miserum in manibus sodalium, nihil non tentantium, exanimavit. (*Gilbertus Cognatus.*)

Quidam præcipuæ familiæ juvenis egregius, et magnæ expectationis mihi notissimus in Belgio a quadam fœmina philtro dementatus, incidit in mentis alienationem, a qua nullis remediis liberari potuit, sed sic illum in custodia libera continuerunt. Interdum vero (ut fieri solet) delirium hoc sua habuit intervalla mitiora, ut in ædibus obambularet, nihilque præter rationem adeo committeret. Is aliquando tum accedens ad fontem, in quo pisces asservabantur, statim arripuit percam minorem, et capite ipsius in os intruso, vivam illam deglutire voluit, sed perca suis spinosis pinnis in faucibus sese exserens, ita spiritum statim in faucibus impedivit, ut intra semihoram mortuus concideret. Genus profecto mortis, rarum et admiratione singulari dignum. (*Joachimi Camerari Norimb. Med. exemplum.*) (*Obs. I.*)

DE SPECIEBUS ET PROGNOSTICIS ANGINÆ, SPECIES RARÆ

Anginæ raræ species, ex primis vertebris natæ.

Ubi primæ vertebræ afficiuntur, licet raro, evenire tamen interdum angina potest, idque in pueris magis, quam adultis ; de qua Hippocrat. lib. 2. de morb. populariter vagantibus, in hunc modum scripsit « erant anginosorum affectiones hujusmodi : cervicis vertebræ ad internam conversæ sunt, aliis quidem plus, alii vero minus : atque in partibus exterioribus, manifesta videbatur in cervice concavitas ; dolorem laborans, ubi illic tangebatur, sentiebat ».

Accidit anginam cuidam, sub ea vertebra, quam dentem nominant, verum non adeo acuta: quibusdam vero ob rotunditatis magnitudinem, omnino conspicua. Fauces autem, ut ea vertebra, quæ dens dicitur, inflammatione minime laborabant, sed molestia afficiebantur. Ea quæ sub genis erant, tumebant quidem, sed inflammatione laborantibus haud erant consimilia. Inguina nullus dolor cruciabat, sed naturali potius habitu permanebant. Lingua haud facile convertebatur, atque aucta ipsis videbatur, atque exerta. Venæ sub lingua manifestæ. Deglutire, nisi magno cum labore, nequebant, At si vi quadam devorare conarentur, per nares effluebat id, quod ingesserant. Ex naribus loquebantur. Spiritus ipsis non admodum elatus ; nonnullis capitis, temporum atque cervicis venæ attollebantur. Atque horum quibusdam, quibus dolores recrudescebant, tempora paululum calebant, quamvis alioqui non febricitarent. Plurimi non suffocabantur, nisi quum vel sputum, vel aliud quippiam deglutire tentarent, Neque subsidebant oculi : Igitur quibus tumor non in alterutram partem deflexus sed rectus erat, nequaquam paralytici evadebant. Horum si quempiam periisse mihi constaret, id referre gravare minime. Nam quotquot memoria nunc consequi possum omnes superstites permanserunt. Atque alii quam celerrime sanitati sunt restituti : Alii non pauci quadragesimum diem præterierunt. Insuper nonnullos febris omnino non arripuit. (*Galenus* lib. 4, cap. 3, *De loc. affect.*)

(*De Angina*, *p.* 207.)

De latente ac difficili angina.

Nulla inter anginæ species æque periculosa est, ac ea in quam nullus tumor in faucibus ac collo apparet, quam latentem hac de causa non inepte dixerimus. Talis autem quandoque hominem paucis diebus conficit, ac e vita tollit mente et sensibus integris. Quod et Hippocrates prædictionum lib. 3. cap. 8. scriptum reliquit. Angina, inquit, gravissima est et celerrime interimit, quæ neque in cervice (id est collo, interprete Galeno) neque in faucibus conspicuum quid efficit. Hæc etenim eodem die, et secundo, et tertio, et quarto strangulat. Plurimum vero hanc quoque dolorem inferre, et spirandi (addit) difficultatem. Adsunt vero non modo hæc, sed et vehemens copiosaque humorum e capite destillatio, dolor autem circa laryngem et asperam arteriam talis, ut nec contingi, quantumcunque leniter, citra gravissimum dolorem queant, sed nec moveri sursumque attolli. Quamobrem non spiritus tantum cum difficultate trahitur, sed et cibus ac potus ægerrime, aut non, demittuntur. Cum etenim per œsophagum descendunt, cedit et sursum ascendit larynx. Inflammari per hujusmodi anginam, interiores ac latentes laryngis musculi existimantur. Verum nos nullam juxta laryngem aut ejus musculos, vel circa asperam arteriam, inflammationem aut abscessum cognovimus, sed pulmonem male affectum observavimus.

Lanio quidam meridie circa laryngem et fauces dolorem sensit, et quandam in deglutiendo cibo ac potu difficultatem. Adiit sub vesperam pharmacopæum. Datur ex aquis plantaginis, lactucæ, et diamoron, addito aceto, gargarismus, quod cum subinde uteretur, doloribus intensis subito nocte mente constans, strangulatus interiit. Hujus corpore aperto, reperta est pulmonis substantia, mollis et in pus conversa, et ad unum ejus latus abcessus pure quoque impletus. Nulla tussis huic antea fuerat molesta, neque sanguis ulla sputatio præcesserat, sano validoque corpore eousque visus, eoque non gracili, sed obeso.

Eadem et superioribus similia, æstate anni 1565, diligenter annotavimus, quando multi angina ac simul molesta ex capite distillatione correpti fuere, præsertim ex his, qui præcedente hyeme, vel tussi, vel raucedine laborassent, aut e peripneumonia

evasissent. Plurimis horum posteaquam circa laryngem dolor remissior, tandem desiisset, peripneumonia successit, cum lateris dolore, non tamen pungente; aderant respirandi difficultas, et pulsus mollis. Horum non pauci intra non multos dies mortui; seniores evaserunt, et natura frigidiores. Pulmones horum vel purulenti fuere, vel abcessum habuere ; juxta vero laryngem, aut ejus musculos nihil occurrit, quod vel adesse vel adfuisse inflammationem ostenderet. Satis quid emapparuit, pulmones male quidem prius affectos, superveniente ac accedente e capite destillatione reliqua symptomata successisse : laryngem vero non primario, sed per sympatiam, sive consensum laborasse. Verisimile vero etiam est, distillante humore, asperam arteriam, ejusque ramos impleri atque distendi : deinde eodem ad alia vasa transmisso a dolore liberari asperam arteriam, ac ejus supremum finem ipsam laryngem ; pulmonis autem male affectas partes a dolore occupari, atque hoc modo ex angina in peripneumoniam permutationem fieri. Subvenit huic morbo mox, si vires ferant, venæ sectio; ita enim citissime impetus defluentis humoris et avertitur et compescitur : deinde quæ lenire asperam arteriam et pulmonem queunt, ac sputi facilem exitum procurare, cujusmodi sunt dulcia, ut glycyrrhiza, ejusque decoctum, uvæ passæ, vinum passum, aqua mulsa, vinum mulsum, dilutum, si febris adsit, et alia ejus generis, quæ a Cælio Aureliano commendantur. Adstringentium ac repercutientium in hoc morbo usus, inutilis, aceti vero etiam perniciosus. (*Dodoneus* cap. 18 *observationum.*)

Appellat anginam Hippocrates. Gal. teste, affectum circa fauces, qui spirationem quoquo modo reddit deteriorem. Hujus genera quatuor lib. de locis affectis 4. c. 5. enumerantur : alii deinde et affectus referuntur, per quos cibi potusque via impeditur, et cum difficultate cibum laborantes deglutiunt, potus vero etiam per nares resilit. His annumerari æsophagi, ab inhærente ossiculo, inflammatio potest. Per hos autem affectus, spirandi quoque difficultas quædam oboritur, sed citra suffocationis periculum. Est autem suffocatio (nonnullis strangulatio) non aliud, nisi interitus subitaneus, propter defectum inspirationis, (ut Gal. in comment. Aph. 34. lib. 4), qui fit ex angustia alicujus instrumenti, ex iis, quæ serviunt respirationi ; angustia vero fit, vel

repleta media regione, quæ inter thoracem est atque pulmonem, aut pulmonum meatibus ; vel aliqua inflammatione totum occupante viscerum, ad asperam arteriam, vel etiam partem, quæ veluti caput ejus est. Quæ etiam inflammatio aliquando fieri solet in præjacente spatio, quod fauces appellant. Atque una harum causarum, ejus de qua scripsimus anginæ occasio fuit, pulmonis videlicet χησαυ sive meatum atque ipsius asperæ arteriæ ex affatim defluente humore repletio. Quæ, quomodo, ac qua via in peripneumoniam convertatur, ostendimus. Est autem hæc inter anginas, per quas nullus in faucibus tumor apparet, et quæ subitaneum periculum adferunt, frequentior. Quæ vero asperæ arteriæ, vel musculorum, qui gulam cum gutture jungunt, inflammationem consequitur, omnino rarissima. Contingere hujuscemodi aliquando posse, negari nequit, extante præsertim exemplo apud Anton. Benivenium. cap. 38. Pus etenim loco circa collum, altioribus plagis inciso, erumpens, inflammationem præcessisse vicinorum musculorum manifestum fecit. Idem scholia ad idem caput.

In angina affluxum sanguinis subinde recurrere.

Usu medendi observavi in anginosis affluxum sanguinis subinde recurrere. Itaque si ita necessitas suadeat, repetenda erit per vices quasdam sanguinis revulsio. Quinetiam in morbi progressu, discutientia minus utilia animadverti, quod irritent, ad defluxum humorum. Quare anodinis et lenientibus solis, tutius in hoc affectu proceditur. (*Jacob. Oethæus lib. observ. propriarum.*)

DE PROGNOSTICIS. — DE ANGINA

In angina rubor et tumor cervicis et pectoris, si intro convertantur, mortis argumentum.

Tanto securior angina est, quanto inflammatio magis secedit a partibus internis, et via respirationis. Talis est dispositio, per quam inflammantur cervix et pectus, ubi non recurrat inflammatio aut sacer ignis ad partes interiores. Sic enim dixit Hipp. aph. 50, 7. sect. Ab angina habita, tumor et rubor in pectore super-

venientes, bonum : extra enim vertitur morbus ubi tamen contingat intro converti, malum erit. Quod contigit cuidam vetulæ sexagenariæ, quo tempore Illustrissimi Ducis de Medina Cœli patronis mei curam gerebam, passa est anginam in tertia specie, inflammatis faucibus et cervice, sine difficultate respirandi, convenientibus adhibitis remediis, rubor ad pectus descendit, plurimum demissa inflammatione faucium quinto die morbi, septimo die parum coctum spuebat in magna copia : cæterum decimo die recurrit rubor, subito namque spuere cessavit, febris aucta est, rubor pectoris evanuit, et undecimo die mortua est. (*Christ. a Vega. Comment. ad lib. 3. prognost. 28, Hippocratis.* (*Liv. II.*)

Angina Lethalis.

Angina ista quatuor phlebotomiis, cum scarificationibus tribus sanguinis libris eductis, ægrum intra octo horas necavit.

Nonnulli vocarunt me, ut curarem Dominum Collam Libum ; Vir erat hic curialis et illustrissimo Alphonso Duci Ferrariæ carus : cœpi illum interrogare, sanus lectum ingressus erat vesperi ; hora decima experrectus, persensit in gutture dolorem, nec poterat anhelare, nec deglutire jussi ; ut aperiretur vena communis, et decem unciæ sanguinis extraherentur vel duodecim, promisique me iterum accessurum cum alios quosdam ægros visitassem ; dum aberam, illum interim visitavit Elleonurus Sanseverinus, expertissimus in re medica vir, qui jussit ex humerali libram aliam sanguinis extrahi, postea discessit : sed et ab amicis fuit ad illum ductus excellentissimus Magister Sigismundus Nicrosolus, qui anhelitus difficultatem videns, ex alio brachio (nox prona a dextro, hic a sinistro), aliam sanguinis libram educi jussit, illincque discessit; nos statuta hora Dominum Collam revisentes historia de aliis mediciis enarrata est, erant tres sanguinis libræ eductæ, jussimus ut sub lingua venam secarent, itaque factum est, additæ sunt cucurbitulæ, et omnia diversionum genera, tamen fieri non potuit, quin decima octava hora obiret, et decima hora angina correptus erat. Cynanche erat. (*Anton. Brasavola Comment. ad lib. 4, de rat. vict. acut. Hipp.*)

Angina octodecim, interdum duodecim, nonnunquam etiam decem horis interficiens.

Omnium periculosissimam anginam censuit Hippocrates, ub neque in faucibus, neque in cervice quicquam apparet. Hujus quippe inflammatio penitus abstrusa, graviora infligit symptomata, non sine metu præsentis strangulatus. Hæc sæpe vidimus sublatum ægrotum horis octodecim constante mente, integrisque sensibus. (*Fernelius lib. 5, cap. 9, Patholog.*)

Proxeneta ille, qui circa oleum versabatur, cum advesperasceret, quod de gutture, strangulabatur, conqueri cœpit, pro qua abigenda mala affectione, remedia varia sunt facta, vomitus namque evocatus fuit, et oxymelitis portiunculam per intervalla lambebat; ex stomacho namque malum hoc evenire credebatur, sed postea scapulis et cervici cucurbitulæ, secta cute, sunt adfixæ; demum morbo graviori facto, intra duodecim horas miser ex vita stertendo decessit ; intromissa autem cerea candela per æsophagum sive gulam, nihil impedimenti perceptum est. Fuit igitur sævus hic morbus angina, asperam arteriam occludens, et respirationem impediens : cæterum hoc in casu, sanguinis per venæsectionem missio, et cætera remedia prætermissa sunt, quia volucris occasio. Porro vir ille ad quem vocati diligenter venimus angina strangulabatur, per signa namque et notas loquebatur, qua de re illico ; nulla interposita mora, aut vacuatione alia præhabita, sub lingua venas secare fecimus, et sanguinem ex eis convenientem fluere; quo constricto, pauculo interposito tempore ut ita dixerim, refectis viribus, repente brachicephalica vena, secta fuit, et ex ea per intervalla sanguis missus, unde brevi vir hic melius habuit, et postea nonnullis aliis celebratis remediis sanitatem pristinam adeptus est. (*Lusitanus. Centur.* 7, *curat. 90.*)

Synanche exacte peracuta est. Vidimus etenim synanchen. quæ in decem horis interfecit. (*Brassavolus comment. ad aphor.* 10, lib. 5. *Hipp.*)

Cuidam in musculis dextræ partis laryngis, cum orta esset inflammatio neque appareret, sed tactu duntaxat extremo dolorem præ se ferret, mors subita tribus horis a missione sanguinis, consecuta est. (*Scholiographi ad cap. 2. 3. Hollerii de morb. int.*)

Ex angina strangulante, et febre peracuta, æger in quatuor horas obiit.

Annius Reynerus, qui in foro frumentario Delphis agebat, vir circiter annorum triginta in anginam lethalem et febrem peracutam incidit, ad quem Ericius Leydius medicus, collega meus, prius vocatus fuit ; ab injecto clystere, sanguinem ex cephalica detrahere jubet, ac gargarismata, tum alia apta remedia præscribit ; tertio die cum in Hagham comitis collega vocatus esset, cum suffocatio immineret, ad eum accitus sum, cum nihil deglutire posset, libenter sanguinem ex venis sub lingua detraxissem, sed os aperire non potuit ; interea collega reverso, etiam Nievenius Medicus Haghanus una vocatur, verum cum nullum medicamentum per os sumere posset, iterum clyster injectus est, unde, probe quidem alvum deponebat sed nihil juvaminis, neque ex emplastris, aliisque remediis, exterius adhibitis, sentiebat, ita ut angina strangulante, tum febre peracuta obierit quarto die, cum et angina per se malum acutissimum, sine febre etiam aliquando ante quartum strangulet ac suffocet. (*Forestus, scholia ad observ.* 5. lib. secundi (*Observat. suarum.*)

Historia cujusdam mulierculæ, angina laborantis quæ devoratis bolis aliquot cassiæ et vomitu excitato, statim strangulata interiit.

Quod si in angina ex molestia medicamenti concitetur vomitus, non ita velox strangulationis imminet periculum, si liquidum fuerit medicamentum, veluti si solidum ; pilulæ enim et boli, dum vomitu ejiciuntur, confertim et valido impetu ad angustias oppressi ab inflammatione transitus, majus afferunt periculum. Unde aliqui hac ratione repente strangulati sunt. Ut accidit hic Patavii cuidam mulierculæ, laboranti angina, quæ devoratis bolis aliquot cassiæ, et vomitu excitato a molestia medicamenti, statim strangulata interiit. (*Trincavella lib. 5, cap. 7 de rat. curandi, part. human. corp. affect.*)

Selecta aliquot, tum de experimento, tum de historia ad anginam remedia.

Aqua ex floribus ac foliis Periclymeni, vulgo caprifolii, anginæ præstantissimum est remedium. (*Rob. Constantinus in supplement. ling. lat.*)

In angina cassiæ Ægyptiacæ succus extractus, cumque aquæ plantaginis mistus, plurimum conducit. (*Camerarius in horto.*)

Annosæ arboris Sambuci, apud Boreales præsertim ramis accrescit excrementum corticosum coriaceumve, multis dotibus cognitu dignissimum, plebique Anglæ et Germanæ *indæ aures* vocatum propter effigiem auris, quam cartilagineo concretu rugosoque complexu multis plicis et mæandris æmulatur ; sed colore pullo, prædurum, aquis mersum molescens, spongiæque ritu tumens ; anginis certissimo experimento utilissimum, et tumoribus intus forisque nunquam satis laudatum gustu pene insipidum, cutis elixæ, aut corii. (*Pœna et Lobellius in advers. stirp.*)

Fungus sambucinus in vino coctus et potatus, præsens remedium est anginosis, pæcedente et sequente suffitu de olibano. (*Leonellus in praxis.*) Plura de hoc remedio, vide in *Iatreio Wirtembergico*, p. 244.

Lignum hederæ a proprietate valet ad apostemata gutturis ; ideo comedens ex cochleari de hederæ ligno, vel bibens ex vase ligneo hederaceo, nunquam vel rara in apostema gutturis aut uvulæ incurrit. (*Joan. Marguardus in pratica*, Cap. *de angina.*)

Rubeta synanchicis cocta, pro emplastro imposita, adeo prodest, ut quemdam hoc auxilio, cui tam tamquam morienti, de more candelæ inscensæ fuerant, liberaverim. Crediderim et filum, quo suspensus interierit, conferre. (*Cardanus* lib. 7, cap. 38, *De varietate rerum.*)

♃ Gumi sambuci drach. ij. aristol. rot. drach. j. aquæ capri, folii. unc iij bulliant ; simul et fiat gargarismus. (*Chalmeteus enchirid Chirurg.* cap. 30.)

Cinis hirundinum combustus, Melichio admodum probatus, antidotario suo. (*Lib. II, De angina obs. I, experim.*)

Admirandum Galeni ad anginam experimentum.

Memini me admirandum canini stercoris expertam facultatem. Canino etenim stercore, uti assidue consuevit prœceptorum nostrorum quidam, sola ossa cani edenda exhibens, duobus continuo diebus, ex quibus durum, candidum ac minime fœtens stercus proveniebat. Hoc igitur acceptum desiccabat, ut cum postea usus esset, facile ad lævorem posset redigi. Utebatur eo ad anginam et dysenteriam, et summe inveterata ulcera ad anginam quidem, iis medtcamentis admiscens, quæ alioqui huic affectui congruebant, etc. (*Galen.* lib. 10 *simpl.*)

(*Magie.*) Anginæ cura, per guttur lupi.

Lupi guttur (asperam arteriam) hoc loci commemorandum mihi visum est, ob insignem experientiam, cujus cum insigni docto medico, Adolpho Occone, Augustanæ reipublicæ Physico officiossimo, paucissimi medici hactenus consci fuere. Nam qui per hoc guttur bibit, in synanche, id est, angina, certissima salute evadit. (*Joan. Agricola*, lib. 2, *Medicinæ herbariæ.*)

Anginæ curatio mira et superstitiosa.

Mulier quædam superstisiose butyrum mense maio asservabat, et colligebat tribus diebus rogationum, imprimis e lacte vacccæ, quæ matrem peperisset mulieribus, quæ feminam. Urgente angina, inungebat collo, cervicis partibus vicinis, carpo plurimum fricando. Atque hac ratione non paucos sanitati restituit. (*Scholiographi* ad c. 22, lib. I *Hollerii de morb. intern.*)

INGENIOSA TUMORIS CURA.

Variæ et ingeniosæ suppurati tumoris in angina aperiendi rationes.

Hiante ore, lingua deprimitur, culter ligneus acutus indagatur, ut tumor disrumpatur. Tum prono capite sanies repurgetur in guttur. Ubi in faucibus manifestus est tumor, vellicandus est unguibus, aut ferro aperiendus. Alii spongiæ partem ad magnitudinem avellanæ suspendunt et filo, et ita ab ægro devorati jubent. Intumescit spongia atque dum vi

retrahitur, tumorem rumpit. Alii bolo carnis salsæ semicoctæ ita suspenso et devorato tum vi retracto moliuntur. Alioqui scarificandus locus est, sub maxillis, sub mento in collo, vitatis semper nervis et arteriis. Sic enim aliquando sanies effluit. alioqui cucurbitulæ scarificatis locis apponendæ sunt. (*Hollerius* lib. 1, cap. 23 *de curand. morb. intern.*)

Nonnulli etiam panis crustam devorandam præbent. (*Duretius*, in *adversariis* ad eundum locum.)

Quidam optimo successu, attingunt duntaxat oleo ex vitriolo et mox rumpitur abcessus. Sunt qui ceream candelam impingant, et rumpant. *Arculanus*, cuspide ferrea ligno infixa, sic ut alias partes non vulneret, illud efficit. Neque ei placet, quod nonnulli volunt spongia ex filo pendante ac devorata, et paulo post, dum humore turget, violenter evulsa, id tentare. Qui enim illam transglutient, cum vix liquidissima quæque absorbeant? *Rogerius* idem facit ex frusto bubulæ carnis semicoctæ : utrumque probare videtur *Guido* non absque ratione prorsus. Quando enim suppuravit materia, solito minor est tumor ; cum per maturationem fiat quidam fervor, et per ebullitionem non parum humoris exhalet et absumatur. Unde *Aetius* quoque præcipit in tonsillarum inflammatione frusta panis in aqua macerata quam maxima et alios cibos, acervatim ingerere. Vehementiore enim circa abcessus obvolutione facta (inquit) eodem modo afficiuntur, ac si sectionem substineant. (*Joubertus, tractat de thoracis parium affect. cap. 1.*)

Si apostema venerit jam ad maturationem et non rumpatur, oportet ipsum aperire, ut exeat sanguis. Inspiciat ergo medicus in ore, et si appareat, hoc modo rumpatur. Accipiat unum lignum subtile, rotundum ; in cujus extremitate apponat ferrum acutum, cujus longitudo sit tantæ quantitatis, quantæ est medietas digiti, in ore ; deinde ore aperto ponat lignum intra dentes ægroti, ac si esset frænum, deinde ponat cannulam illam cum ferro ad locum apostematis, ac scindat. : aperto apostemate, pronus declinet caput inferius, ore aperto, ut exeat sanies. Si autem non potest rumpi, quia non appareat visui, imponat digitum in os, et cum unguibus rumpat, si potest. Rupto apostemate, mundificetur hoc modo. Accipiat aquam mellis, secundum artem decoctam, et gargariset. (*Leonell. Praticæ, cap. 19.*)

Anginæ suppuratio ruptorio medicamento promota, exemplum memorabile.

Illustris mulier, Gabriela *Goufier,* Domina a *Saultour,* cum angina autumnali, omnium periculosissima, detineretur, venit in mentem legisse me apud *Aetium lib. 15, cap. 6 :* Agaricum *occultos abcessus absorbere,* vel foras materiam evocare; statim agaricum in taleolos conscissum, *in decocto rad althææ, ficuum cum momento zinzib. et quarta parte vini albi, maceravi, addidi syr. de althæa,* potionem ægrotæ dedi, monuique ne illam statim deglutiret, sed aliquod tempus, in imis faucibus contineret, si hac potione vitam sibi redimere vellet. Obsequitur ægrota, iterim dum cum illa sermonem confero, ecce magna puris albi copia, tam putridi et graveolentis, ore rejicitur, ut filia quæ ad matrem cum pelvi adstabat, emisso pure, nec consueto et illius puris fœtore, conciderit animo ; reliqui custodes magna corporis contentione foras proruperint ; accurrunt aliæ, purulenta detrahunt, detergent; festinant aliæ, ut intolerabilem gravis odoris fœtiditatem, suffitu quodam depellerent, qua sublata ad ægrotam redii, quam plane et vocis vitio et respiratione difficili, et gravi deglutitione et febre levatam reperi, et ab omni vitæ periculo tutam qua nunc fruitur incolumis. (*Jacobus Douynetus apolog. lib. 3, cap. 21.*)

Anginæ tumor maturus, in muliere quinquaginta quinque annorum feliciter sectus.

Quoniam bona casuum narratio, multum corroborat operantem, ponam in hoc loco quid mihi accidit in civitate Mediolani, de quadam domina quinquagenaria quinta quæ habuit squinantiam phlegmaticam, quæ totam occupavit gulam, intus et extra : ita quod extra tumor maximus apparebat. Et cum hoc non loquebatur, nec poterat transglutire. Hæc fuit in cura cujusdam juvenis mei scholaris per plures dies; de malo in pejus quotidie procedebat. Tunc quasi in casu desperationis fui vocatus, et inveni eam in statu pessima, quia pluribus non comederat diebus, nec audebat dormire, quia timebat subito suffocari;

tunc tangens pulsum ipsum, in ultima inveni debilitate. Tangens *locum corruptum,* sensi materiam in profundo; quod cognoscens, cognovi quod potius suffocaretur, quam exterius apostema vel interius rumperetur; tunc mihi preparavi *rasorium,* et locum palpans cum digitis, inveni maturam materiam, *inter mentum et epiglottum* plusquam in alio loco congregatam. Tunc locum palpans cum digito, ut possem nervos, venas et arterias evitare, vulnus ibi feci profundum; per quod de corrupta et male fœtente materia magnam partem extraxi, magnamque partem dimisi, quam tunc evacuare poteram; secundum rationem volui, quam scivisti. Tunc ægro leviorem habuit anhelitum, pulsusque fuit fortificatus timorque mortis subito diminutus : eo quod ad cor major poterat aëris quantitas delegari. Tunc administrans ei brodium, per vulnus magna ipsius quantitas exibat; tunc ingeniavi ut cum argentea *canula,* quæ posita in ore totum vulnus transibat, sua cura reciperet ad ipsius necessaria nutrimenta. Gulam totam et collum cum medicinis mundificantibus et residuum materiæ maturantibus circumdabam, donec extraxi de vulnere frustum magnum viscosæ materiæ et fœtentis, quæ fuerat sicut quodam intestinum longum plus et grassum, unius majoris digiti magnitudine : quæ quidem materia calore fuerat extraneo condensata, qua quidem remota, remansit locus sine fœtore, et ægra incepit maxime confortari. Tamen in ea continuavi mundificativa et in carnativis et cicacitrizativis; vulnus optime sigillavi et ægra fuit sanitati pristinæ restituta. (*Lanfrancus, chirurgiæ majoris, doctrina. 2, tract. 3, cap. 5.*)

(*Voir obs. III.*)

De angina gravi præfocativa, a qua converso extrorsum tumore et suppurato, liberatus æger fuit.

Jonnes *Coblet* Piscator, angina gravi laborans et in præfocationis periculum adductus, crassiore reddita lingua, ut præ tumore contineri intra os minime posset, exertaque lingua, rubentibus et prominentibus oculis, in horas præfocari videbatur; converso extrorsum tumore et suppurato, liberatur integre. (*Valleriola lib. 2, Observat. 10.*)

Apertis post aures tumoribus, evacuato puro soluta angina.

Quod Dodonæus in puella bimula se observasse retulit Idem ego in viro 34. aut circiter annorum, sed pauperculo videre me memini ante 10 circiter annos Backnangi. Cui itidem apertis tumoribus post aures satis magnis, cnm pus copiosum effluxisset, angina soluta est. (*Osswaldus Gabelchoferus de observationibus suis.*)

Ab angina sanguinea æger inedia sanatus plurimum dierum.

Quidam in angina sanguinea ægro venam non secuit, quoniam macer esset languidisque venarum receptaculis; in cubiculo eum frigidissimo collocarunt, ne sitiret esuritetque, neque vires resolverentur : tum enim synanchicus inedia plurium dierum sanatus est, quoniam sanguis alimentum corpori subministravit. Indicio sit, quod apostema non intumescit, neque distenditur. (*Alex. Benedict. de curand. morb.* lib. 7, cap. 19.)

(*Voir obs. I.*)

LARYNGOTOMIA

1° Extractum Benivieni (voir textes Benivieni).

2° Extractum Agricolæ. — « Ubi tantum inturgescere cœperit locus, ut tam cibum quam aër permeare nequeat, universalibus indicationibus satisfacito scilicet venæ sectione, et revulsivis et aversivis cum evacuativis præmissis, deinde robore vitali perseverante, inter semicirculos cactilagineos et signodes, arterriæ asperæ vulnusculum ex transverso non nulli incidunt. Per id enim cor pro sui refrigeratione aerem frigidum inspirat, expulsis et emissis inde fuliginosis halitibus et fumosis. (*Joan. Agricola* lib. 2, *Medicinæ Herbariæ.*)

3° Extractum Jouberti (voir textes). (Joubertius.)

4° Extractum Brassavolæ. — Non possum silentio præterire quod vidi; ancilla cepit cultellum, et misit eum in guttur suum, et incidit eo partem canalis pulmonis, et vocatus sum ad curationem ejus et inveni eam mugire, sicut est mugitus mortui ;

conspicui ergo ad vulnerem, et inveni sanguinem paucum, qui egressus fuerat a vulnere. Colligere ergo potui, quod ipsa non absciderat venam, neque quid egi, et ventus egrediebatur ex vulnere; properavi ergo et sui vulnus, et curavi ipsum donec sanatum est, et non accidit ancillæ aliud malum, quam raucedo in voce. (*Albucasis lib. 2, cap. 43, methoda medendi.*)

Nostris manibus incisionem fecimus in uno qui jamjam expirasset, magistro Sancto tonsore non audente, et sanitati restitutus est. Ab Alphonso Illustrissimo Duci Ferrariæ tertio visa est res hæc adeo ardua, ut dignatus sit ægrum illum visitare et foramen inspicere. Videmus in suppuratione thoracis circa quartam et quintam costam aperiri, et ascitem per incisionem curari et fiunt in umbilico incisiones curari, in inguinibus in his qui Intestinalem herniam patiuntur, in perinæo in lapide vesicæ. Neque prædictæ rationes contra hanc incisionem valent, nam quod de vesica et intestinis adducitur, simile non est, quia vesica musculos non habet, per quos consolidari possit quando incisa est, neque intestina tenuia, de quibus loquitur Hippocrates musculos habent. In gutture verò inter annulum et annulum musculus adjacet, per quem agglutinatio fieri poterit. Visimus nos quendam, qui illustrissimi Ducis bubulos pascebat qui multos habebat perfractos gutturis annulos; hic ob quædam scelera torquebatur, et cum prætor illi comminaretur, nisi vera patefaceret, sequenti die esse œquuleo levandum, desperatus hic in carceribus modum se necandi quærebat, invenit fortefortuna cujusdam ferreæ loricæ partem, ab ea laminam abstulit ferream et propiis manibus guttur sibi dissecare cæpit, et magnam annulorum anteriorum partem dissecuit ad numerum quinarium, et partem epiglotti, abstulitque in latitudine portionem; tamen sanitati restitutus est. In *ultima desesperatione* in angina, semper suaderem *guttur secandum esse,* tum ob præ, dicta, tum quia experientia hoc ostendit. In brutis animantibus nam si collo suspendantur obeunt, quia spiritus via occluditur; at dum suspensa antequam sint penitus suffocata, si trachea arteria aperiatur, non suffocantur sed sanantur, si a colli suspensione liberentur. Ex hoc igitur, experimento inferri potest, *gutturis sectionem tuto fieri posse* in anginosis: nec mirum quod hæc animalia vivant, nulla arte illis adhi-

bita, in hominibus vero artem plurimum facere. Adde nonnunquam çontigisse aliquibus guttur fuisse vulneratum, et annulos incisos, tamen sanitati restituti sunt. Cur igitur in tanto discrimine potius non est adhibenda huic operationi manus, quam sinere ægrum suffocari? Petis, quonam modo ejusmodi gutturis incisio fieri debeat? Respondemus : recentiores dicere, jubendum patientem stare semierectus super unum sedem anteriore colli parte bene tensa, mox excoriandum in tertio aut quarto circulo sub epiglotto, et postea inter cartilaginem unam et aliam tres fiant aut quatuor scissuræ rotundæ, quarum duæ versus dextram partem, et alteræ duæ sint versus sinistram, et ita relinquatur quoad periculum transactum sit, vel fiant unum in dextra parte aliud in sinistra, denique utantur incarnante medicamento, et ægri sanantur. Nos talem excoriationem non facimus, ne dolor inferatur ægroto, qui jam satis doloris perpessus est; propterea jubemus ut extandatur pellis supra guttur, et quicquid supra positum est, postea e regione spatii inter annulum et annulum fiat sectio una per transversum, neque duo solum foramina fiant vel tot foramina. Nos etenim his manibus ita fecimus et æger, convaluit. Et Paulus Ægyneta ex Anthyllo pellem extendit, non excoriat, nisi illi sint ignati qui incidunt, ne annulos inciderent : locus vero conveniens distat ab epiglotto per tres aut quatuor annulos, secundum recentes. Sed cum incertus sit locus abcessus, opus est in inferiore parte magis aperire, ut simus sub abcessu, quia cum oculis non videtur, est sub quarto annulo, et tutius est inferius incidere, quia si superius facta esset incisio, iterum incidere oporteret, neque mihi placet hos incidendos sedere, nam facile sedendes in syncopen transeunt sed jaceant ut sunt, si contingat in illa parte esse abcessum quandoque inciditur et exit pus, ut mihi in incidendo evenit, pus exivit et sanguis extra cannam collectus, et is qui per aliquot horas neque voces effingere poterat, loqui cæpit. (*Brassavolus comment. in lib. 4, sect. 35, Hipp. de rat. vict. in morbis acutis.*)

Quidam jussit sibi gurgulionis finem amputari, absente medico cum inde suffocaretur et servatus est. (*Scholiographi ad cap. 23, lib. I Hollerii de morb. int.*)

Percussa aspera arteria interdum certo mortem affert, inter-

dum periculum ingens, sine certa tamen desperatione; nonnunquam etiam, si convenienter vulnus tractetur, sanati potest, ut veterum laryngotomia probat. In synanchicis enim ore, et gargareone inflammatione obsessis, aut etiam tonsillis asperæ arteriæ os aperientibus, cum strangulatus periculum imminet, cum alia ratione occuri non potest, infra arteriæ incolumis caput spatio trium ipsius quatuorve circulorum; secant scalpello arteriæ membranosa vincula intra duos cartilagines, donec spiritus per vulnus cum murmure quodam erumpat, et vox intercidatur, imprimis cavendo, ne vasa et tunica cartilaginum exquisitissimo sensu prædita dividantur. Tum declinato strangulatus periculo, ora vulneris renovant; mox suturis cutem citra cartilaginem committunt et convenientibus remediis glutinant. Simili curatione utuntur, si quis mortis desiderio, aut aliter jugulum sibi inciderit. Idem confirmat. *Paulus 6, 33 ex Anthyllo. Avicenna fen. 9, 3, cap. 2,* prœcipit. Albucasis felici cum successu expertum scribit in ancilla. *Rases 3. continent. Avenzoar 10 tract. 14. Haly. 2. Pract. 38.* idem docent. Galenus I, *de loc. affect. 1. et 5 method. 8*, bronchiorum in pulmone ligamenta dividi sæpe testatur, vel a puris acrimonia exesa, vel ab humiditatis copia quorum abscissione bronchiorum, decidere et expui contingit, unde nec necessario, nec nisi post longum intervallum, mors consequitur. Quinetiam alio loco scribit, satius esse, ut simul cum, vena vel arteria pulmonis rupta, ramus asperæ proximus dividatur quam si servaretur integer, quia fluenti sanguini exitus facilior est per asperam, quo integra expurgatio speratur. Ubi enim bronchiorum vincula illæsa manent, per solas anastomoses asperæ sanguis transcolatus retinetur, atque in grumum concrescens per moram putrescit pulmones vitiat, tandemque interficit. Ex his intelligitur asperæ arteriæ vulnera, neque necessarie, neque semper esse lethalia, nisi ut recte adjecit Hippocrates, magna ad modum fuerint. (*Jacotius Comment. ad aph. 16, lib. I, sect. 3, coac. Hippocr.*)

Ne quid in hujusmodi vulneribus desperet, aut intentatum relinquat chirurgus, placet aliquot exemplis, quam mira sint naturæ arte adjutæ opera, patefacere. Servo cuidam domini *Champagre*, nobilis andegavensis, ense vulnus ad jugulum inflictum est, ex quo jugularium venarum alterutra cum aspera

arteria excisa erat. Sanguinis aderat ingens profluvium, et sistendi impotentia, eaque symptomata eo usque perseverarunt, quod consutum vulnus esset et medicamentis obductum. Medicamenta vero si quando liquidiora essent, ea per vulnus et suturæ interstitia tanquam fugient, et sucta allectaque ore mox reddebat æger. Itaque exactius inspiciens vulneris magnitudinem, partium affectarum, præsertim vero asperæ arteriæ, et jugularis venæ spermaticam adeoque siccam et exsanguem naturam agglutinationi rebellem expendens, tum etiam quod trachea arteria iis motibus, quos inter deglutiendum œsophagus obit, obnoxia sit, propter tunicam internam quæ œsophagi tunica continua est, cujus occasione partes illæ mutuo sibi obsequiosæ, motu reciproco inserviunt, quemadmodum ducto rius funis, directis ductionibus per trochleæ orbiculos circumactis ; præterea arteriæ usum, respirationi et cordis calori temperando necessarium cogitans, quæmadmodum venæ jugularis ad nutritionem partium supernarum, expensa porro apud me sanguinis, in quo naturæ thesaurus est, magna vi, quæ ipsi profluxerat, propinquam et certam, apud adstantes, illi instare mortem præsagiebam. Et tamen præter expectationem, divino potius favore, quam nostris artibus, superstes convaluit,

Æque admirabilis est quæ sequitur historia. Angli duo ad Vincennarum sylvam animi gratia obambulabant : sed unus, comitis sui nummis et torqui aureo quem ponderosum circumferebat inhians, ipsum incautum oppressit jugulatumque et spoliatum in illis, quæ illic sunt, vitibus dimisit, interfecisse ratus, trachea arteria et œsophago pugione confossis. Sicarius prædo in urbem se recepit. Alter semiexaminatus, cum vix tandem hinc in rustici cujusdam casam se subtraxisset, præsentibus et quæ ad manum erant remediis curatus, in urbem perductus, mihi, qui curam ejus agerem, a familiaribus sui traditus est. Ego primo quoque excisam tempore penitus tracheam arteriam, sutura quam sedulo potui comprehendi atque vulneris labra sibi quam proxime licuit admovi; œsophagum comprehendere non potui, quod totus se in stomachum subduxerat : hinc totum vulnus medicamentis, diplomatis linteis, et fasciis idoneis obduxi. Sic curatus loqui cæpit, et sicarium prædonem, facinoris auctorem, nomine proprio exprimito, adeo ut ille deprehensus,

rotæque affixus, confractis membris, miserrimam pro innocentis anima, qui quarto a vulnere die obierat, reddiderit vitam.

Par vulneris casus Germano cuidam contigit, qui in vico Nucum, apud Perotum Trapezitam commorabatur. Ille diris furialibus percitus, de nocte gladio, ipse sibi jugulum confodit. mane ab amicis, qui ipsum invisebant, vocatus hominem, iisdem prorsus, quibus Anglum artibus, curavi. Itaque repente locutus, qui antea ne mutire quidem poterat, servum qui in eodem cum ipso cubiculo dormiebat, tanquam sceleris autorem, in vinculo conjectum, criminis suspicione atque carcere liberavit : remque ut gesta erat, professus, quatriduum, a vulnere supervixit, jusculorum per anum clysteris instar infusorum, et succorum alendo idoneorum, ut panis recenter a clibano extracti, et vino generoso macerati, suavi vapore sustentatus. Id profecto arte Chirurgica consecutus, ut ex aphono loquens per quatriduum fieret. (*Pareus lib. 9*, *cap. 29.*)

Vide quendam Dominum Bonifacium nepotem Domini Alberti, Marchionis Pallavicinis, qui vulneratus fuit cum quadam sagitta parvissima, debili, per *Guidez* vel venam quæ est apud tracheam arteriam, in manifesto gulæ. Et fuit illud vulnus in latere sinistro tracheæ arteriæ, et ab illo vulnere non exivit, nisi stillicidium sanguinis et non penetravit sagitta aliquid intra nec applcata fuit in loco ut staret aliquo modo, et mortuus fuit eadem hora coram me, et locus totus denigratus fuit ; et habuit rugitum in canna, velut origmon, vel sonitum usque ad sinem vitæ. Considerans quod hoc esset propter venenum, inveni quod nihil fuit : sed evenit hoc eidem manifeste propter vulnus in vena, quæ portavit sanguinem ad pulmonem et cor, propter ejus affinitatem cum illis nobilibus membris, et ex hoc illa nobilia membra venæ compassa fuerunt, et mortuus fuit. Cogitaveram enim phlebotomare de ambobus brachiis, ut sanguis ad aliam traheretur partem, et ut non transiret ad cor, vel derivaretur; sed tempus breve opus præcogitatum impedivit.

Vidi quendam alium, qui vocabatur Fansus; home Curialis erat, et fuit percussus coram me a milite quodam, cum acie manus ludendo in trachea arteria, et circa venas Guidez ; et cecidit in terram quasi mortuus, et stetit sic per horam, et indicavit ipsum mortuum, per ea quæ apparebant : sed in eo

permansit aliquid anhelitus quasi insensibilis, et finaliter redivit, nam et revixit.

Vidi etiam quendam carceratum in civitate Cremone, qui per desperationem secavit sibi cannam pulmonis et stomachi, ita quod hora comestionis exibat cibus et potus et aër a vulnere manifeste. Ego continuavi partes decenter, et confirmavi locum bene cum pulveribus, et plumaceolis, et fuit curatus in uno mense, et vixit : scio quod in secatione non læsit venas quæ appellantur *Guidez*.

Iterum vidi quendam militem de Pergamo, qui percussus fuit in quodam exercitu in quo erat, cum sagitta magna de turno, et intravit sagitta gulam ex parte dextra gulæ apud Guidez et non læsit venam, et perforavit totam gulam usque ad spatulam sinistram. Et ego manibus meis extraxi sagittam cum observatione solennitatis dictæ superius, et curatus fuit perfecte, et vixit longo tempore et habui bonum salarium. (*Guiliel. Placent. Chirurg. lib. 2, cap.* 7.)

HOFFMANN

Bien que cet auteur ait embrassé dans ses écrits la médecine presque tout entière et qu'à ce titre nous ayons étudié dans le chapitre du IIe volume consacré aux médecins, néanmoins il n'a pas composé de traité de nosographie, dans le sens étroit du mot, mais des œuvres détachées. C'est de l'une d'elles que nous tirons ce passage.

De angina.

Theses pathologicæ. — § I. Angina est inflammatio faucium, juncta cum ardente dolore, tumore, rubore, respirandi vel etiam deglutiendi difficultate et febre, orta a sanguinis, vel seri viscidi acris, in sanguineis, vel lymphaticis tubulis stasi, periculi non expers.

§ II. In dignotione hujus morbis, locus ubi consistit imprimis notandus. Est autem sedes in faucibus maximeque iis partibus, quæ pharyngem occupant et constituunt. Huic occurrunt plures numero, et maximi usus ac sensibilioris indolis partes : radix scilicet linguæ cum osse hyoide, narium foramina in os hiantia, œsophagi initium, musculi pharyngis, item laryngis interni, et externi quorum numerantur tredecim, glandulæ porro majores et minores, tonsillæ, musculi maxillas moventes, vasorum sanguineorum et lymphaticorum, nec non teneræ nervorum propagines.

§ III. Prout igitur inflammatio alias atque alias ex his partibus tangit et occupat, gravior, vel levior est, et varia etiam sortitur nomina. Nimirum vetustissima est distinctio anginæ generalis in interiorem et exteriorem, sive manifestam et occultam. Illa in interioribus nerveis et musculosis faucium tunicis consistit, et ob ib neque in collo exterius, neque in ore, quantum visui patet, tumor et inflammatio conspicitur, sed ardor internus, febris acuta, in graviori casu non modo spirandi, sed et deglutiendi difficultas, multumque periculi subest. Aretœus ita tamen describit, lib. I, cap. IX, lingua extra dentes et labia prominens,

saliva effunditur, pituita crassissima, facies rubicunda et inflata, oculi exserti, patentes, valde rubent, potus in nares refunditur, dolores acerbi sunt, sed strangulatione vexati, eos obscurius sentiunt, pectus et cor ardent, frigidi aëris desiderium adest, et admodum exigue inspirant, eo usque donec demum intercluso pectoris transitu strangulentur. Externa autem magis in oculos incurrit, et occupat potissimum musculosas et glandulosas externas partes, amygdalas, linguæ radicem et uvulam; facilius quoque discutitur.

§ IV. Speciali ratione partis affectæ considerata angina, gravissima et periculi plenissima esse solet ea, quæ internis laryngis musculis insidet, et in qua exterius non rubor, nil circa cervicem aut collum, observatur, sed interne ardens dolor urget, et ob angustatum asperæ arteriæ caput, vox non modo supprimitur, sed et spiritus difficilis redditur, quin quandoque plane præcluditur, et quidem tam celeriter, ut observatorum fide, haud raro intra viginti quatuor horas, vel tertio die necet. Græci hanc vocant cynanchem. Quæ autem ipsis synanche audit, internos pharyngis musculos occupat, pariter sine conspicuo externo tumore et rubore, majori deglutiendi. quam spirandi difficultate stipatur, sed ingesta plerumque cum impetu per nares redduntur. Sed quando tumor et rubor oculos et tactum incurrit, inflammatio quæ externis pharyngis musculis incumbit, parasynanche, quæ autem laryngis, paracynanche a veteribus appellatur.

§ V. Deinceps a practicis angina distinguitur in veram, sive exquisitam, et notham. Vera oritur a sanguinis stasi, spuria vero magis a congestione seri, quam sanguinis inflammatoria, in faucibus et colli internis. Illa morbus acutus est, nunquam sine rigore et febre, hæc autem junctam habet febrem plus lymphaticam et catarrhalem, quam acutam. In exquisita non modo dolor ardens et pungitivus circa interiora faucium observatur, sed et lingua sanguine turget, obscuro, rubicundo colore tincta facies simul rubet, arteriæ temporales validé pulsant, quandoque cephalalgia, sopor, vel sensuum torpor jungitur, quandoque lipothymiæ accedunt, quin, si gravior, spiritus difficulter trahitur, anxietas est maxima, inquietudo et extremorum refrigeratio. Citam hinc poscit opem, multumque periculi alit. Sed in spuria

gravior hæc pathemata partim plane absunt, partim mitiora adsunt, minus etiam periculi, si rite tractetur, metuendum. Distingui porro angina potest in siccam et valde ardentem, et humidam aut valde mucosam. Illa fit a sanguine, cum febre valde acuta, uti dictum de vera. Hæc autem magis chronica est febribus catarrhalibus associatur, cachectisis et scorbuticis familiaris est, atque etiam linguam et fauces crasso viscido mucoso oris fœtorem obducit.

§ VI. Omnes hæ anginæ species merito discernendæ ab aliis faucium affectibus. Vera quidem et sicca non permutanda cum illa inflammatione oris et œsophagi mucosa, quæ vocari solet *prunella alba*. In hac enim muco albo tota faucium regi et lingua oblinitur, lingua fissuras dolorificas contrahit, et junctus est simul magnus ardor, qui usque ad præcordia pertingit, proptereaque, Germanus audit die Hertz-Braune. Malignis hæc sæpe accedit febribus, omine plerumque malo, quia præsentem arguit ventriculis et œsophagi inflammationem. Neque etiam omnis faucium inflammatio est angina sed ea tentum, que cum spirandi et deglutatiendi difficultate juncta. Hinc multum utique ab ipsa discrepat levior inflammatio colli et internorum in faucibus, cum tumore et dolore glandularum, quam nostri dicunt, die bösen Halse, quæ frequens admodum et scorbuticis, nec non si malum contumax cum erosione lue venerea affectis. Vera quoque et interna angina discernendo a solennibus fœminis hystericis et hypochondriacis spasmis, qui faciem constringunt et respirationem æque ac deglutitionem reddunt difficilem. Hi enim sine febre sunt, mox remittunt atque recedunt, atque etiam discuti possunt facile. Demum angina differt ab ardentibus illis et dolentibus in lingua pustulis, quas dicunt aphtas. Etenim in angina dolor et ardor latius sese disscidit et vicinas partes simul in consensum trahit ; aphthæ vero certas duntaxat partes afficiunt, quibus pustulae cum dolore et rubore insident, neque tam familiarem habent comitem febrem, quam angina.

§ VII. Causa igitur anginæ proxima stantis, vel quandoque congestio seri inflammatiora in faucium internis evenient ad quam inducendam faciunt multa. Scilicet observatione constat, eandem frequentius incurrere, quibus evacuatione sanguinis spontaneæ per nares, uterum hemorrhoïdes, aut lochia, sup-

pressæ, aut omissæ artificiales, per scarificationes, vel venarum sectiones. In his certe pronita ipsius genesis post impensiorem, sive per potum spirituosum inebriantem, sive per validam corporis exercitationem, vel etiam nimiam vociferationem præsertim in aere frigido factam. Observavi quoque a sumpto fortiori sudorifero, admisso mox aere frigidiori, item a balneo nimis calido, post haustum potus frigidi, inflammationis anginosæ initia, quæ tamen adhibitis congruis internis et externis remediis, feliciter mox discussæ. Neque minus frequens anginæ generatio admissis in fauces acribus, fibras vasaque irritantibus impensius et constringentibus. Sic experientia teste, funesto sæpe faucium inflammatio accidit iis, qui conclavo calæ recenter inducto inhabitant et bidormiunt, quo quidem aliquando plures simul infantes enectos esse ego novi, ac idem notabili exemplo confirmat. (Tulpius lib. III, cap. XLI.) Eandem inflammatem venenis causticis inesse facultatem, inter omnes constat. Ex purgantibus, elleborus albus specifica quasi indole petit fauces et strangulationem facit. Argentum vivum, presertim male ex ipsa præparato pharmaco, fauces male afficere et inflammare pariter constat. Et idem quoque de solano furioso, nec non morsus canis rabidi accidere, medicorum testantur observata. Inprimis arsenicalium etiam et mercurialium minerarum fumi, item vapores spirituum mineralium, item hoc malum improvide hausti causantur. Horum quipe omnium subtillissima et magno penetrantiæ spicula altius sese musculis, qui cartilagines laryngis movent, insinuando, nervosas ibi tunicas stringendo et liberum sanguinis per vasa transitum intercipiendo, tumorem ejusmodo inflammatorium, pulsatorium, cum dolore pungitivo, sæpius excitant funestum. Quod enim res acutæ pungentes, firmis hi partibus inhærentes, solam hujus affectus suppeditare possint causam, manifesto testantur spinæ piscium aut ossicula aspera deglutita et faucibus intrusa, a quibus tale malum sœpissime excitatur de quo notabilis observatio est Hildani Cent. III, obs. 42.

VIII. — Sic per se et sua sponte exoritur angina; succedit vero etiam haud raro aliis morbis ceu symptoma. Accidit hoc sæpius in diarrhæa et dysenteria, præsertim si fluxus intempestive cohibetur, de quo memorabile exemplum apud Hildanum cent. III,

obs. XXVII idem evenit, a repulso præpostere erysipelate, aut topicis perperam tractato podagrico dolore. Neque minus in variolis et febribus malignis ac pestilentialibus, cum summo vitæ discrimine, demum supervenit. Inprimis de febre sic dicto Hungarico observationes anatomico-practicæ testantur, quod ut plurimum inflammatione meningum et faucium, quæ ad ventriculum et œsophagum extenditur, necet. Sed causa hujus symptomatici insultus plerumque vel in nimis, diuturna alvi constipatione, vel perspiratione improvide cohibita, vel repulsa præpostere ad interiora materia acri caustica, quærenda. Quando vero epidemium est malum aeris vitio tribuendum, et plerumque aliquid maligni complicatum. Accidit hoc haud raro, si diuturna aeris pluviosa et humida fuit constitutio, si ver est vel autumnus, prisco jam Hippo. sect. III aph. 16, 20, 22, testimonio, et illud verum esse, propria observatione confirmat Bartholinus cent. I, obs. XXXIL. Frequens quoque hujus mali incursus, si aër effluviis sole acerrimo subtili, ob infectorum copiam, refectus, sole præsertim occiduo, hauritur eamque ob causam Romæ familiarem esse et quandoque pestis instar grassari anginam fidem facit. (Hollerius lib. I prax., c. XXIII.)

IX. — Cœterum anginæ morbus, tam ob febrem haud rare acutam, quam suffocationis metum multum alit periculi.

Periculossimam autem esse veram internam et latentem, jam diximus, et de hac valet illud Hippocratis effatum prædic. lib. III c. VIII angina gravissima est, celerrime interimit, quæ neque in cervice, neque in faucibus conspicuum quid habet : Hæc etenim eodem die, secundo, tertio, quarto, strangulat. Inprimis maximum suffocationis est periculum, quando, musculus qui vocatur thyro-arythénoïdeus, rimæ occlusioni dicatus, affectus ; Anceps porro admodum est symptomatica, ob corpus jam debile et materiæ virulentiam raro superando. Malum etiam, quando tumor in externis subito disparet, non imminutis, sed auctis potius symptomatibus. Tum enim alias nervosas partes transilit morbus, et vel cerebrum petens, phrenitidem cum convulsionibus vel ad pulmones delatus peripneumonia facit, testi omnium Hippocrate sect. V aph. lethalem. Sed quando suffocatio strangulatoria remittit, tumor, dolor et rubor magis extrorsum vergit sensimque evanescit, felicem solutionem nunciat. Sin secus, in aposthema

aut mortem fit transitus. Si in apostema ac pus in bronchio et pulmones effunditur, teste Foresto lib. XV, obs. XXIV, anceps admodum eventus. Si in mortem, nunciat hanc spuma antes os, lingua valde tumida purpureo-nigra, extremorum rigor, summa præcordiorum angustia atque anxietas, cum pulsu duro, convulsivo et intermittente.

(*Cap. IV, l. II.*)

RICHARD MEAD

De angina.

Anginæ varias species diligenter exposuerunt auctores medici; at tres tamen, quæ sunt omnium acutissimæ et maxime perniciosæ, non satis pro morbi natura dilucide explanarunt. Harum primam aquosam, alteram tonsillarum gangrænam, tertiam faucium strangulationem appelare licet.

In prima igitur oris, palati, et vicinarum partium glandulæ distenduntur et tumefiunt. In altera tonsillas occupat inflammatio sine perfecta suppuratione; illæ tument, et indurescunt; illico fit gangræna, quæ, nisi citissime succurratur, est lethalis. In tertia, nervis omnibus convulsione distentis, æger subito concidit mortuus. Tertiam hanc speciem ipse semel vidi; et licet bis sex horarum spatio detractus fuerat largissime sanguis, nihil profuit tanta exinanitio. Incisæ autem post mortem fauces ne minimam quidem tumoris, vel inflammationis, in glandulis aut musculis notam ostendebant; sanguine vero crassiori turgidæ arteriæ, venæque omnes, ubique prominebant. Morbum hunc, etsi rarus sit, descripsit Hippocrates. Ex anginis. inquit, gravissimæ sunt, et celerrime interimunt, quæ neque in faucibus, neque in cervice, quidquam conspicuum faciunt; plurimum vero doloris et orthopnœæ inducunt. Præceps autem in omnibus hisce malis est periculum, cui non uno modo occurrere oportet.

Memini elapsis jam aliquot annis, apud Wallenses, in locis præsertim mari vicinis, in febris popularis modum sævisse aquosam istam luem, multosque intra biduum aut triduum ex correptos periisse. Medico cuidam illic degenti rogatus consilium dedi, ut, missa quam primum copia satis larga sanguine, et laxata, vel clystere, vel si id fieri posset, leni potione alvo, emplastra vesicatoria sub mento et ad latera colli admoveret; si autem per hæc parum proficeretur, ut in palato circa uvam, venasque sub lingua, plagis satis altis vulnera infligeret, quibus

morbus erumperet. Interim febris causa ter die quaterve assumendum suasi pulverem, ex pulvere contrayervæ composito, et nitro purissimo, pari portione confectum. Illa cura quam plurimis saluti fuit.

In tonsillarum gangræna, detracto primum sanguine et lotionibus ducta alvo, unicum remedium est, glandulas hasce tribus quatuorve in locis vulneribus satis profundis scapello incidere, quæ melle rosaceo, adjecta mellis ægyptiaci aliqua portione, sunt curanda; interim tamen os faucesque hordei et ficuum decocto colluere oportet. Hæc autem in principio morbi fieri convenit; post biduum enim aut triduum ad gulam serpit malum, et exitiale est. Vidi nonnullos hac medendi via salvos evasisse, alios vero in quibus ea neglecta aut sero tentata fuerat, periisse : cum Medici interim adstantes, quoniam calor febrilis imminutus videbatur, nihil periculi subesse, et rem in vado esse, existimarent; qui anidmadvertisse certe debuerant, pulsum ægri vacillantem, summam inquietudinem, et sudores frigidos se invicen. excipientes, instantis fati prænuncios esse.

Morbus iste pueros præcipue infestat, cujus descriptionem raccuatissime, ut omnia, tradidit Aretæus; quam commentario luculento illustravit doctrissimus Severinus, παιδαγχόνην λομυωδη vocans, atque hanc ipsam, quam proposui, medicinam commendans : quin et eandem olim executus est Latinus Hippocrates Celsus.

Strangulatio faucium, quam tertiam anginæ perniciosæ speciem dixi, si prævideri possit depletionibus omnis genero præcaveri debet; sanguinis scilicet detractionibus, purgationi bus, emplastris vesicatoriis fonticulis, medicamentisque urinam moventibus. Neque etiam inutilis est abstinentia, moderatio nimirum in cibo et potu. (*Cap. IV.*)

CAUBIUS

Des maladies des solides contenants.

La dilatation produit d'abord des tumeurs souvent prodigieuses, lorsque les parois trop tenaces éprouvent longtemps la force qui les distend peu à peu. La nature prévient alors quelquefois la rupture de ces parois, qui serait la suite de leur amincissement, en les rendant plus denses, plus épaisses et en les revêtant extérieurement ou intérieurement par additions successives de nouvelles couches membraneuses, en fortifiant les parois des cavités : elle a aussi soin, la matière dilatante qui touche les parois des vaisseaux étant un peu épaisse, qu'elle serve de soutien aux parois des canaux. L'écartement trop considérable cause des ruptures, d'où l'écoulement des fluides est parfois même avantageux.

L'effort trop considérable de la matière poussée dans les cavités distendues, son passage étant intercepté, le mouvement vital étant augmenté ainsi que la chaleur, produit l'inflammation, la suppuration, ou cause de la mort; la chaleur étant augmentée, la pourriture excitée, la force de la pression arrêtant l'influence vitale sur les vaisseaux des parois et les parties voisines, ou le mouvement progressif étant retardé par degrés, enfin intercepté, il acquiert d'autres acrimonies de différente nature, souvent rongeante, et qui, en irritant le solide vif, excitent des mouvements irréguliers. Si une partie déliée de la matière amassée dans une cavité devenue plus large, transude par un orifice trop étroit, ou par l'écartement des parois, la partie la plus épaisse étant retenue, devenant peu à peu plus dense, produit des tumeurs solides, molles, dures.

Des actions lésées des premières voies.

En même temps que la mastication a plusieurs organes, plusieurs causes et conditions, sans lesquelles elle ne peut se faire comme il faut, elle peut être aussi lésée de différentes manières

par plusieurs vices qui attaquent les différentes parties où elle s'exécute : telles sont les plaies, l'inflammation, l'ulcère, l'excoriation, la tumeur de la bouche, des lèvres, des joues, de la langue; le trop grand resserrement du filet de la langue, ou sa mutilation, etc.; le défaut de dents, leur faiblesse, le mal de dents, la fracture, la luxation, la carie, l'ankylose des mâchoires, le spasme, la paralysie, la douleur des muscles qui meuvent ces parties, et enfin le défaut de salive.

La déglutition peut être aussi viciée de plusieurs façons. On doit chercher la siège de ces différents vices dans la langue, le palais, les amygdales, la luette, le pharynx, le larynx, l'œsophage, l'estomac, les mâchoires, les vertèbres voisines, les muscles de ces parties affectées de douleurs, de plaies, d'inflammation, d'excoriation, d'ulcère, de tumeur, de luxation, fracture, carie, mauvaise conformation, spasme, paralysie, différents rétrécissements (209), sécheresse; car il suit nécessairement de là ou que le passage pour la matière que l'on doit avaler est empêché ou que l'action régulière, la direction des puissances motrices manquent.

Des maladies des solides contenants.

L'autre espèce d'affection morbifique des cavités renferme les maladies du rétrécissement dont il est aussi utile de connaître les espèces décrites avec précision par les anciens, suivant qu'elles diffèrent entre elles, par les diverses manières dont elles arrivent. Ces maladies sont :

1° L'obstruction qui désigne une cavité si remplie d'une matière amassée et trop épaisse pour circuler, qu'elle cesse de donner passage au fluide convenable, qui est poussée par hasard dans les orifices dilatés des conduits qui, naturellement plus rétroits, ne sont destinés qu'à charrier une liqueur plus déliée ce qui peut arriver par anastomose ou c'est une matière naturelle qui a dégénéré, qui est devenue trop tenace, ou c'est enfin une matière étrangère, une pierre, du plâtre, un gluten, un ver, des excrescences considérables, des os, des corps étrangers avalés, des corps onctueux et autres semblables ou engendrés, dans le corps par maladie ou entrés extérieurement, appliqués

et engagés dans les cavités des conduits ou les orifices, en sorte qu'ils ne peuvent ni eux ni les autres corps convenables en être chassés. On pourrait encore ajouter l'introduction d'une partie dans une autre : volvulus.

2° L'engouement très bien connn par les soins de Kaemphius, qui ne diffère de l'obstruction, qu'en ce qu'il établit, sinon les maladies au moins les dispositions contre nature même des parties contenantes qu'il a surtout lésées dans les viscères étroits, lorsque les vaisseaux sanguins sont gorgés, distendus par le sang qui circule trop lentement et qui devient stagnant, qui est mal mélangé, déjà corrompu par lui-même et par la stagnation, qui est dépouillé de sa fluidité, polypeux, épais, ou lorsque d'autres humeurs bilieuses, muqueuses, pituiteuses amassés dans les follicules, les réservoirs, les vaisseaux, ayant perdu leur partie la plus fluide, et ayant acquis différentes aigreurs, deviennent stagnantes, et aggravant, distendant, pressant et irritant les parties contenantes, occasionnent en elles différentes maladies. De là naissent les affections très graves des *nerfs* et de la *fibre vitale* et un grand nombre de maladies.

3° L'étroitesse, le resserrement, le rétrécissement du passage, qui arrive lorsque les parois ont leur épaisseur augmentée contre nature, ou que des tumeurs saillantes intérieurement diminuent, détruisent la cavité; ce à quoi contribuent les humeurs amassées dans les vaisseaux ou dans les interstices des membranes, la chondrogénie, l'emphysème, les tumeurs inflammatoires, purulentes, les sarcomes, les polypes, les caroncules, etc. nés dans le tissu des parois et proeminant dans les cavités.

(*Pathologie des maladies, p. 97.*)

II. ANATOMOPATHOLOGISTES.

BONNET

Deglutitio læsa ob columellæ et tonsillarum absentiam.

Uxor Johannis G. G. uno partu et filium et filiam mense febr. anno 1620 Dresdæ enititur. Filia quidem optime constituta atque omnibus membris perfecta erat, filius vero *columella* et *tonsillis destituebatur*, unde et lac quod sugebat, per nares partim reddebat, non diu superstes fuit, sed. XXI saltem ætatis diem attigit. (*Ph. Salmulth. cent. III, obs. IV.*)

(*Lib. III, obs. V, sect. IV.*)

Scholia.

Columella destituebatur. Hic usus illi adscribitur ab Anatomicis, ne ex ore potus in nares remeet ; ideo binis musculis exiguis suspensa est, qui eam antrorsum et retrorsum movent in deglutitione : quoad tonsillas, inter varios usus illis adscriptos, hic numeratus, ut humectent linguam, fauces, laryngem et œsophagum ; continent enim naturaliter humorem quasi mucilagineum, et lubricandis partibus maxime accommodum, faucibus scil. partibusque vicinis et præsertim œsophago ; hinc collige a defectu istarum glandularum, humorem quoque illum, quem naturaliter continent, abfuisse, ac proinde difficultatem in deglutiendo sequitam esse. Obiit mihi filia semestris cui ad obitum usque maxima hausti lactis portio in nares rejiciebatur. In inspiratione vero sibilus quidam perpetuo circa isthmum percipiebatur, a defectu columellæ. Cultro anatomico exponere, quo accuratius innotescere, vetuit amor paternus.

Deglutitio læsa ab adipis copia gulæ et tracheæ adnata.

Nobili N. tracheæ arteriæ et gulæ tantum adipis indurati adhæsit, ut paucos dies ante obitum cibos assumere nequiverit, solo potu sustentatus. (Vide lib. 2, tit. de Dyspnœa.)

(*Obs. IV, lib. III, sect. IV.*)

Deglutitio læsa ob epiglottidem induratam.

Epiglotidem adeo quandoque induratam deprehendi, ut non solum loquelæ abolitionem inferat, verum etiam nonnisi frustra magna deglutire ægrum posse efficiat; potus, et omnia quæ cochleari exhibentur, trachæam intrant, rigidiore ab epiglottide non satis clausam : Malum hoc incurabile habetur. (*P. Barbette anat. pract. lib. I, cap. IV.*) (*Lib. III, sect. IV; obs. VI.*)

Deglutitio læsa ob molem carneam circa exhortum asperæ arteriæ innatam et œsophagum.

In puella hectica dissecta circa exortum asperæ arteriæ, ex pulmonis substantia, moles steatomatum carne permixta ovi magnitudinem excedens inventa est, quæ tam asperæ arteriæ quam œsophago adhærescebat, hinc deglutiendi difficultas. (*Vide lib. II, tit. de Phthisi.*) (*Obs. III. lib. III, sect. IV.*)

Deglutitio læsa a tuberculo fauces occupante.

Adolescenti tuberculum ad palati forulum enatum est, quod tandem totas hominis fauces opplens, alimenti potusque transitum etc. impediit. Præfectum tuberculum in mortuo ostracinum intra repertum est, cum aliquo particulæ conformatu, etc. (*Vide lib. II, tit. de suffocatione.*) (*Lib. III, sect. IX, obs. II.*)

Deglutitio læsa ob pruni ossiculum subsistens in sinu quodam tonsillis insculpto, viam cibi potuique arctans.

Tonsillæ, vulgo amygdala dictæ, laxæ et spongiosæ sunt, ac sinus habent varios, unum amplum et ovalem in os apertum. pluresque parvos, quibus humiditatem salivalem cerebri suscipiunt, eaque laryngem, fauces, linguam et œsophagum continue

humectant ac lubrificant, Fallopius bene notat interdum magni sinus interioris aperturam ulcusculum æmulari, et nonnunquam pro tali ab imperitis Chirurgis tractari ; nempe quoties ejus osculum, ab humorum copioso in glandulam decubitu, nimium dehiscit. Quantum autem interdum dehiscat, vidi in rustica quadam, quæ famelica comederat pruna damascena cocta, et propter in edendo festinationem, nesci quo casu, lapillus unius pruni majusculi ingressus est in aperturam dicti magni sinus, unde glandula mox intumuit, adeoque cibi potusque viam præclusit, ut sequentibus quatuor diebus ægra nec cibi nec potus quicquam deglutire potuerit atque hinc meum consilium tunc implorare coacta fuerit. Depressa lingua glandulam admodum tumidam. in dextro latere, sed minime inflammatam, ejusque ante dictam aperturam præter solitum valde dehiscentem conspexi, sed pruni lapillum non vidi ; mox pauxillum decocti hordei cum syrupo de althea mixtum mulieri sorbendum dedi, et foris pollicem meum regioni glandulæ istius tumidæ imposui, eamque fortiter pressi, et tunc jussi ut mulier magno impetu contentum ore liquorem deglutire niteretur. Prima vice resilit liquor per nares, sed secunda vice, ob compressione quæ foris per pollicem, et intus per retractam versus posteriora linguam fiebat, lapillus e glandula exsiliit in os, ægraque illico rursus cibos potusque deglutire potuit.

Similis fere casus a me visus fuit in cive Ultrajectino, cui frustulum crustulæ duræ casei in antedicti sinus aperturam illapsum fuit, totamque deglutitionem protinus impedivit; verum hujus curatio non tam prompte successit, sed aliquot dierum molestiam nobis exhibuit. (*Diemerbroeck anatom. lib.2, cap. 16.*) (*Lib. III, sect. I, obs. 1.*)

Angina latens a pulmonis abcessu purulento.

Lanio quidam meridie circa et laryngem fauces dolorem sentit, et quandam in deglutiendo cibo et potu difficultatem, adiit sub vesperam Pharmacopæum ; datur ex aquis plantaginis, lactucæ et diamoron, addito aceto, gargarismus, quo cum subinde uteretur, doloribus intensis, subito, nocte, mente constans strangulatus interiit.

Hujus corpore aperto, reperta est pulmonis subtantia, sive

πνευμα, in pus conversa, et ad unum ejus latus, abcessus pure, quoque impletus : nulla tussis huic antea fuerat molestia, neque sanguinis ulla sputatio præcesserat, sano validoque corpore quousque visus, eoque non gracili sed obeso. (*Dodonæus*, cap. 18, *observat.*)

Scholia.

Nulla inter Anginæ species æque periculosa est ac ea in qua nullus tumor in faucibus ac collo apparet, quam latentem hac de causa non inepte dixerimus. Talis autem quandoque hominem paucis diebus conficit ac e vita tollit, mente et sensibus intêgris; quod et Hipp. prædict. lib. 3. cap. 8 scriptum reliquit « Angina, inquit, gravissima est et celerrime interimit, quæ neque in cervice (sive collo, interprete Galeno) neque in faucibus conspicuum quid exhibet; hæc etenim eodem die et secundo et tertio et quarto strangulat ». Plurimum vero hanc quoque dolorem inferre et spirandi difficultatem. Adsunt vero non modo hæc sed et vehemens copiosaque humorum e capite distillatio, dolor autem circa laryngem et asperam arteriam talis, ut nec contingi quantuncumque leniter, citra gravissimum dolorem queat, sed nec moveri sursumque attolli; quare non spiritus tantum cum difficultate trahitur, sed et cibus ac potus ægerrime, aut non demittuntur, cum etenim per œsophagum descendunt cedit et sursum ascendit larynx. Inflammati per ejusmodi anginam interiores ac latentes laryngis musculi existimantur, verum nos nullam juxta laryngem, aut ejus musculos, vel circa asperam arteriam inflammationem aut abcessum cognovimus, sed pulmonem male affectum, quod superior historia demonstrat. Eadem et similia æstate anni 1565 diligenter annotavimus, quando multi angina, ac simul molesta ex capite distillatione correpti fuere, præsertim ex his qui præcedente hyeme vel tussi vel raucedine laborassent, aut e peripneumonia evasissent. Plurimis eorum posteaquam circa laryngem dolor remissior tandem desiisset, peripneumonia successit cum lateris dolore, non tamen pungente. Aderant respirandi difficultas et pulsus mollis; horum non pauci, intra non multos dies mortui, seniores evaserunt et natura frigidiores. Pulmones horum vel purulenti fuere vel abcessum habuere. Juxta vero laryngem aut

ejus musculos nihil occurrit, quod vel adesse vel adfuisse inflammationem ostenderet. Satis quidem apparuit pulmonibus male quidem prius affectis, superveniente ac accedente e capite destillatione, reliqua symptomata successisse; laryngem vero non primatim sed per sympathiam laborasse. Verisimile vero etiam est destillante humore asperam arteriam ejusques ramos impleri atque distendi : deinde eodem ad alia vasa transmisso, a dolore liberati quidem asperam arteriam, ac ejus supremum sinem, ipsam laryngem: Pulmonis autem modo ex angina in peripneumoniam permutationem fieri. (*Hactenus Dodonæus.*)

Ad hanc anginæ speciem, in qua nec intus nec foris rubor aut tumor adest, referenda ea videtur de qua *Areteus lib. I, cap. 7*, ubi collapsionem instrumentorum adesse ait et strangulationem vehementem, ut ipsimet in pectore latentibus partibus, circum cor atque pulmones, abdita esse inflammatio videatur; et συναγχὴν hanc propterea dicunt, quasi συνδεοσανεντοὴς αγχοσαν, h. e. interius vergentem et augentem: Ego vero existimo, inquit, solius spiritus id vitium esse ad calidissimum siccissimumque conversi, nulla corporis parte inflammatione laborante. Sunt itaque pro Aretæo duæ anginæ species, una cum tumore ingenti ac rubore tonsillarum et foris versus; quin etiam interdum, inquit, lingua, gurgulio, cæteræque partes in tumorem efferuntur. Altera efficitur illis locis collapsis, sed interius compressio majore strangulatu discruciat, ut interna inflammatio ad cor usque pertinere videatur. Sennertus autem vix ad anginam hanc speciem commode referri posse putat, sed potius ad suffocationem, quia in pectore vitium sit, ubi spirandi initium ponitur. Atque si ea quæ trahit Aretæus diligenter perpendantur, de acutissima aliqua pulmonis inflammatione, aut certe de æstuosissima et acutissima febre, qua spiritus calidissimus redditur, loqui existimat. Heurnius dubitat num illa symptomata, quæ narrat Aretæus, oriantur ab inflammatione ejus nervi profecto magni, qui enatus ex vertebris colli, ac per pericardium elatus, una cum illo pericardio et diaphragmati implantatur. Sciunt, ait, illi qui anatomica tractant, pericardium et diaphragma consocialia et juncta adeo esse, ut vix dicas num hoc ab illo, vel num pericardium a diaphragmate nascatur, symphysis illa pericardii ad diaphragma æquat quatuor digitorum fere amplitudinem ad

sinistram si ab osse sterno abeas; et ab ipsa ossis sterni superficie, si duorum digitorum latitudine deflectas ; hinc valida illa symptomata nasci posse quis dubitet ?

Pulmonis substantia.

Fonseca consult. 3 refert anno 1601, in Ducatu Urbini, et Piceni regione, grassatas esse Anginas, Aleuritides, Peripneumonias, atque sectis ægrotantium, cadaveribus, repertos esse pulmonum abcessus, e quibus materia fœtens prodibat. Unde, inferre licet Anginam ortum quoque habuisse ex illis pulmonum abcessibus, atque pleuritides Peripneumonias vocandas fuisse, quia simul obsessi erant Pulmones. Ejusmodi anginæ, ut et pleuritides et peripneumoniæ, sæpe contingunt in febribus ,materiæ parte ad hunc locum depulsa, ut febris essentialis potius sit, vel comitata, ut ait Excell. Platerus, quam symptomatica.

(*Obs. I, lib. 1.*)

Circa laryngem et fauces.

Anginæ differentias, et causas omninm optime et clare tradit Platerus Prax. lib 2 cap. 91. Sanguinis, ait, influxus si in fauces obsidentes musculos diffundatur, inflammationem veram : anginam appellatam, parit; sæviorem tolerabilioremve prout defluxio interiora exteriorave magis possidet. Nam si interiores musculos laryngis et faucium, ac ossis hyoïdis, qui respirationi, voci et deglutioni inserviunt, procumbat, cum vehementer tunc angat et velut suffocet, prima et deterior erit anginæ species ; si vero in exteriores potius collum illic occupantes lædit musculos cum minus hisce functionibus tunc incommodet; mitiorem, et quæ tum tumore externo sese quandoque manifestat, tertiæ speciei dictam anginam procreabit : Quod si vero tam ad interiores quam exteriores se musculos dispergat defluxio, medio modo se habens, secundæ speciei appellata nascetur angina, in qua cum tumor non ita collectus et abditus, ut in prima sit, ille in faucium interioribus, se nonnihil profert, ibique potest conspici. Qua ratione et rectius anginæ veræ differentiæ explicantur, quam si, prout in hos illosve musculos defluxio, cadit, cum in illis in abdito occultatis hoc discernere nequeamus;

alia insuper ipsarum genera statuamus et pro horum differentiis, cynanchas, paracynanchas, synanchas, parasynanchas appellamus. Cæterum si sanguis in glandulas illic positas potius defluat, illicque inflammet præsertim humiliores asperæ arteriæ utrinque adstratur, quæ propter venas, quibus intextæ sunt et nigricant nonnihil, facile inflammantur. Anginæ quoque erit species, eoque magis cum et tunc vicini quoque musculi fere inflammentur, deterior mitiorve prout se in musculos dictos diffundit inflammatio. Si vero in glandulas elatiores, tonsillas se vel gargareonem feratur, harum partium inflammationes, Antiadum et uvulæ nominibus expressas parit, quæ ad vicinas quoque partes sæpe expanduntur, frequentiusque, quam anginæ fiunt, cum sanguis in laxas hasce glandulas, magnis venis adstratus, citius quam in alias, cum fluit, feratur; quod si in galæ seu œsophagi sedem potius descendat, quod rarum est, dolorem graviorem longe, præsertim in deglutione, a principio gulæ ad ventriculum usque sese exserentem, sed non cum tanta spirandi difficultate, nisi ad vicinas quoque partes se extendat, procreat; cujus influxus sanguinis, atque inde natæ inflammationis, causa eadem quæ cæterarum inflammationum existit, nimium plethora, sanguine admodum in corpore redundante, vel ferventiore et tenuiore existente, eoque se potius quam alio ob partium dispositionem exonerante etc.

Circa laryngem.

Errare censet P. Barbette in anat, practica, eos qui laryngem inflammari adscribunt; licet enim cartilagines ipsas inflammari; hunc corrumpi posse non neget, certum tamen credit inflammationem cartilaginibus adscriptam adsitis glandulis, carnosisque faucium partibus competere; alioquin tam sæpius curationem non admissuram.., cum corruptio atque inflammatio aryngis lethalis, eo judice, sit morbus....

Adiit Pharmacopeum.....

Accessitus Medicus phlebotomiam eamque iteratam, quæ in ejusmodi inflammationibus princeps est remedium, præscripsisset. Tunduntur venæ in brachiis, maxime cephalica, post venæ sub lingua; sed maximi momenti est jugularium apertio. Auxilii celeritas et efficacia inde est, quod serum in sanguine super-

fluum, e cerebro perductum peculiorem in jugulares venas, extra cranium, refunditur; (vide lib. I, Tit. de *Catarrho*, ex *Louvero*); quarum depletio, ob viciniam et communicationem cum parte affecta, opem citissimam affert. Serum autem sanguini commixtum illi vehiculo est, quod facilius exiles earum partium venas subeat. Hinc annotatum eos qui sudantes ab exercitio collum nudo aëri exponunt, angina facile tentari, represso sero, et in musculos glandulasque vicinas ambientis vel retraseto; sævæ anginæ, quam neque terna venarum brachii sectio, ac profusa sanguinis miscio, neque raninarum apertio tollere potuit, solutionem, eamque citam, beneficio apertæ jugularis, vidi anno 1675. Mensis Maii. in Dom. Dyonisio Bordier Genevensi. Ea die faucium dolore et deglutiendi difficultate corripitur ; comites erant nausea et cardialgia, phlebotomiam alias necessariam prohibentes; livebant enim præ sanguinis copia extremæ manus. Iis sedatis sanguis ad uncias decem, et basilica, ob delitescentem cephalicam, educitur, floridus et rutilus : Iteratur postridie, mane et vespere, etiamnum expers vitii, atque adeo nullo successu ; ad cucurbitulas scarificatas, transitus quoque fit, præmissa raninarum sectione. Tandem incisa jugulari sinistra a Magistro Foubert dexterrimo Chirurgo, sanguis omnino putris affatim exiliit; ejus eductione angina cessit, sed succedente pejore affectu, qui priori socium se plerumque adjungit, scilicet peripneumonia a qua tamen, quanquam gravi, paucis post diebus emersit.

Angina pestifera in capite fomitem habens.

Ab anno 1618, erupit insuetus inter nostras gentes affectus, qui homines, potissimum pueros, extincto vel praecluso spiritu interimeret, αγχονηλοιμωδης dictus, tonsillæ pestilentes, ab aliis strangulatorius faucium affectus, aut carbunculus pestilens, aut laqueus gutturis : a plerisque passio anginosa, quibusdam aut ulcus syriacum, cum Aretæo, aut tonsillæ pestilentes, cum Aëtio. Indicant autem plura non obscure superiore tonsillis loco sedem affectam, quæ cerebrum est, cui nostræ suasioni favet anatome complurium corporum vi morbi enectorum, in quorum capitibus exectis reperti grumi sanguinis lato schemate diffusi, sub maximos sinus membranæ crassioris etc. (*Severinus*

de abcessibus, tract. ult.) Nervos per occipitis foramen in musculos cervicis, laryngis, hyoïdis, et faucium in sanguinoso hoc affectu non leviter læsos deprehendimus. (*Thom. Bartholinus comment. in dictum affectum, Exercit. 1.*)

(*Sect. XXVIII, obs. III, lib. I, p. 380.*)

Scholia.

Eum affectum antecessit boum annua lues, quo mirum in modum strangulati concidebant. Extant de hac re peculiaria, compendiosa, luculenta et accomodata Aretei monumenta, quæ huc integra produci placet, ut antiquæ morbi ideæ quantum hodierna perspici possit. (Is cap. 9. lib. de causis et signis morborum.)

Ulcera tonsillis fiunt aliqua mitia, familiaria, non lædentia, aliqua aliena, pestifera necantia ; mitia quidem sunt munda, exigua non alte descendentia, non inflammata ; pestifera sunt laxa, cava, pinguia, quodam concreto tumore albo, aut livido, aut nigro sordentia ; id genus ulcera Aphtæ noncupantur. Quod si concerto illa sordes altius descenderit, affectus ille Eschara est, quam circumveniunt rubor excellens et inflammatio, et venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, et exiguæ raræque pustulæ, quas Græci exanthemata vocant, orientes, hisque aliæ supervenientes in unum coalescunt, atque inde latum ulcus efficitur ; id si in os interius serpit depascendo, ad collumellam usque pervenit, ipsamque exedit, et linguam etiam occupat, et gingivas et dentium alveolas, dentesque inde labefactantur et denigrescunt. In collum etiam phlegmone erumpit; atque isti haud ita multis diebus post phlegmone, febribus, fœtore inediaque consumpti intereunt. At si in pectus per arteriam id malum invadat, illo eodem die strangulat ; pulmo enim et cor neque talem odoris fœtiditatem, neque ulcera neque saniosa humores sustinent, sed tussis spirandique difficultas enascitur. Causa maleficii tonsillarum est frigidorum, asperorum, calidorum, acidorum stringentiumque devoratio ; quandoquidem hæ partes pectoris ad vocem spiritumque edendum inserviunt, et ventri ad alimenti transmissionem, et gulæ ad ejusdem devorationem obsequio sunt. Internis vere partibus si quod contingat incommodum ventri scil. gulæ et pectoris ad isthmum et ton-

sillas, et loca ibi posita, mali consensus et eructationes perveniunt, quare pueri usque ad pubertatem maxime hoc morbo tentantur, præcipue namque pueri multum frigidum aërem inspirant, quoniam in his plurimum caloris inest, et ad cibos intemperantes sunt, et varia concupiscunt, et frigidam potant, et excandescentes ac ludentes altius vociferantur. Puellis quoque usque ad menstruæ purgationis tempore hæc vitia usitata sunt : regio Ægypti horum affectuum plane fecunda est; aer enim spirando siccus adducitur, varios præterea cibos suggerit ; radices enim herbæ atque olera ibi large proveniunt, et acria semina et potio crassa, utpote Nili aqua. Syria quoque illa, maxime quæ Cœle, id est, cava nominatur, hujus modi morbos procreat, unde Ægyptiaca et Syriaca ulcera id genus appellant. Modus vero mortis quam miserrimus accidit, dolor quidem acer et calidus, qualis in carbunculo spiritus vitiatus. Exhalant enim maximæ putredinis odorem, eundemque vehementer in pectus spirando adducunt. Immundi adeo sunt ut neque suum ipsorum odorem ferre queant ; pallida his scil. livida facies, febres acutæ; sitis, ut igne accensi videantur. Potum dolores non admittunt; tristantur enim cum tonsillæ comprimuntur, aut potius (potus) in nares resilit. Cumque decumbunt, surgunt, ut sedeant, quiete carentes ; iterum decumbere coguntur; plerumque autem recti stantes obambulant, nam quiescere nequeunt, solitudinem fugiunt, dolorem tollere dolore tentantes ; inspiratio magna est, frigidum enim aërem ad refrigerationem desiderant, expiratio vero parva ; nam veluti igne exusta ulcera cum sint, a calido præterea spiritu incenduntur ; raucitas adest, vox nihil significat, atque hæc in pejus ruunt cum subito in terram delapsis anima defecit. (*Hæc Areteus.*)

Cui Græcanicæ morbi figuræ dispar haud est Italica nostra, nisi quod paulo auctior per symptomata capitis, quæ minime : recensita veteribus, visuntur non infrequenter in nostris hominibus male affectis, præsertim viris et fæminis natu jam grandioribus : Equidem inter cæteros notavi duos, qui non sine comate, stupore, caribaria, atque aliis hoc genus occubuere. Neque enim sæva Proserpina pepercit capiti Medici quadragenario majoris; altera fuit Parmacopæi conjux, cui delirium per morbum sæpe apparuit, morbo commortuo. Excretiones

e naribus consuetæ, putridæ, pituitosæ, ichoroides, aliquando cruori commistæ, aliquando duntaxat cruentæ mero ; puella quoque nubilis eodem affectu dire gravata, cum exitum e strangulatum expectaret, ex subita hæmorrhagia profusiore præsentaneam opem sensit, postremo vero ex malo ori venefico servata, incertum qua nova morbi vi fuit inopine sublata : iterim scire licet unum e tribus pueris, qui pessime habuit inter cæteros, et nervorum languore relictum, cruribus opprimi imbecillum, atque oculo strabum, transvoratu vero sic impeditum, etiam a diu præterito affectu, ut vix emollitum humore panem demittere valeret : quanquam duriusculas panis offas, et solidas molles fabas ingereret commodiuscule ; qua eadem sanguinis per nares excretiones facta, puero decenni salus perfecte reddita est, quanquam hic jugularis venæ sectione fuerit egregie levatus. Indicant hæc porro non obscure superiore tonsillis loco sedem affectam, quæ cerebrum est, cui nostræ suasioni favet anatome complurium corporum hoc morbi enectorum, in quorum capitibus exectis reperti grumi sanguinis lato schemate diffusi, sub maximos sinus membranæ crassioris. Accedit quod in duobus pueris provectioribus, et puero quinquenni, dira lues nares utrasque compleverit putridis et prælatis aphthis, quæ viru putridissimo manabant ; quid, quod cum putrilaginem reddere visæ sunt nares, ut cerebri substantiam retulerint : sed, et illud notandum, quod etsi tonsillas pestilentes hocce vitii vocitemus, nihilominus observatum est sæpe supra strangulatum, et puris jam visceribus, sublatos pueros morbo, qui liberi fuerant reputati : imo post 30. dies et 40. jam *prærepti morbi* furoribus præter omnium opinionem ex *improviso* sunt *extincti*, adeo Scil. recondita veneni vis est...

Quoad morbi procreationem, certum est luem hanc analogiam habere ad ætatem puerilem, forsan ob excedens calidum et humidum temperamentum, ad putredinem et pestem concipiendam aptum ; aut ob naturalem impotentiam obsistendi causis morbificis, ratione laxi, teneri, spongiosique corporis, aut ratione inordinati victus, ob quem subinde sanguis redundat crudus et impurus, paratus ad putredinem et exinde luem concipiendam ; unde altera pendet analogia ; cui tertia partis Scil. est adjungenda, quæ mea opinione cerebrum est, his ar-

gumentis; nam eo primum supposito, quod probatissimorum auctorum consensus docu it, contagium ad distans, atque omnem pestilentiam communicari per aërem inquinatum, porro aer ex Hipp. lib. de morbo sacro, primum admitti a cerebro, relinquens in ipso suum ipsius vigorem. « Si enim, inquit, in corpus primo adveniret, posterius in cerebrum, dignotione aut judicio in carnibus venis relicta, ad cerebrum calidior jam existens perveniret et non sincerus ac purus, sed admixto humore a carnibus et sanguine. » His accedit quod cerebrum ad patiendum, et ad suscipiendum maxime imbecillum et minime obsistens, molle Scil. et laxum, præsertim humidum et glutinosum est, quod unice facit ad concipiendam labem humidam et glutinosam ; ad hæc cerebrum est glandulæ consimile ; ex Hipp. lib. de glandulis, n. 7, atqui glandulas apprime corripit pestilentia, nimirum parotidas, alas, inguina, quod experimento quotidiano docemur? Postremo constat sanguinem fœdum, putridum fœtidumque fluere in ista lue de naribus, et vocem raucidam ex his podire quod partim humorem, ut dixi, crudum, partim affectam sedem ostendit. Quæ cum demonstrare voluerim naturalibus adductis causis manifestatis, non est tamen quod occultæ morbi formæ fuerim oblitus. Generationis autem modus hic est : deductus aër putris per canales priorum sinuum cerebri, pervenit ad retiformen plexum arteriarum et venarum. Ibi primum corrupto sanguine, mox secedit et penetrat corpus cerebri, quod corruptum restat a postremo contagio ; quo tempore consummatur status et forma, sive idea morbi. Hæc enim inquam Sphacelismus et corruptio cerebri, ex qua deinde sequuntur affectus alii ac symptomata omnia. Quod autem sit corruptio cerebri, audiendus Hipp 1, 2, de morb. n. 1 « Corrumpitur cerebrum cum aut nimium calefactum, aut perfrigeratum, biliosum aut pituitosum plus solito factum fuerit. . Et in Coacis, cerebro corrupto alii in tribus diebus, alii in septem moriuntur, hos vero si effugerint servantur » item aph. 51, 7 ubi Galenus corruptionem non accipit vulgari modo, sed pro nativi caloris exsolutione a materia prævalente ; quo quidem sensu, non mirabile est quod morbi quidam et læsiones cerebri non consequentur perpetuo, ut apoplexia, catalepsis et cæteræ organicæ passiones, quæ obveniunt secundum nervos et sinus

ductusque cerebri ; hæc alioqui passio sit secundum cerebri substantiam æqualiter ; ac ut in hectica febre non agnoscitur dolor, aut alteratio aliqua præcellens, et sine his etiam ad mortem itur, sic et in re nostra non est cerebro præcellens officialis aliqua læsio, præsertim exordio, sed conclusa illa et profunda labes tacito quodam exitio perdit omnem ejus crasin. Quæ dum fiunt, communicatur et subjectis partibus vitium, id est vicinæ tracheæ, pulmonibus ac subinde cordi. Hinc esto talis morbi definitio, quocunque nomine veniat : Sideratio cerebri pestilens, contagiosa, a seminariis impense putridis, delatis cum aëre, per ventos præsertim australes, ad glandulosas puerorum partes. (M. A. *Severinus* tractatu proprio, qui ultimus est lib. de abcessibus, unde hæc desumpta : videatur et comm. Clar. Th. Bartholini.)

Homines potissimum pueros..... Invenes senibus frequentius angina corripiuntur, quod bilioso sanguine scateant : Viri frequentius quam fœminæ (exquisita scilicet) quod earum sanguis frigidior, larynx minor, ac gutturis partes et venæ, angustiores exilioresque ; qua de causa sanguinem difficilius admittunt ; interim anginæ nothæ ob partium laxitatem excrementiorumque ubertatem, viris magis obnoxiæ sunt cur vere angina hæc pestifera pueros præsertim adoriatur, causas reddit supra Aretæus.

Extinctus vel præclusus spiritus.

Non pauci cor in primæ partes participationem adsciscunt : sed certum est omnium malorum hanc clausulam (mortem) sequi cerebrum, non præcedere, eo præcipue argumento, quod sine febrili intemperie Pædanchone fatum maturet, cerebri non cordis affecti indicium ; cor enim omnis alienæ contrariæque virtutis adventu, velut ad rem diversam et noxiam, quocunque gradu contractum, perpetuos pulsuum motus vel retardat vel accelerat. At vero alia cerebri conditio corruptionem, sine vitalium intemperie, eousque perfert, donec venas, cordis ductus, vitii, magnitudine infecerit ; imo ex se, sine cordis consensu, mortem inducere quid vetat ? Quod animalium spirituum ad vitæ usuram juxta necessarium fata moderatur. De cerebro, media fides in Pædanchone minus ambigo, quam ejusdem partibus in societatem mali, ne prærogativam dicam, adscribenda.

Quippe interior nobilioris cerebri recessus, quem medullam vocant, ut pars princeps excludi non meretur, apud quam animalis vitæ sedes arbitrium et potestas. Ab hac enim nervorum origine, per occipitis foramen in musculos cervicis, laryngis, hyoidis et faucium disseminatur par Vagum, ad latera et respirationis moderatores expandens, quos in sanguinoso hoc affectu non leviter læsos deprehendimus ; quanquam causam alii, inter quos Aetius, in impeditum pulmonum motum conjecerint! Hinc pendet problematis solutio, quo fiat fato ut subito subinde, sine alia manifesta causa extinguantur ægroti? In promptu ratio quæsiti, ex cerebri nuclei conditione, quo vel leviter læso, sive ab interiori incidente, sive punctura exteriore, animans inopinato mortis genere prosternitur ; quod laniorum artificium, solo acus in cervicem impactu, apud Subalpinos, improvidi boves experientur. (*Barthol. com. in Pœdanchonem.*)

Angina latens ab inflammatione pulmonum in gangrænam desinente — Tumor Thymi glandulæ, phlegmone obsessæ.

Miles gregarius recens conscriptus a nobili Domino Buisson, Genevensi capitaneo, Helvetiorum legionibus, Regis Christianissimi castra sequintis adscripto, cui nomen Abrahamus Perroux, Territorii Lausannensis, quinquagesimum annum prætregressus, enteroceles molestias declinaturus castrationi se submisit, quæ feliciter peracta est inclinante mense septembri anni 1677.

Tertia post hebdomada, rite omnibus se habentibus ac consolidatione vulneris jam proxima, jamque per urbem vagari ubi inciperet, difficultate deglitiendi prehenditur cum difficili respiratione. Tertia die et instante ægro accessus sum ; lingua, præter apicem, atro carboni erat nigrior, erecto pectore cubabat, si quid e cochleari offerretur, suffocatienem inducebat, quamobrem licet extreme debilis magno conatu oblata respuebat : velamina omnia abjiciens, quanquam actu frigidus esset, solos pedes cooperiri permittens ; pastorem, qui animæ consuleret, illico advocari jubeo, anginæ symptomata omnia video, quanquam nihil omnino, neque intus neque extra appareret, si insignem illum linguæ nigrorem exceperis, unde pronuntiavi interiorem adesse gangrænam, internæ inflammationi sobolem, quam in pulmo-

nibus, esse credidi, memor consensus qui inter Testes et pectus intercedit, ad quem attentum esse jubet Hipp. (medicum lib. 6 Epid.), Miscellus sesquihora a meo discessu interiit.

Explorato vulnere inguini dextro inflicto, operationis rite et ex arte peractæ, a juvene Colet vocato, indicia fuere, nullis inflammationis notis præsentibus, ad superiora facto progressu, dissecta secundum longitudinem pars colli interior, ubi salva trachea arteria reperta est, omnis phlegmonis inexpers, ut et adjacentes musculi : Thymus glandula intumuerat; atro sanguine referta tracheam premebat. Compresso thorace exsudabat per sectionem factam sanies; ille apertus inflammationis insignis in pulmonibus notas exhibuit aterrimo sanguine distensis lividis, nigris creberrimis maculis conspersis, juxta dorsum pæsertim, cum gangrænæ indiciis evidentibus. Hinc apparuit deglutiendi et spirandi difficulatis, ac loquelæ impeditæ causas (vocales enim tantum literas A et O efferebat æger) adscribendas fuisse, tum compressioni tracheæ a tumida illa glandula, tum ejusdem retractioni ad inferiora a pulmonum infarctorum pondere; abcessum latentem inquirere, e quo sanies effundebatur, non licuit ob instantem sepulturam; jecur tamen vitiose coloratum admodum tumidum, diaphragma sursum compellens se offerebat : Voracissimum fuisse audivi.

Scholia.

Thymus glandulæ intumuerat atro sanguine referta.

Thymus glans venæ cavæ adnexa vice pulvini substernitur atque superjicitur, ita ut suo sinu eam comprehendat. Animadvertit Galenus hanc glandulam in nuper natis animalibus pægrandem esse, ob vasorum mollitiem et imbecillitatem : crescentibus illis, utpote durioribus, ipsam exsiccari atque decrescere, ita ut in juvenibus exiguum ejus vestigium remaneat ; sed in mulieribus est mollior et crassior, ideoque suffocationes quæ accidunt mulieribus frequenter, viris interdum sine læsa respiratione, ab ista glandula turgida dependent. (*Riolanus Anthropogr.* lib. 3, cap. 13.)

MORGAGNI

(*Traduction Desormeaux.*)

Angine.

Actuellement passons à une maladie du larynx ou du pharynx, ou de l'un ou de l'autre, c'est-à-dire à l'angine. Ce n'est pas sans étonnement que vous m'avez vu me plaindre (épist. 14, n° 39), lorsque j'ai écrit sur cette affection, de ce qu'il n'existe pas de dissections de sujets qui y ont succombé. En effet il semble que cela n'était pas possible pour une maladie non seulement aussi dangereuse, mais encore assez fréquente, et qui règne même quelquefois épidémiquement, comme autrefois (Macrobe, *Saturnales,* I, c. 10) a rapporté ceci d'après Julius Modestus, lorsqu'on fit des sacrifices à la déesse Angeronia, parce que le peuple romain fut délivré après avoir formé des vœux d'une maladie qu'on appelle angine; et dans un temps plus près de nous, elle a principalement attaqué les enfants, sur lesquels elle a exercé pendant longtemps de grands ravages. Cependant, quoique la louable coutume de disséquer les cadavres humains fût déjà en vigueur, et que les médecins fussent assez versés dans l'anatomie, comme J.-B. Cortesius en Sicile et A. Severin à Naples, lesquels visitèrent les malades et ont écrit sur leurs maladies (*Miscell. medic.* dec. 9, épist. 6 de *recond. abcess. nat.* 1, 8, sive *diatribes de pedanch.*). Vous ne trouverez dans leurs écrits aucune dissection qui se rapporte à ceci. Bien plus, Cortesius fut du nombre de ceux qui persuadèrent ou qui du moins crurent avoir persuadé aux sénateurs de Messine qui réclamaient la dissection « que l'ouverture des cadavres était tout à fait inutile pour connaître cette maladie » car il pensait qu'elle consistait dans l'inflammation et la gangrène des parties qu'on pouvait voir en ouvrant la bouche, surtout des tonsilles. Séverin, pensant aussi que la maladie était assez connue par ses signes, n'a même pas voulu se donner la peine de décrire le siège de l'affection, ou le vice lui-même (Fran-

cofurti 1610), aussi envoya-t-il à peine à la fin à l'imprimeur de Francfort, une seule observation qui, n'ayant pas pu être insérée dans le livre déjà écrit, fut publiée à la fin du volume, au milieu d'autres choses qui devaient être ajoutées aux livres précédents. Elle est bien dans le Sepulchretum où je l'avais lue moi-même (lib. 23, obs. 4); mais elle est décrite avec tant de négligence qu'entre autres expressions qui avaient presque pour but de confirmer l'hypothèse de Séverin, on a mis ce peu de détails qui appartenaient aussi au titre sur l'angine : le larynx examiné fut trouvé couvert, à sa face externe, d'une pituite crustacée, sans apparence d'ulcère. Mais depuis je vous ai écrit ceci, je n'ai pu trouver que cette observation relative à l'examen du larynx d'un sujet mort d'une angine, quoique je ne doute pas que si M. Séverin avait voulu faire des recherches de cette espèce, non pas une fois, mais plusieurs (car l'occasion ne manquait pas puisque cette angine, d'après son propre témoignage, avait tué tant de milliers d'enfants), il aurait trouvé d'autres choses sur d'autres cadavres. Aussi comme je n'ai trouvé que cette observation unique de Séverin, qui ait été recueillie sur l'homme, j'ai cherché s'il en existait du moins quelques-unes qui l'eussent été sur les bêtes, mais à peine ai-je trouvé les objets suivants que Stegman (Eph. VI. C. dec. 3 à 5 et 6, obs. 169) observa sur des chiens morts d'une angine : le cou était tuméfié à l'extérieur, l'intérieur de la gorge et les muscles du gosier étaient enflammés. Or si les anatomistes eussent cherché et décrit plus souvent le siège de cette maladie, comme celui des autres affections, croyez-vous qu'il y aurait eu quelqu'un dans notre siècle, qui eût prétendu, sans rapporter aucune recherche de ce genre, que la glande thyroïde est la seule et unique partie qui soit le siège de l'angine, maladie très violente.

17. — Mais depuis que j'ai recueilli moi-même une observation que je vous ai envoyée (epist. 44, n. 3.) plus tard sur l'état de la gorge, du larynx et de la trachée artère d'un jeune homme qui était mort d'une angine, je sais qu'il en paru d'autres qui ont été recueillies la même année surtout sur des enfants, qu'une angine très violente enlevait alors en France, où elle régnait comme j'ai dit qu'elle régnait autrefois dans le royaume de Naples et de celui de Sicile. Les médecins de

ce pays ne se contentèrent ni des signes de la maladie ni de l'examen des seules parties que l'on voit en faisant ouvrir la bouche des malades. Et ce ne fut pas en vain, car en disséquant les cadavres des enfants, ils trouvèrent manifestement quelle lésion était cachée dans la trachée artère, comme vous l'apprendrez par deux dissections envoyées à l'Académie royale des sciences par Arnault, habile médecin d'Orléans et publiées par elle (mem. a. 1748). (LXIII.)...

Un charpentier âgé d'environ trentre-trois ans, d'une taille élevée, d'une grande corpulence, et d'une constitution un peu grasse, était bien portant auparavant, autant qu'on put le savoir, lorsque s'étant échauffé extraordinairement auprès du feu et avec du vin, il se retira chez lui pendant la nuit par un temps très froid. Là, ayant été pris d'une fièvre violente et d'une angine, on appelle cette nuit même un médecin qui lui tire du sang du bras. La maladie n'éprouvant aucune rémission, on le porte le matin à l'hôpital ou le même moyen est réitéré mais inutilement en sorte qu'on pratiqua une saignée du pied dans les heures de l'après-midi. Le lendemain, comme les autres remèdes qu'on avait employés auparavant et qu'on employait alors, soit qu'il les avalât lentement, comme il pouvait, soit qu'on les appliquât à l'extérieur, n'apportaient aucun soulagement, on lui tira de nouveau du sang du bras le matin, et, l'après-midi, des veines qui sont sous la langue, car la jugulaire ne pouvait pas être ouverte, comme on l'aurait voulu, parce que le malade ne supportait pas la position qui était nécessaire pour cette opération. Après tous ces moyens la fièvre et l'agitation du corps, loin de diminuer, augmentaient au contraire toujours en même temps que la difficulté d'avaler, de parler et de respirer, lorsque ayant dit au troisième jour de sa maladie qu'il avaitune gonorrhée virulente depuis quinze jours ou du moins pas depuis beaucoup plus longtemps, on lui ouvrit de nouveau la veine du pied. Le sang qu'on lui tira tant de fois ne présenta jamais de couenne à la partie supérieure, mais il fut toujours un peu dur, et il fournit peu de sérosité. Le cou était un peu tuméfié, la face n'était ni gonflée, ni rouge. Quoique le pouls fut encore fort deux heures environ après la dernière saignée du pied, cependant le malade pressentit que sa mort était prochaine. Elle s'o-

péra effectivement bientôt après le même troisième jour, de sorte néanmoins qu'elle pouvait paraître avoir eu lieu par hasard. En effet, ayant demandé de l'eau dont il faisait usage, et en ayant peut-être voulu laisser tomber imprudemment dans la gorge un peu plus qu'à l'ordinaire, il mourut aussitôt de manière à faire croire aux assistants qu'il avait été suffoqué par cette cause. Comme le jour où je devais commencer le cours d'anatomie dans l'amphitéâtre c'est-à-dire le 19 janvier 1748, approchait, on conserva le cadavre pendant deux ou trois jours, ce qui n'empêcha pas qu'il fût très propre à la dissection, (car c'était dans la plus froide saison de l'année), en sorte que vingt six jours après la mort je pus encore me servir de quelques unes de ses parties. Il fut donc disséqué en entier par ordre et avec soin, et il offrit d'autres dispositions remarquables qui n'appartiennent point à ce sujet, mais surtout celles que je décrirai ici en revenant des derniers objets aux premiers.

Examen du cadavre. — Les vaisseaux du cerveau qui se trouvent soit à son intérieur, soit à son extérieur, et non seulement dans les ventricules, mais encore çà et là dans la substance médullaire étaient distendus par du sang mais ceux qui rampent dans la partie gauche de la pie-mère l'étaient davantage. Cette méninge, de même que toutes les membranes de ce corps résistait plus qu'à l'ordinaire, soit qu'on voulut l'inciser ou la déchirer. Il y avait un peu d'eau sanguinolente dans les ventricules latéraux. La langue parut plus épaisse que dans l'état naturel, mais il est certain que ces vaisseaux, qui se dirigent de la base sur la pointe par la face supérieure, étaient non seulement apparents, mais encore un peu gros, ce qui dépendait de la stagnation du sang. Le voile et la partie mobile du palais étaient sains, il est vrai, mais la membrane qui couvre les tonsilles était épaissie par de la sérosité jaune qui s'y était arrêtée, et qui ressemblait à une gélatine jaunâtre, et les tonsilles ellesmêmes étaient tuméfiées, surtout celle du côté gauche, qui se trouvait endurcie et qui répandait du pus par expression ou par incision. Non seulement les cartilages voisins du larynx, mais encore ses muscles propres, que j'examinai chacun en particulier avec soin, étaient exempts de toute altération et de toute inflammation. Mais il existait une lésion de la membrane qui tapisse

le larynx à l'intérieur et à l'extérieur et qui était affectée d'une manière plus légère en dedans, et plus grave en dehors. En effet elle était plus rouge qu'à l'ordinaire à l'intérieur de cet organe, de même aussi que dans la partie voisine de la trachée artère, elle s'y trouvait également un peu tuméfiée, mais légèrement, en sorte que la fente de la glotte ne paraissait point trop étroite par suite de cet état. Mais, à l'endroit où la même membrane couvrait l'épiglotte, elle était également tuméfiée, soit à la face concave, soit à la face convexe, soit aussi sur les côtés, avec une couleur rouge dans certains endroits, et une teinte d'un rouge brun dans d'autres; cependant elle l'était moins à sa face concave qu'ailleurs et elle ne l'était pas dans toute cette face, mais dans son tiers supérieur seulement. Il était évident par la dissection que cette tuméfaction et cette couleur étaient dues au sang et à la sérosité, qui ne distendaient que la membrane et les grains glanduleux, annexés; or, une partie de ces tumeurs commençait déjà à se convertir en pus dans la face convexe. D'un autre côté, à l'endroit où la même membrane couvre le larynx en dehors et par derrière, elle et les grains glanduleux annexes étaient attaqués d'une grande inflammation, principalement sur les parties latérales, car il s'élevait de chaque côté une protubérance un peu moins grosse que l'épaisseur du petit doigt. Ces protubérances nées de la partie inférieure de la base du cartilage cricoïde, convergeaient en montant, et parvenaient à un endroit tel qu'elles dépassaient un peu la hauteur des cartilages aryténoïdes, desquelles cependant elles étaient entièrement séparées, ainsi que de la partie supérieure du larynx, tandis qu'elles étaient adhérentes au reste de sa partie inférieure. Vous auriez dit deux condylomes enflammés, en voyant leur forme et leur couleur qui était les mêmes que j'ai décrites sur l'épiglotte, si ce n'est que sur ces protubérances elle était plus rouge et moins brune. Du reste, en disséquant la membrane et les grains, je vis qu'ils étaient tuméfiés par du sang et de la sérosité en stagnation, et cela d'une manière plus remarquable à gauche ; côté qui était le plus affecté dans cette partie, comme je l'ai dit également pour les tonsilles et la première. Voilà ce que je trouvai relativement au siège et à la nature de cette angine. (LX, IV.)

Enfin pour ce qui regarde la section vingt-troisième qui traite de l'angine, il est fort étonnant qu'il n'y ait aucune observation d'une maladie très grave et très fréquente du larynx et des parties voisines de la gorge, qui fasse connaître ce que l'on a trouvé sur les sujets morts d'une véritable angine. En effet, parmi les histoires qui y sont rapportées, les unes appartiennent aux poumons et au thymus qui étaient tellement remplis de sang, que ceux-là tiraient en bas la trachée artère par leur poids et que celui-ci comprimait ce conduit sur son volume vicieusement augmenté; les autres ont rapport à des lésions du cerveau ou d'autres parties, de sorte que quelqu'un sans expérience pourrait douter si cette affection attaque jamais le larynx ou la gorge. Mais certes la tumeur qui dans une angine existe souvent aux environs de cette dernière partie, extérieurement ou intérieurement, que j'ai vue plus d'une fois, et que j'ai fait ouvrir avec prudence lorsque déjà elle contenait du pus, et qui fut le premier motif qui engage à pratiquer l'opération que l'on appelle laryngotomie, fait voir que cette maladie dépend d'une inflammation qui attaque les organes que je viens d'indiquer. En effet, pour ne pas parler des muscles qui portent les cartilages aryténoïdes dans l'adduction, à moins que vous ne supposiez que les glandes qui lubréfient le larynx soient entièrement exemptes de ce qui arrive aux autres de la même espèce, on verra qu'il est impossible que des inflammations, et des inflammations très fâcheuses n'attaquent pas quelquefois, par exemple, les glandes aryténoïdes que j'ai découverte, et dont la tuméfaction intercepte nécessairement la voie étroite de l'air. Mais je dis cela non pas parce que je crois que vous pensez autrement, mais seulement pour que vous compreniez que c'est là une de ces maladies dont le siège, la nature, et les effets particuliers, tantôt plus tantôt moins graves, ne paraissent pas avoir été cherchés par la dissection, quoiqu'ils eussent dû l'être d'une manière spéciale. Pour moi, je ne l'ai pas fait, parce qu'une fois je n'ai pas eu le temps et que depuis je n'ai jamais trouvé l'occasion de disséquer de sujets morts d'une véritable angine. Cependant j'ai ouvert un ou deux corps, chez lesquels cette maladie avait peut-être existé avec d'autres, mais dont elle n'avait certainement pas causé la mort ; vous verrez, en relisant

la quatrième lettre que je vous ai écrite ce que j'ai noté dans la gorge et dans le larynx de ces cadavres. D'ailleurs vous pourrez rapporter en partie à une véritable angine, quelques-uns des objets dont j'ai parlé en traitant de l'hydrophobie. Adieu. *(Lettre XIV, vol. II, parag. 39.)*

De la cécité, de l'aphonie, de l'angine.

..... Mais quelques-uns de nos compatriotes d'une exactitude et d'une bonne foi reconnues, n'ont pas manqué à leur devoir comme je l'ai compris par une histoire décrite par l'un d'eux, et qui est parvenue jusqu'à nous. En voici le sommaire : On trouva sur un homme mort d'une angine le larynx enflammé et la voûte du pharynx, ainsi que le palais mobiles et les tonsilles, gangrénés, sphacélés entièrement noirâtres et corrompus.

§ 18. — Vous comprenez que j'ai parlé jusqu'ici de même que dans la quatorzième lettre, de l'angine légitime, c'est-à-dire de l'angine inflammatoire. Quant à la fausse angine qui est appelée aujourd'hui aqueuse, à ce que je vois, par des médecins illustres qui font aussi mention d'autres espèces d'angines, entre autres de la convulsive, si par hasard vous demandez ce que j'ai vu moi même par la dissection, le voici : pour ce qui concerne la fausse angine, j'ai disséqué un ou deux sujets, dont je vous ai fait la description dans la même lettre, et qui moururent, si vous voulez, avec cette maladie, mais non certainement par son effet. Relativement à l'angine convulsive si je ne puis rapporter à elle celle qui rapprocha plutôt de l'angine que quelques-uns appellent paralytodée, et qui enleva une femme dont je vais rapporter immédiatement l'histoire :

§ 19. — Une vieille femme avait été couchée à l'hôpital dans un tel état de maigreur, qu'elle paraissait n'avoir que les os et la peau. Une fièvre s'étant enfin déclarée, ou étant devenue plus manifeste, comme elle ne pouvait ni avaler, ni ouvrir la bouche pour laisser voir assez bien dans son intérieur, on crut qu'elle était morte d'une angine vers la fin de 1755.

Examen du cadavre. — En disséquant la tête au même endroit nous trouvâmes les glandes maxillaires internes volumineuses, surtout celles du côté droit, de sorte qu'elles pouvaient

peut-être s'opposer à ce que la mâchoire fut abaissée autant qu'il était nécessaire pour ouvrir grandement la bouche, et jusqu'à un certain point aussi à ce que la déglutition s'opérât, mais point assez cependant pour qu'elle fut entièrement empêchée. Du reste le larynx fut trouvé sain, ainsi que la trachée artère, et la gorge avec la partie mobile du palais, les tonsilles et la racine de la langue; et ce volume des glandes maxillaires ne paraissait pas exister depuis peu. Dans la poitrine une petite partie des poumons était dure et non sans pus. Alors aussi on remarqua que l'épine s'éloignait de sa direction naturelle mais légèrement. Toutefois cette inclinaison avait peut-être été cause que la femme portait la tête de telle sorte que, des deux ligaments ronds qui attachent la dent à la seconde vertèbre du bord du grand trou du crâne, se trouvait le droit plus long et plus épais que le gauche.

§ 20. Méad n'avait certainement pas trouvé la plus petite trace de tuméfaction ou d'inflammation dans les glandes on les muscles, en disséquant la gorge d'un homme qui était mort d'une angine convulsive; mais tous les vaisseaux étaient engorgés d'un sang fort épais, et saillant partout. Bien plus, il fait mention de convulsions de tous les nerfs dans cette angine, et il la nomme même strangulation de la gorge. Le sentiment de cette strangulation et les autres symptômes qui viennent d'être indiqués n'existèrent point sur la femme en question, qui présenta au contraire quelques-uns de ceux que Boerhaave nomme dans l'angine qui paralyse les nerfs et les muscles non seulement parce qu'elle se montre sans aucun signe de tumeur externe ou interne, mais encore parce qu'elle survient à la fin des maladies chroniques sur un corps très épuisé, et qu'elle est presque toujours le signe d'une mort imminente, après laquelle elle laisse voir le poumon en suppuration. Je croirais que cette angine approchait non pas d'une affection convulsive, mais d'une affection paralytique, si on doit la rapporter à l'une ou à l'autre.

§ 21. — J'avais écrit ceci, lorsqu'en feuilletant le volume des Actes des Erudits, qui m'a été apporté tout récemment de Leipzic, j'ai appris d'après quelques livres dont nous sommes privés ici, quelques choses qui appartiennent à l'un ou à l'autre

genre de maladie dont il a été traité dans cette lettre, à l'angine et à la cécité. C'est à l'angine qu'appartient la dissertation historique écrite en français sur l'angine gangreneuse des enfants, qui est la même je crois que celle dont il a été parlé plus haut (Lettre LXIII, § 17).

III. PROCESSUS SPÉCIFIQUES

I. AUTEURS AYANT ÉCRIT SUR LA DIPHTÉRIE.

JEAN WIERUS

De angina publice grassante.

Anno enim a Christi nativitate M DLXIIII invasere hyeme colli tumores externi, glandulosi, pituitosi, discriminis expertes, quibus postea incipiente vere successerunt et per potissimam ætatis partem extendebantur *anginæ crebræ, periculosæ et velocis terminationis*; quœ præterquam quod malignitatis suæ contagione crudelissimis pestilentiæ insultibus penitus adæquarentur, tum etiam brevi perdurationis decursu interficiebant, ut nonnullas deprehendere liceret saltem ephemeras, aliquas triduas, vel quatriduas, pauciores septenarias; at cæteræ octidui periodum excedentes, plerumque medelam receperunt.

Oboriebantur primum cum febre et vomitu, ac potissimum ex causarum προκαταρευτικων occasione, utpote novilunio, exercitio corporis vehementiore, deambulatione per solis fervorem, aliisque exæstuationum focis ; deinde momentanea accessione supervenit linguæ tumor, loquela adimebatur ex obturatione laryngis. Ipse etiam œsophagus arctissime occludebatur, ut ne vix quidem potum admitteret, multo certe minus cibi solidioris deglutitionem, quorum symptomatum confluxus ægros necabat strangulatu. Quo nullum mortis genus existit aut

atrocius aut calamitosius. Interea vero, præter paucissimorum erysipelatum apparitionem, nullus in colli ambitu conspiciebatur tumor; sed intrinsecus considebat fere semper virulenti humoris defluxus, qui plerumque excitabat phrenitidem, facta exhalationum cum cerebro communicatione. Sæpenumero etiam relicta priori in faucibus statione, ad latera sub cutem costas tegentem distillabat, unde lethalis cynanches efficiebatur. Pleuritis non minus mortifera consequebatur. Raro autem ad pulmones transferebatur materia, quæ peripneumoniam non minus tutam mox excitabat. Interdum quoque thorace relicto, ad spinam dorsalem convertebatur, ejusque dolorem gignebat intolerabilem, præsertim etiam in mulieribus menstruum effluvium patientibus (quod peculiariter notandum succurit) quo difficili symptomate prope liberabatur nemo, moriebantur plerique omnes. Tam malitiosum erat tenuissimi humoris virus, ex cujus vehementia et contagione ob venæ magnæ vicinitatem sanguis vitiatus, ad proximas uteri venas fluxionis menstrua assuetas defluxit, erupitque, unde et gravior in corpore veneni facta commotio et spiritum evacuatio. Observabatur præterea in pestilente hac cynanche pueros, quorum tamen ætas maxime hujus ægritudinis erat particeps, provectioribus minus pereclitari, atque eos prope citius reliquis evasisse, qui decubitum in lecto negligebant. Idcirco, quod horum reluctatio fortassis minus concepti veneni, vel (si voles) naturæ robustas vires, argueret: aliorum autem obsequium denotaret impotentiam ex veneno severius eam ætatem infestante. Quantum curativæ methodi rationem spectat, universalis corporis evacuatiônes, quæ præstantur aut pharmaci purgantis assumptione, aut phlebotomiæ usurpatione, plus læsionis quam emolumenti inferebant, nisi quod in principio cucurbitulas sine scarificatione humeris collo proximis in teneriori ætate affixas juvisse, et in aliis sanguinis e linguæ venulis extractionem quandoque profuisse, conscius sim. Adeo ut in hac anginâ angina Hippocratis præceptum fuerit repudiandum, *lib. de locis in homine*, cujus hæc sunt verba « angina affectis, a venis quæ in bracchiis sunt, sanguinem detrahes et simul alvum inferne subduces, quod id quod morbum committit detrahatur. Omni exactius considerato, curationem instituebam, partim corroborando partes inferiores adversus fluxionum injurias

partim veneni pestilentis vim infringendo; hinc et localium remediorum applicatione dissipando. Quandoque idipsum, quod immediate causæ conjunctæ præsertim fovebat. Ubi tamen cautione summa opus est alioqui hæc medicationis pars hic prætermittenda. Nam facile ex localium dissipantium vel digerentium potentia, hic humor sua tenuitate ad alia declivia vergebat loca, ut dictum est, ubi periculum consequebatur quoque, licet serius aliquando.

Porro nec hoc quidem silentio prætereundum est, quod dum tantopere sævirent et in aliis locis pestilentiæ et in his nostris anginæ epidemiæ. Frequentissime hyeme præcedenti, noctu potissimum, apparuissent, aut celeri ejaculatione aut constante permansione, horrendi et varii in aëre fulgores et typhodes qui duraverunt per totam æstatem, hic nondum prorsus defuissent, evacuerunt tamen circa adventum hybernæ constitutionis; quæ tam severi extremi algoris dominio nos tandem oppressit et devastavit per integrum duorum mensium, eoque amplius, spatium, ut ab hominum memoria hyems nulla existisse asperior censeatur.

PALMARIUS

De carbunculo pestilente.

... Omnis carbunculus magnæ molis ac magnitudinis horrendæ pertimescendus, cum præsertim serpit, ad subjectas partes depascitur, velut nos aliquando in *faucibus* vidimus, qui ad asperam arteriam usque et in epigastrio, qui ad peritoneum usque rodendo pervaserant, qui fauces occupat, non raro tracheam arteriam sic comprimit, ut strangulet; sed bubo multo sæpius..... Venenata materia, quæ vel bubonem, vel carbunculum, vel utrumque parere debuit, *intus manens* non raro in præcipuam partem, velut antea diximus, irrumpit et inflammationem efficit. Si igitur in jecore vel liene impingitur, lancinans ac punctorius dolor locum affectum declarat; si in pulmonibus latitat, spirandi difficultas et tussis insunt, nonnunquam et sputum cruentum; si in latere præterea, dolor etiam punctorius inest; si in renibus et vesica, vel urina supprimatur, vel molestissimus dolor inter merendum premit. Si materia in cerebrum rapitur, delirium adest. (*Cap.* 27.)

PETRUS FORESTUS

De quibusdam sævis carbunculis in peste Delphensi apparentibus.

Pestis hæc Delphica et pestilens hæc febris rarius sine carbunculis et bubonibus grassabatur, ideo et signa suprascripta, quæ in febribus pestilentibus ex humoribus apparere solent, magna ex parte ægros concomitabantur. Fuerunt nonnulli in nosocomio decumbentes quibus carbones non solum in diversis locis efflorescebant, sed etiam submento, ut tanta moles carnis excideret, ut interiora simul visui undique manifesta essent, qui tamen evaserunt. At anthraces *gulam internam* invasisse non spectavimus; neque chirurgus id per totum tempus, quo pestis sæviebat, observavit. Neque in faucibus carbones vidit, sed guttur *exterius* sæpe occupasse, et demum ad interiora pervenisse, animadvertit. Quibus enim circa stomachum, sive æsophagum, faucesque incidat carbunculus, subito (ut ait Celsus) spiritum sæpe elidit. At puella anthracem sub labro intus habens unde vapor pestiferus exhalans, integram domum infecit, ipsa moriente ac reliqnis omnibus pueris, exceptis parentibus. Tanta enim sævitia ex molli membro magis putredini obnoxio oborta est, ut postea in multos hæc lues grussata fuerit, neque reprimi potuerit.

(*Lib. VI, obs. XII.*)

VILLAREAL

An morbus suffocativus fuerit cognitus a medicis antiquis et neothericis.

Difficultatem hanc in duas partes divisam circumferri audio ; illa tamen pertracto, ut ex auctoribus antiquis, et neothericis aliquam forte eliciam curandi formulam, quidque circa rem hanc probabilius dici possit. Aliqui enim dicunt, morbum hunc cognitum fuisse ab Antiquis et Neothericis. Potest probari primo ex *Hippocrate* II *Epidem.* sect. 1, statim in principio dicente in cranone carbunculi æstivi. Si ergo morbus hic est carbunculus (quod infra disputabo) sequitur Hippocratem cognovisse. Et lib. III. *Epidem.* sect. 3, n° 50, habet hæc verba : Carbunculi æstate multi et alia, quæ putredo vocabantur. Et 6 lib. *Epidem.* sect. 7, n° 1 : Quibus spiratio in sublime ferebatur, his pessimum erat, et brevissimo tempore jugulabentur. Et *Galenus* lib. de *dissectione venarum,* et *arteriarum,* cap. 7 ut doceat quam necessarium sit medico cognoscere varietatem venarum, quæ sunt in collo, quando curatio circa collum manufacienda est, sic loquitur : Quin et putrifica quædam vitia ita aliquando circumjacente cute, omnia quæ suberant, detexerunt, ut nudæ conspicerentur venæ, idque per omnes continenter corporis partes ; tunc maxime licuit cum fæda quœdam lues carbunculorum in Asiam vulgariter ingruisset.

Probatur secundo ex *Celso* lib. 5, cap. 28, dicente : etsi circa stomachum, faucesve incidit, subito spiritum sæpe elidit. Per stomachum enim œsophagum intelligit, et loquebatur de carbunculo.

Tertia probatur, hanc ægretudinem cognitam fuisse a neothericis, ex eo quod *Marcilius Ficinus* de *triplici vita*, tract. de *antitotis epidemicis,* cap. 13, ubi postquam dixerat carbonem et anthracem tempore pestis reperiri in emunctoris, sic loquitur : Cerebrum per emunctoria, per aures dimittit venenum, *necnon in collum.* Et *Julius Palmarius* lib. de *morbis conta-*

giosis, tract. de *febre pestilenti*, cap. 27, testatur se vidisse carbunculum obsidentem utramque claviculam, et fauces, et alium usque ad asperam arteriam pertingentem. Et *Forestus* lib. 6, *suarum observationum* 12, asserit in peste Delphica visos fuisse sub mento carbones, a quibus tanquam magna carnis molles excidisset, ut interiora conspicerentur. Non igitur negandum est, antiquos et neothericos expertos fuisse, carbunculos pestilentes oriri in collo et partibus faucium.

Quibus ego addo ex *Aetio tetrabibl.* 2, sermo 4, cap. 46, quod inscribit sic de crustosis et pestilentibus tonsillarum ulceribus, ubi refert hæc ulcera fieri frequentissime pueris, atque etiam ætate perfectis, maxime his, qui vitiosis humoribus abundant; et velut tradens signa addit : sunt autem partim alba maculis similia, partim cinereo colore, aut similia crustis, quæ ferro incurrentur. Accidit autem ægris siccitas in transglutiendo, et suffocatio coacervatim incidit, et quæ non possunt expressius morbum nostrum depingere...

Aretæus etiam videtur expresse hunc nostrum morbum depingere; nam lib. 1 de *causis* et *signis acutorum*, cap. 7, duas adducit species, sive differentias anginæ : alteram dicit essei inflammationem instrumentorum respirandi, alteram esse affectum solius spiritus; primam appellat caninam. Secundam vero speciem anginæ Aretæus putat esse solius spiritus, ut antea dixi, et cap. 9 agens de ulceribus tonsillarum, sic ait : Ulcera in tonsillis fiunt aliqua familiaria, mitia, non lædentia, aliqua aliena, pestifera, necantia. Mitia quidem sunt munda, exigua, non alte descendentia, non inflammata, dolorem non excitant; pestifera sunt lata, cava, pinguia, quodam concreto humore, albo, aut livido, aut nigro sordentia.

Ulterus ex *Plinio* potest confirmari hæc sententia; nam lib. 26 *historiæ naturalis* c. 1, dum agit de lichenibus, carbunculo, et elephantiasi, et docet carbunculos esse peculiares *provinciæ Narbonensi,* addit : Nascitur in occultissimis corporum partibus, et plerumque *sub lingua* duritia rubens varicis modo, sed nigricans capite, alias livida, corpus intendens, neque intumescens, sine dolore, sine pruritu, sine alio quam somni indicio, quo gravatos in triduo aufert, aliquando et horrorum afferens, circaque pustulas parvas, rarius febrem, stomachum, faucesque

cum invasit, occyssime exanimans. Hæc Plinius, quæ si consideres, ea quæ reperiuntur in morbo suffocanti invenies consentaneam esse historiam Plinii.

..... Sed opposita sententia est probabilis nempe morbum suffocantem, de quo agimus, non fuisse cognitum ab antiquis medicis, aut neothericis, a tempore quo apparuisse referam capite tertio hujus libri. Probabo enim infra morbum suffocantem non esse vere carbunculum, quantumvis sapiat ejus naturam ; quod si probavero efficaciter, id non debet inferri medicos antiquos cognovisse hunc morbum, ex eo quod cognoverint carbunculos in collo, mento et faucibus. Neque enim dubium est, in quacunque nostri corporis parte posse carbunculos excitari..... Sed adhuc habet difficultatem explicare verba Aretæi ; conabor tamen in sensum probabile adducere. Primo quod dicat, illa ulcera esse pestifera, non probat cognovisse nostrum morbum ; nam possunt esse pestifera ob tenuem humorem. Nec secundo, quod dicat esse lata ; nam licet latæ pustulæ sive exanthemata fiant ab humore frigidiori, ut docent Hippocrates et Galenus... Nec tertio quod dicat esse pinguia quodam concreto humore albo, aut livido, aut nigro sordentia ; *nam dum humor calidus et tenuis frigidiorem partem tangit, potest concretione pinguescere.*

An sit contagiosus et pestilens morbus.

.... His habitis de contagio, ad morbum suffocantem redeuntes, asserimus contagiosum esse, fomite et per contactum, non vero ad distans. Id enim quod est contagiosum ad distans, est tale fomite, et per contactum ; non vero e contra, quod est contagiosum per contractum, est tale fomite, et ad distans. Id dixit *Fracastor* loco citato, et ratio quoque dicit ; nam cum agentia naturalia fortius agant in proximum quam in distans, ut dixi supra ex *Aristotele,* agens quod potest in distans, potest in proximum ; non vero et contra quod potest in proximum, potest in distans... Contagiosus quidem, cum observaverim integras familias laborasse *incipiente ab uno, et perplures serpente ;* per contactum vero, cum infantes et pueros hoc morbo laborantes viderim, qui *matribus lactantibus,* aut secus morbum commu-

nicaverunt. Et e contra matres laborantes pueros infecerunt eodem morbo; at fomite, cum post obitum ægrotantium viderim plures utentes *eisdem lectis* eodem morbo laborare. Non vero ad distans, cum conversantes cum ægrotis, intrantes et exeuntes non solebant capi hoc morbo; unde præciso contactu et præciso fomite non laborabant..... Nostrum morbum suffocantem esse pestilentem et malignum nemo dubitat, cum inferat syncopes, aut animi exolutiones, et partium extremarum frigus, quæ sapiunt naturam malignam, ut docet *Galenus* 4 lib. *aphor.* 48; inferit etiam anxietates. pulsus parvos et frequentes, quæ indicant malignam naturam, ut supra dicebam ex *Galeno* 6 lib. de loc. affect. 4. Et cúm omnes morbi pestilentes et maligni, sint ejusdem naturæ et magnitudinis, non omnes haoent eadem et æqualia symptomata, sed varia et diversa, ut docuit *Aetius tebrab.* 2, serm. 1, cap. 94, et *Paulus* (Ægineta) lib. 2, de *Arte medendi.* cap 36. (*Cap. IV.*)

De signis.

.... Secundum dubium est (an sit angina) quoniam sæpe observavi, hoc morbum laborantes non semper habere febrem; plures enim a principio erant animo exoluti, non febricitantes, sed potius intus et extra frigidi; non sicut in febre lippiria (algida) interius ardebant, algentibus externis...., quod non fit ex eo quod non sit causa febricitandi, sed ob extinctionem caloris naturalis, factam a causæ facientis morbum malignitatem.... Sic in morbo suffocatorio non est *pulsus* magnus.... Tamen in morbo suffocatorio mollities pulsus non reperitur ut in morbis pituitosis, sed potius repræsentat duritiem et tensionem, quoniam causa est solida, impacta et tendens. Unde per initia hujus morbi apparent pulsus mediocres, tensi, celeres et inæquales.... Circa *urinas*, solum habeo quod dicam, modo apparere naturales, modo secus, sed potius tenues, et decolores. Quod indicat non tam mutari ex vi morbi quam vi alterius venarum affectus complicati.... Tandem audivi alios medicos dicentes hoc morbo laborantes, modo capi *phrenitide*, modo *lethargo*, quod non nego posse contingere, eosque vidisse credo. Ego tamen, qui diligenter, observavi, quæ hunc morbum comitantur symptomata nunquam vidi phreneticos, aut lethargicos similes laborantes

ad magis, aliquos vidi in somnum delatione sive delirio, quæ non possunt constituere lethargum, cum hic habeat pro signo pathognomonico, non solum delirium sed perpetuum delirium

Circa *signa propria*, quæ in hoc morbo conspiciuntur, non semper eodem modo apparent; nam ore adaperto et depressa lingua, modo conspiciebam apicem omnino album, exeuntem ab imo gulæ, et impedientem deglutionem, modo *quandam crustam* veluti *membranam*, cingentem *fauces, guttur*, et *gulam*, non perfecte albam, sed declinantem ad lividitatem; quæ diversitas nascitur ex causæ diversitate: et simul cum hoc apparebat lingua alba a radice ejus usque ad medietatem, aut fere totam ; per quod signum simul cum difficultate deglutiendi, et grassante tali epidemia, potest cognosci morbus hic incipiens, antea quam appareat frustrum illud album. Albedo enim linguæ indicat esse in parte subjecta, et inferiori, crustram albam, quæ jamjam per œsophagum, aut guttur, se manifestat ; nam licet possit reperiri lingua alba in febre alia acuta, et sic non sit proprium, et pathonomonicum hujus morbi! tamen sensata simul difficultate deglutiendi, et grassante tali epidemia, sit certum morbum esse suffocantem. Auges certitudinem, si in collo et *retro aures declivius, tumores conspicias:* nam tales tumores in omnibus reperiuntur, et magis in illis, quorum crusta ad lividum declinat, et est velut membrana; hic enim tumores simul cum aliis signis, syndromen constituunt signorum morbi suffocantis, nondum apparente crusta ; aut si jam appereat, si tamen puer renitens oris apertioni; in grandioribus enim crusta jam manifesta, ore adaperto, et depressa lingua, evidenter cognoscitur. Hæc infra magis patefient.

HERRERA

Causæ occultæ (astronomicæ), quæ in hoc affectu reperiri possunt, et ei accommodari.

Aliæ causæ præter jam assignatas merita enumerari possunt illæ, quæ occultæ et absconditæ, et sine manifestis causis solent inveniri, quarum primum locum obtinere videtur ea, quam Hippocr: Variis in locis divinum aliquod in morbis existens appelat, quasi velit dicere, aliquos esse morbos ita confusæ et obscuræ conquitionis, ut solis influxibus cœlestibus tribui possint. Et si alicui ægritudine vere hoc potest adaptari, huic crudeli affectui potius quam aliis convenire videtur. Quemadmodum etiam effectibus *magnæ conjunctionis* præteritæ Anno millesimo sexcentesimo tertio, die vigesimosexto Septembris cujus infausti effectus per spatium triginta annorum ante et post, aut plus, *astronomici* aucthores omnes perdurare affirmant.

Quia effectus cujuscunque maxime conjunctionis duorum superiorum Planetarum (annis 794 diebus 331 recurrentis) per nebulam quasi quandam adumbratæ significatæ temporis successu per medias conjunctiones (anni 1603 diebus 265 cursum explentes), in lucem magis proferantur; per minores vero (annis 19. diebus 318) metam perficientes ipsi manifestius exhibeantur ; ac tandem per luminarium eclypses, et annorum revolutiones, prædeterminentur, et invalescant ; hinc fit, ut conjunctio minor Saturni et Jovis anno 1583 in *signo Piscium* anginosos et lethales carbunculos portenderit : Saturnus etenim materiam præbens et in signo Piscium collum; Jupiter vero formam et in eodem signo caput et cor, collateralia reliqua infestantia astra efficientem causam objiciunt ex quibus omnibus fuit iste teterrimis morbus productus, et quæ infestanda determinavit ; cujus primarius et atrox effectus pullulavit anno 1587, 1588 et 1589. His namque annis ter fuit orbata lumine Luna, in signo Piscium, quia conjunctionis prædictæ ejusdem,

et quia tale prædominans in urbe *Hispalensi*, quam ideo et convicina loca crudeliter invasit; in Hispania namque minabatur universalior significatio magnæ conjunctionis superiorum antecedentis, propter gradus ultimos *Scorpionis*, jamjam Sagitirii signum emergens, cui tota subijcitur hæc nostra regio. Effectus etiam iste lethalis se extendit ad alios annos acrius pungens anno 1590 et 1591 propter alios tres eclypses in signo Cancri, signi prædicti trigoni ejusdem; crevit quoque, et crudelius invaluit anno 1598, propter solis defectum in eodem conjunctionis signo, et anno 1600, propter alium, in signo Cancri ejusdem triplicitatis. Anno denique 1604, propter maximam superiorem planetarum conjunctionem circa præcedentis anni 1603 finem, (in quo. ut dixi, accidit illa maxima conjunctio, de cujus effectu in prœsenti agimus) in signo Sagitarii visam, totam Hispaniæ regionem irruit, insævit præsertim in pueros, et in juvenes cruentus iste influxus propter Mercurii his prædominantis comitatum, causam (ut diximus de prima conjunctione) præparantis cum reliquis efficientem. His vero temporibus, quotiescumque alterum luminarium deliquium patiatur, in signo Sagitarii, vel ipsius trigoni propter maximam conjunctionem proximius antecedentem in eo repertam, eo atrocius urget, et infestabit pestilens prædictus suffocativus effectus, cujus causa jam transiit in signum igneum, quo robustiores estu malignitate et dilatatione vires accipiat. Et utinam saxit Deus, ut ejus conquinamentum non diu, ut minatur, perduret sed manu sua potentissima extinguat. Et fortassis annis elapsis per tot curriculo temporum aliqui epidemiei morbi pestilentes et mortiferi, non solum in homines, verum etiam in *bruta* et omnia genera, et species, tam *boum, equorum, arietum, caprarum,* aut aliorum quadrupedum et ferarum, sed in *gallinas*, et alias *volatiles aves, pisces* maris et fluminum, in *arbores* etiam, et plantas insævierunt, cum aliqui astrorum influxus damnum hoc intulerint, finitique fuerunt, sine eo quod eorum noticia ad nos pervenerit, cum nullus de eis scripserit, propter pigritiam forte, aut temporis, sapientiumve scriptorum defectum, quod non secus accidit, cum aliqui Doctores de hoc crudeli et carnifice morbo egerint; et præsens opusculum indies de hoc affectu ad plura tractanda fortassis alios invitabit, quod præcipue in

animo habui. Et ut illi influxus aut epidemiæ pertransierunt, Deo volente, hic etiam præteribit, vimque et malitiam amittet. (*Cap. III, p. 12.*)

An hic suffocans morbus reputari possit inter eos, quorum dæmones sunt immissores.

Illud nobis ad hujus operis occasum (ne quid intactum remaneat) monendum est, quod a *Martino del Rio* (3, *disquisitionum magicarum* part. 1, quæst. 5, sect. 5,) luculentius tractatur, quam ut hic longiorem disputationem quærat. Esse morbos et ulcera nonnulla, quorum immissores sint dæmones juxta cum modum a peritissimo *Francisco Vallesio* (de *sacra philosophia* capite 2) accurate descriptum, atque in hoc numero forsan esse morbum hunc, velut alii, qui per dæmones mortalibus inferuntur. Sane *Codronchus*, *Cæsalpinus*, Fernelius, ipse *Vallessius* et alii optimi medici (lib. 2 *disquisitionum magicarum*) relati a Martino del Rio in hanc nostram suspicionem sunt proclives; cui magno faciunt antiquitatis et autoritatis fundamenta *Tertullianus* in *apolog.* D. *Hieronym.* in-4. *Matth.* D. *Chrysostomus homil.* 54, in cap. 17, *Matth.* et D. Th. 1 part. quæst. 115, art. 5. Nec mirum cuiquam videatur, si tempore nostro quo grassatur iniquitas, morbus etiam novus iste grassetur dæmonum præstigiis, cum Jobum innocentissimum virum Deo permittente diabolus percusserit ulcere pessimo. Quam facilem inficiet vitales spiritus malefisco morbo imbuens ad gutturis suffocationem , quod cum facit, ægre hominum ingenia efficacia remedia possunt, vel solent adhibere; quo enim causa abstrusior, hoc quoque ad læthum est acrior et efficacior; consuevitque omne anteire medela.

Hoc autem nostrum decretum maxime rationi consonum est: cum enim dæmonis natura sit sublimior substantia mediis causis naturalis potestatem habet morbos vehementes in nostris corporibus causare, transcendendo naturæ ordinem ; quicunque enim ex maleficio morbo aliquo detinentur, ea extrinsecus a dæmone subministrari possunt. Cum autem dæmo intromissus fuerit, spiritus aliquis, vel humor hunc ac illuc motus potest omnem morbum causare, adhuc suffocantem pestilentem. 9. Nec

mirum est, primum medicinæ parentem hujusmodi prætermisisse morbos, siquidem ratione naturali a medico, et eorum dignitio et curatio prætermittitur, quoniam artis limites excedunt, quanquam hæc pars, qua id quod divinum in morbis est, inquirit, magnam gloriam medico præstare potest. Omne ergo genus morbi ex maleficiis inferre posse jam probavi. Quomodo vero dignoscantur et separentur a cæteris, in quibusdam difficile est invenire; nam præter ejus particulæ affectum functiones offendentem, nihil aliud ostenditur. Et quemadmodum morbus epilepticus aliquando a dæmone causatur, mota ab ipso aura ad caput, si in cor et pulmonem excitat, difficilem respirationem, palpitationem et syncopem, ad ventriculum, vomitum cum singultu, et morbum suffocantem causari aliquando ab humore corrosivo a dæmone moto in fauces, non dubito. Difficultas autem cognitionis hujusmodi causa provenit; nam præter ægritudinem quæ suas causas naturales habere videtur, plerumque nihil ostenditur quæ supra naturam sunt, et sic signa a juvantibus et nocentibus desumuntur, etsi rem cum maleficis habuerit; quamdiu enim maleficium persistit, affectio non cedit remediis naturalibus secundum rationem factis.

Similia multa hujus materiæ et circa totum hoc opus, multorumque aucthorum varias opiniones, si liceret, possem adducere sed ut quidam juriconsultus non contemnendus affirmat, meliore est una bona consideratio quam multæ allegationes confusæ; ornatus tamen causa, et ut nil, quod ad hujus affectus splendidam et completam tractationem spectet intactu relinquatur, et omnem, ut dicitur, lapidem non moveam, in hoc opusculo de hoc mentionem feci. (*Cap. VI*, *p. 13.*)

De signis pathognomicis supervenientibus, aut mox apparentibus affectus hujus.

Cum signa sint ea, quibus præterita cognoscimus, præsentia inspicimus, et futura prædicimus, et tantæ sint in Apollinea facultate dignitatis, operæ pretium duxi, breviter et succincte præcipua hujus affectus signa describere, quibus facilius dignosci queat.

Et imprimis, cum pars affecta sit guttur fauces, gula, aut œsophagus, aspera arteria et partes eis propinque, necessario

respiratio et deglutitio læduntur cum sensu ulceroso et febre; nam hæc signa comitantur hunc affectum a principio ad finem morbi, augentur et minuuntur, quando morbus hic crescit, stat, aut declinat. Nam hæc est signorum propriorum, quæ pathonomonica, sive demonstrativa nuncupantur, conditio. Cum ergo morbus hic nomen suffocantis (Garrotillo Hispane) præsentibus his signis mereatur, absentibus vero illis hoc appellatione non insigniatur; certum est hæc esse signa propria, cætera que sequuntur, supervenientia sunt, et quæ morem morbi, sive malignam pestilentemque naturam ostendunt. Et cum magna sit inflammatio a materia venneata causata, *febris accidentalis* (quæ si apparatum morbosum inveniat, solet complicari cum humorali putrida, aut in eam converti, aut febri puncticulari cum aliquibus accidentibus *phreniticis,* aut *lethargicis,* aliisve commisceri) hunc affectum comitatur; et sic quamvis aliquando animo exsoluto a principio, et non febricitantes videantur, interius tamen calorem magnum patiuntur; febris namque calorisnativi extincti percipi quandoque vix potest a causa faciente morbum provenire, quæ cum magna sit, et aliquando cum interna inflammatione, calorem intra evocat, et sic solent extrema frigescere, ut in febre lipiria accidere solet, calore intra febrili recondito absumente spiritus vitales, orbatique partibus extremis influenti calore summa frigiditate algent, animoque linquuntur fere syncope correpti.

Et ita hoc morbo affecti cum *pulsu* parvo, inæquali, crebro, celeri, et nonnunquam raro, communicato cordi veneno intereunt. Quapropter melius est evidenter febricitare, quam sine calore tepescere, febre perseverante, præsenti ad huc crusta, et respirationis difficultate. Unde etiam colligo, morbum hunc malignum esse, cum malignus morbus sit, dicente Galen. I. porretic. Qui cum periculum vitæ minetur, spem tamen salutis non adimit. At in hoc morbo perspicuum est, et præter id ejus malignitas cognoscitur, quia accidentia quæ superveniunt, scilicet inquietudo et anxietas, febris magnitudini, e ulceris faucium, e difficultati respirationis non respondent; nam ulcera parva visui ostenduntur, difficultas deglutiendi, aut respirandi ab ægris non multum sentitur, et febris remissa, et cum hoc anxietas magna, maleque ferre morbum, alimenta renuere,

urina colore, et substantia fere similis naturali absque sedimento quod pejus est, pestilentemque naturam sapit ; quæ conditio pestilens plures de medio tollere nata est; estque superior ad malignum morbum nam qui pestilens est malignus necessario existit; non vero malignus pestilens esse debet. De his signis 3 de præsagio, cap. 3 et 4, late meminit Galen. quæ in illa magna pestilentia visa sunt.

(*Cap. IV.*)

MERCADO

De faucium et gutturis anginosis et lethalibus ulceribus.

Inter affectiones gravissimas (quas solum curare hac in parte institui) qui in decursu mearum ætatum, sese mihi obtulerunt, una fuit (forsan cunctis gravior) quæ his temporibus novissime visa est per plures provincias et civitates grassata, non plurimum neque frequenter antea visa, aut saltem non satis huc usque animadversa (in antiquitate ab Hipp. Gal. et Celso non prætermissa) sita quidem in anginosis, et lethalibus faucium et gutturis tumoribus carbunculosis et ulcerosis. Quam quidem, ob certum et breve admodum periculum, vulgus medicorum Hispano sermone Garrotillo nuncupant, diversa quidem quam plurimum periculo, brevitate et complicatione putredinosi et ustivi atque ulcerosi tumoris a communi angina; licet loco et symptomate suffocationes summopere conveniant. Cujus primo historiam gravissimis periculis et difficultatibus plenam recensebo, secundo hujus mali naturam, causas et signa, et ultimo curationem, tam in pueris, quibus frequentius accidit, quam in adultioribus.

Ad curandum filium suum primogenitum me vocavit nobilissimus vir Rodericus Xuarez a Toleto : cui, cum biennis esset, cæpit catharrhosa defluxio eo impetu et celeritate ac malitia succrescere, ut pene primo die suffocationem minaretur. Erat quidem puerulus sanguineus cum abundantia adusti succi, quia pustulis maculis frequenter in facie insignitus erat. Qui etiam ineunte hyeme cæpit febricitari cum acri fluxione ad nares, præcedente capitis gravitate, ita ut vix posset oculos elevare. Eadem die difficulter deglutire lac, ac respirare cæpit, nec probe vocem emittere poterat, ita ut coegerit medicos fauces et guttur inspicere. Quæ partes rubore saturato apparuerunt insignitæ, nec defecit glandulosus tumor in parte gutturis. Dextra et externa quæ digitis leviter adhuc compressa, maximum in puero commovebat ploratum : ita ut conjicerem, magno simul

affici dolore. Statim ante quartum diem fœtor incredibilis, et aperto ore apparuerunt pustulæ varii coloris, maxime ad nigrum vergentes mucoribus fætidis circumdatæ cum putrilagine et mollitie earum partium.

Viso quidem præsente ac sævissimo affectu, primo diligenter inter nos investigavimus mali hujus essentiam et naturam, atque differentiam a sibi similibus; item quas sortiebatur causas, quæ ipsum eam malignitate et periculo insigniverint, tandem quibus signis nosse a principio liceret, et ultimo qua diligentia, præceptis et præsidiis ipsum curare potuissemus. Verum licet in omnibus aliis consultationibus, diversa ordine rem explicuerim, in hac vero prius in communi (tanquam in affectu qui secum novitatem adducit non parvam) rem aperiam, naturam, causas et signa investigabo, ac postea qualiter cum hoc puero et patre ejus, qui consimili affectu fuit sævissime affectus, actum sit, et ejus curatione instituerimus consulentes; nam uterque affectus gravissimus fuit, ut mille considerationibus opus fuerit, ad ejus legalem et ad æquatam curationem.

Ut constet differentia inter reliquas gutturis et faucium inflammationes, et earum partium ulcera, et inter hunc affectum, quem vulgus Garratillo appellat, statuendum est, ejus essentiam non consistere in sola illarum partium inflammatione, ut de angina fertur ; neque stat in sola exulceratione ac soluta unitate, ut in morbo Gallico affectis non raro conspicimus : quibus partes affectæ in gutture, et faucibus profunde exulcerantur. Nihilominus tamen, neque difficulter respirant, aut difficulter alimenta deglutiunt. Neque adhuc in his simul junctis et complicatis, solum sita existit, sed etiam secum habet adjunctum humoris ad partem fluentis id vitium, ea conditione malefica affectum, quod ut contagiosis pestis more, in citissimam mortem pueros et adultos deducat. Quippe tota hujus molis natura et essentia in complicatione horum omnium sita existit, nam aliquando ab inflammatione incipiens, ocyssime exulceratur ; nonnunquam ulcere ex corrosivo humore facto, in tumorem mox commigrat. In qua resciendum est, neque inflammationem esse vulgaris naturæ, uti in quavis anginæ specie experimur, quæ ut plurimum in suppurationem terminatur, si prius resolvi non possit. Sed etiam tertium quid habet adjunctum, nimirum humorem ibidem

contentum ejus, esseferitaris etmalignæ conditionis, quod ocyssime in putrilaginosum, corrosivum ac perniciosum ulcus commigret, et partem protinus usque ad ossa perdat, more carbonum pestilentium. Item ulcus si ibidem accidat, non est ut Gallica ulcera; est alia quæ vulgariter conspiciuntur, licet a defluxionibus mordacibus fiant, sed insuper quid inflammatorium illis accedit, ita ut ulcerata pars etiam in tumorem attollatur, non quidem quod abcessus vere fiat, sed quod humor ille perniciosus in poris partium, gutturis et faucium immersus, eas in tumorem elevat, et figuram vitiat : et præter id, carnem pejus fœda corruptione et ustione perdit, et prorsus ad putrilaginem contagiosam deducit. Ex quibus prodit quam citissima suffocatio, etiam affectus non sit in musculis internis, ut in gravissima angina, quia habet adjunctam solutam unitatem, quo minus moveri possit ad ejus attractionem, et emissionem, ac simul fœdissimam putredinem, qua tota partis substantia depopulata visitur quam brevissimo tempere, præter febris malignissimæ accessum, quæ mortem accelerare per se nata existit. Quibus diligenter consideratis, facile erit, morbi naturam nosse, et a similibus distinguere, et accidentium, quæ sævissima sunt, causas et mortis celeritatem prænosse. Neque opus est in hac parte quærere, an Hipp. vel Gal. aut aliquis alius ex veteribus hujus meminerit morbi, nam satis est veluti delineasse ejus naturam ut Hipp. 4. acut. tex. 30 et libr. de fluxibus et de locis in homine. Sed Aretæus specialius lib. 1, cap. 9, hæc refert verba. « Ulcera in tonsillis fiunt aliqua, mitia, familiaria, non lædentia; alia aliena. pestifera necantia, pestifera lata cava pinguia, quodam concreto albo humore, aut nigro sordentia » et paulo inferius inquit « crusta vero circumveniunt rubor excellens, et inflammatio, et venarum dolor, quemadmodum in carbunculo, in collo etiam plegmone, erumpit, et si in pectus per arteriam id malum invadat, eo die strangulat » Quibus profecto verbis fere integram naturam hujus sævissimi affectus depinxisse visus est. Et addit « Dolor acer et calidus, qualis in carbunculo, spiritus vitiatos exhalantes, maxime putredinis odorem, eumque vehemente in pectus spirando adducuntur; immundi adeo fiunt, ut neque suum ipsorum odorem ferre queant, pallida his, seu livida facies, febris acuta, sitis ut igne accensi videantur ». Ejusdem,

sententiæ fuit Aetius tetrabibl. 2, sect. 4, cap. 46 de crustis et pestilentibus tonsillarum ulceribus, sic scribens « crustosa, et pestilentium tonsillarum ulcera, ut plurimum, nullo præcedente tonsillarum ulcere, ut plurimum nullo præcedente tonsillarum fluxu, incipiunt; aliquando enim a consuetis fieri inflammationibus maxime efferatis proficiscuntur. Fiunt autem frequentissime pueris, atque etiam ætate jam perfectis, maxime iis qui vitiosis humoribus abundant, præsertim in pestilentibus constitutionibus. » Et postea subdit « sunt autem partim alba, maculis similia partim cinereo colore, aut similia crustis, quæ ferro inuruntur; accidit autem ægris siccitas in deglutiendo, et suffocatio, etc. » Ex quibus constat hunc morbum anginosam esse affectionem. Cæterum multis modis diversam a vera et exquisita angina (in duobus morbis est suffocatio) quia hæc non raro carbunculosa existit et ulcerosa. Dissidet etiam ab omni fere alia ulcerum sorte, ob impensam malignitatem sibi adjunctam et habet quoque malignissimam febrem, præterquam quod hic perniciosus affectus omnia simul vitia habet adjuncta, et contagiosus est.

Causas hujus perniciosissimi morbi, qui studuerit ad unguem comprehendere, sciat id esse perdifficile; cum certum earum esse quam plurimas, quarum naturam, modum, conditionem, et originem non possumus capere. Quis enim pulcherrimi et formosi pueri, vel hominis aut fœminæ hujus aut illius ætatis, cum sani videantur, conjicere poterit, latere, et absconditos esse adeo perniciosos succos, quod subito, aut quam brevissimo tempore, ubicunque ferint, exulcerent, corrumpant, putrefaciant, et usque ad gangrænam deducant partem. Nec minus mirandum erit levissimum faucium tumorem magnam moliri putrilaginem, et invincibilem corruptionem ; cum longe majora ulcera, et turgentes, elevati, et magni tumores id non ita facile patiantur ; quinimo brevissimo tempore et levissimis atque communissimis præsidiis ad sanitatem perducantur. At in hoc pernicioso affectu, nec maxima prosunt, et si majora adhibeas, non raro malum adeo exacerbatur, quod citissima morte laborans, quivis is est, præveniatur. Quo profecto censeo humores, qui sive a capite distillant, sive a toto in fauces, aut in caput eant, et postea ad fauces dilabantur, adeo esse invincibilis

naturæ et perniciosæ conditionis, quod ratione indomitæ essentiæ natura partis nullam coctionem nullamque gratiam illis præstare possit: et cum non superentur, ocyssime partem devincant, superent et prorsus perdant, ac ceterrime insuperabilem et contagiosam corruptionem degenerent. Mihi tamen dubium non est, hos posse esse biliosos, pituitosos, melancholicos, aut sanguinosos nimis ustos; cæterum existimo adeo sortiri contrariam toto genere conditionem et nostræ naturæ adversam, quod dum in quovis loco recipiantur, quam facillime pars illa cedat, et ab eis superetur atque corrumpatur, more pestilentis conditionis. Quippe certissimum est, hujus modi depravatam naturam non consistere in qualitatibus primis aut secundis solum, sed adhuc cum eis adesse eam formam, quæ nulla naturæ actione nata sit, in partis quæ tales humores recipit, contagem et similitudinem mutare : quinimo ipsa pars protinus ab ipsis patitur tali passionis sorte, qualis fuerit humoris conditio, adusta, acris, mordax, et corrosiva : eo quidem magis, quo vel humores fuerint penetrantes, ac sese facilius inserverint in intima partis, aut glutinosa, et contagiosa, quod fixius adhæreat; medium quidem ad validam actionem summopere necessarium. Quibus omnibus carnium gutturis et faucium mollities efficitur, tenuitas et facilitas ad recipiendum et patiendum prædicta mala, non solum ex validissimis agentibus, verum a minoribus.

Sic profecto in natura causarum primo investigabis sortem humoris, in quo subjicitur hæc deleteria et maligna conditio. Secundo, qualem habet lædendi potestatem. Primum venaberis ex his quæ humorem peccantem monstrant : nam bilem ex colore, ex amarore et siti, ac celeritate motus morbi; sanguinem ex rubore, tensione tumoris, et ex aliis quæ ipsum attestantur ; adustum sanguinem, bilem aut melancholiam, ex pustularum quæ superveniunt colore, aut ex modo putredinis ipsius ulceris. Dimitto hac in parte, urinarum, pulsus, alimenti et vitæ anteactæ signa, quibus causa abundans monstratur ; nam sæpe depravata adeo humoris conditio naturam ipsius mutat, ut alterius sortis videatur, præter quam quod ad veram hujus mali providentiam, non tam non ducit humoris natura propria, quam deleteria conditio acquisita; si quidem citius

compescitur alexipharmacis, quam aliis, quæ qualitatibus contrariis iis quæ propriæ sunt cujusque humoris polleant. Et ob id consuluimus considerare secundo in his causis lædendi modum ; nam ex humoribus, quidam serpendo lædunt, quidam abradendo, sicut et alii exulcerando, et plerique pustulas elevando et tumescendo carnem ipsam, alii quidem putrescendo mucidam et putrilaginosam reddendo. Quæ omnia diligenter ediscere teneris, ut possis juste et legaliter præsidia cuique juxta innatum lædendi modum præstare.

Signis etiam in hoc malo mille rationibus opus habemus ; nam licet pleraque sint cunctis anginæ sortibus communia ; tamen in hoc malo unicuique eorum adjungitur quid novum, malignius et periculosius ; quod facile cui mediocriter erudito apparet, hanc strangulationis sortem a communi angina differre. Quippe vehementissima suffocatio, tumore et ulcere conspicuis aperto ore, diversa est ab anginæ conditione apparente tumore. Item nihil conspicuum videre, et fœdissimum spirare, longe diversum est a vehemente angina, cum tumor non apparet. Præterea difficultas respirandi, et non raro deglutiendi, cum pectoris et dorsi dolore a velutis compressione suffocante, simul cum pestilenti odore, et vehementi harum omnium partium ardore, et rubore totius oris et colli, cum vocis et loquelæ vitio ac linguæ extractione, et siti incompressibili, perniciosissimæ et pestilentis conditionis supra anginam evidentissima existunt signa, addita quidem supra anginæ conditionem, et similia his, quæ in gravissima angina depinxerat Hipp. 4 acut. 33. et Gal. 4 de loc. cap. 3. Quibus etiam accedit sublimis respiratio et alta, ac spirituum revulsio, cum maxima pinarum nasi distensione, ut etiam retulerat. Hipp. 4 acut 34. Quibus etiam accedit saniei per os et nares excretio, variis ulcerum coloribus, et intensissimo fœtore nauseam plerumque movente cum sordida excretione. In aliquibus vero extra, prope cervicem, et infra mentum glandulæ apparent, pestiferi morbi naturam redolentes, et universum cervix, et collum intumescunt et fauces cum rubore saturato, instar laqueo suffocatorum. Præterea id malum perniciosæ esse conditionis, cognosces, quia nullis præsidiis ex iis quæ anginosis prodesse solent, cedere visum est ; sed indies magis ac magis hæc accidentia crescunt, donec brevissimo tempore labo-

rantium majorem partem perimat, idque non raro intra quartum diem. Quippe sevissima affectio minatur longe majus et celerius periculum, quam id sit, quod de communi angina prædixerat Hipp. 3 prorr. 68 et 4 acut. text. 30 cum certum sit, illa omnia mala huic succrescere, addita pestilenti et sordida putrefactione ac invincibili malitia, quæ reddunt affectum fere desperatum. Maxime si accedent ulceris conditiones, quas depinxerat. Hipp. 1. prorr. 18 quibus tu ipse addere poteris eamdem pestiferam malignitatem ; nam illa signa fere omnia ostendunt jacturam caloris et virtutis, hæc autem diram mali conditionem, vehementiam ac potestatem, et victoriam morbificæ causæ ; ita ut non raro succrescant colliquativi fluxus per nares, aut per os quam fœdissimi, signum profecto instantis mortis. Quibus omnibus addes febrem vel ardentissimam vel malignam, licet non semper talis incipiat : siquidem possibile est, a febre mite, aut benigna morbum jucipere, postea vero, vel in malignam, feritate putredinis mutari, vel in ardentissimam, si cordi accessit causa, vel causæ vapor aliquis ex æstuans. Nec multum fidere oportet si febris mox non appareat, aut succrescat, nam sæpe citius suffocat affectio, quam causa succendatur ; ac non malignitas humoris corrumpit spiritus, et mortem accelerat, sine eo quod febris succendatur. Quapropter varietatem hanc diligenter considerare oportet, et alia quæ in ægris singulariter conspicimus, veluti fuit sputum pueri cujusdam, qui *papillam nutricis sugendo* ore mucore venefico pleno, *inflammationem accersivit,* et mortificationem partis uberis cum papilla ; cui consimile malum succrevit patri hujus pueri, cujus historiam hac in parte narramus. Quapropter cavendum est diligenter, ne sic affecti deglutiant propriam salivam, quinimo ora puerorum diligentissime sunt abluenda penicillis et linteolis aliquo detergente madidis.

Curandi rationem qui exquisite ediscere voluerit, expendat, nullum haberi certum ac determinatum perceptum in hoc sævissimo malo, ex his quæ tumoribus, fluxionibus aut ulceribus debentur. Nam hæc est lex et conditio perniciosorum et malignorum morborum quod omnia prærequisita morbo cui adjungitur, mutet, evertat, et non raro eis et sibi contrario expostulet. Hoc tamen unum habent perpetuum, quod semper

alexipharmaca expostulent, cunctis aliis præsidiis et alimentis admista. Quia cum potissima ratio brevissimæ mortis (præter loci affecti præstantiam) sita sit in malefica conditione et invincibili natura, ob id qualitatem, quæ operetur tota substantia, potissimum expotulat. Quo supposito statuendum est in hoc gravissimo affectu, quæ prorsus et vicissim ad se convertunt, omne curantis consilium (ne quis existimet, uno eodemque gradu semper incedendum esse in hac curatione) nam puerorum conditio et facilitas in patiendo majorem requirit diligentiam, et diversam medicamentorum efficaciam, licet ejusdem sint officii ; adultorum vero validiora expostulant. Item ulcera hæc, quæ celerrimam corruptionem minantur, protinus illis subveniendum esse indicant ; licet ut ulcus est, aliter sit agendum. Nonnunquam suffocationis periculum trahit ad se omne præsidium, ita ut ante corruptionem, vel suppurationem, liceat tumorem aperire. Insuper magnitudine tumoris, qui ad extima sese extendit, auxilia extra et intra apponi jubet. Præterea venosa et deleteria conditio, alexipharmaca requirit, quæ si non prosint, ad caustica etusque ad ignem fore deveniendum indicat. Quapropter, ut his omnibus provideamus, exemplo pueri propositi in genere, et juxta naturam et modum affectus ipsius, generalia et illi debita peculiariter auxilia referam; et mox ad partis eodem malo affectæ per contagium a puero susceptum, curationem deveniemus. Ubi omnia quæ in hoc malo in adultis et pueris necessaria existunt, reperiat diligens lector.

Visa igitur sævitia mali hujus pueri, cœperunt Medici diligenter omnia necessaria præparare, initio sumpto a victus institutione. Circa quam conventum fuit inter nos, sufficere lactentibus lac, et his qui jam gustaverint solidiorem victum, farre condito jure aliquo, aut solum concedere jus pulli aut pullæ, admixtis alexipharmacis, quæ perniciosam conditionem retundant, ac frænent, et simul alimentum præstent. Hujus naturæ est stillitica aqua ex pullis saginatis confectione Alchermes, electuario de hyacinto, radice scorcioneræ, et foliorum plantaginis, scordii, si hac lege extraxeris. Excipe pullorum num. 2. munda ab omni recremento; et eorum ventres reple foliorum plantaginis, scordii ana pj. radicum scorcioneræ unciam j. et s. confectionis alchermes et electuarii de hyacinto diluti in unciis

iij. aquæ rosarum et scorcioneræ, 3 ij imbibentur omnia vino albo, et coquantur in lib iiij. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, et omnia simul instillentur duplici vase cum jure prædicto. Cujus instillationis admiscebis aliquid potui, et præstabis bis, terve in die, et hac lege infantem alere curabis. In quo opere etiam considerare oportet, neque exquisito victus modo utendum esse, ne vires amplius labantur, neque ad crassitiem plurimum inclinare, ne mali causam ad augeas, sed medio modo tegeres ; quia corruptio pestilens non solum expoxit victum, ut alimentum, ad virium custodiam, sed ut medicamentum, ad virium humorum compescendum, ut Gal. consuluit, ubi humorum est corruptio vel defectus.

Victus hac lege instituto, disputare cœpimus de sanguine extrahendo ; si quidem non defuerunt Medici, qui id renuerent cæterum unanimi consulentium consensu, primo die sanguinem misimus, cruribus scarificatis, et mox octava noctis hora brachiis, aut si ultra duos annos fuerit natus, ex vena brachii ; quas non temere scindes, quia longe magis imbecillitantur pueri, quam cute scarificata ; nam in hoc malo plurimum vereri oportet, vires plurimum dejicere, tanquam in pestiferis affectionibus et in his, in quibus ad validam respirationem eis opus habemus. In quo opere statuendum est, si plurimum ad affectam partem fluxit, protinus ad brachia et cephalicas venas pervenire, quia urget magis quod in parte continetur, quam in quo fluxum est ; sin aliter, in pueris qui sanguine, abundant ex cruribus, et mox eadem die (ut dictum est) ex brachiis. Circa quod præsidium in pueris exequendum, consulo, ne differatur quia ejus occasio solum est, antequam fluxio in partibus contenta, ad putredinem commigret. Nam tunc temporis si sanguinem fuderis, summopere lædes (quæ causa fuit, quod multi medicorum, viso hoc damno, renuerint sanguinem mittere) quia vires maxime dissipantur, et nihil ejus succi qui computruit, extrahes, neque revulsiones, neque derivatione, neque vacuatione; quia putridum et in parte impactum, solis topicis aufertur. Cum hoc tamen ultilissimum præsidium fuit, viribus non renuentibus, partem proximius evacuare, et sub mento sanguifugas affigere, scalpello factes duabus scarificationibus, aut juxta cervicem cucurbitas scarificare, quando in pueris venas sub lingua scin-

dere non datur, ob ineptitudinem ætatis. Evidentissimum quidem est, hoc præsidium sanguinis solum dum confluit prodesse revulsionis gratia, aut totius corporis evacuatione, namque ubi semel summum illud vitium contraxerit humor, velut topicum præsidium, ex usu esse potest, ut mox dicemus.

FRANC. PEREZ CASCALES

De natura morbi hispanice garrotillo.

Sunt (ut dixi) qui existiment, et serena fronte defendant, hujus morbi essentiam in oris vel faucium ulceribus contituendam fore. Alii autem optimis rationibus fortes, et gravissimorum doctorum locis muniti, affirmant, non in ulceribus faucium, sed in tumore et inflammatione musculorum faucium aut gutturis, quam Hipp. Galenus, Celsus, et omnes alii medici, tam Græci, quam Latini, anginam appellare consueverunt, consistere fatentur, ut longius sum probaturus.

Utraque tamen opinio multis probatur et corroboratur gravissimorum doctorum autoritatibus et rationibus, prout hanc aut illam suam unusquisque tuetur sententiam.

Pro existimantibus autem morbi hujus essentiam in faucium aut oris ulceribus sitam esse atque contentam, nonnulla prius scitu digna et quæ illorum Doctorum mentem et opinionem clariorem sunt redditura, explicare non gravabor. Hoc unum primum erit ulcerum cognitio, in quibus illi morbi essentiam constituunt... (cap. III).

Sed jam rationibus enixi hujus opinionis sectatores, sic suam probare intendunt positionem. Est prima ratio.

Diversa doctores loquuntur de angina et de oris exulceratione, et in diversis et variis locis varia pertractant ; ergo non sunt unus et idem morbus angina, et aphta, sive oris exulceratio. Patet ex his locis, in quibus Hipp., Galenus, Paulus et Cornelius loquebantur de ulceribus, nihil de angina pertractantes : ergo uti diversi sunt morbi, in diversis locis de illis pertractant.

Secundo arguunt : Ulcus, et inflammatio differunt specie, ergo angina, et ulcus, aut garrotillo morbi sunt diversi. Antecedens probant, quoniam ulcus morbus est in solutione continui constitutus, angina vero est morbus in magnitudine, qui morbi specie differunt ; ergo et garrotillo, qui in oris ulceribus consistit, non potest esse anginam.

Si unus et idem morbus sit angina, garrotillo, et exulcera-

tiones oris aut faucium, apparentibus exulcerationibus, debet apparere angina ; at exulcerationes apparent, angina vero non videtur, neque ejus tumor : ergo non sunt unus et idem morbus angina, exulcerationes, et garrotillo. Major hujus discursus vera est, et ab omnibus recepta. Minorem probant ex Hipp. 3, prognost. 16 asserente. Anginæ gravissimæ sunt et celerrimæ interimunt quæcunque, nihil conspicuum faciunt in faucibus, neque in cervice, plurimum vero dolorem inferunt, atque orthopnæam : hæ enim eodem die strangulant, et 2 et 3, et 4. Galenus in comment. hujus loci dicit, illam anginam esse gravissimam, quæcunque nec in cervice, neque in faucibus aliquam dispositionem præter naturam indicet ex colore, calore et mole, etc. Hæc Galenus. Si ergo viceribus apparentibus, et angina non apparente, suffocari videtur homo propter garrotillo ; illa suffocatio ab ulceribus est et non ab angina ; ergo non sunt unus et idem morbus angina et exulcerationes.

HEREDIA

De anginæ malignæ essentia.

Nomine anginæ malignæ non quamcunque speciem illius intelligimus, sedeam solum quæ vulgo Garotillo appellatur, affectio quidem de toto genere exitiossima, quia et brevissime interficit, et rarissime remediis placatur; trademus vero brevissime, et per modum compendii ad essentiam illius prognostica, et medellam pertinantia, non enim ad unius morbi explicationem integrum librum (ut alii fecere) conficere placuit; et cum inter auctores, qui hactenus naturam hujus morbi exposuerunt tanta sidiscordia, ut neque in essentia, nec in curatione conveniant, nullatenus mentem ipsorum, sed opinandi modos referemus, sed per assertiones, quod nobis in tanto consentaneum rationi videatur, trademus non curantes, qualiter alii opinati, ne dicam obcæcati fuerint tuncque diversa sensere. Verum hoc non mirum, cum perdifficile sit morbi de novo incipientis, aut si non incepit, de novo oblivioni jam traditi primo insultu ad amussim, et exquisite naturam explicare.

Existimo ergo probabilius affectionem hanc strangulantem, a nobis Garrotillo appellatam, sic disiniendam esse; est angina exulcerata maligne. Ita docet Ludovicus Mercado lib. de consultat c. 24 quem sequitur doctissimus Ildephonsus Nuñez a cubilo medicus Regius estque jam communis sententia. Constat ergo esse affectionem compositam ex tumore anginoso et ulcere maligno, idque experimento testatur, quia nec datur, sine ulceribus, nec sine accidentibus ex tumore suffocante enatis; ulcera sensui conspicuo cum sint, nullus hactenus negavit, imo quia magis patenta et claro ob sorditiem et crustas multi putarunt, ad solam ulcerum malignam naturam esse reponendum hunc morbum quos probat doctissimus Nuñez, non quia in ulcerum malignorum morbi naturam reducant, sed quia in solis ulceribus eam constitam, nam suffocatio tam brevis ut in hoc exitioso morbo contingit; ex nullo alio morbo quam ex tumore

anginoso originari potest; ulcera enim non tantum impediunt liberum aëris ingressum per asperam arteriam ad cor : verum si eorum attendamus naturam sub formali ratione ulcerum ampliorem, magisque capacem aëris viam constituunt, quia exulcerando carnem exedunt, ob idque existimo ab aliquibus statui modi hujus naturam in solis ulceribus, quia inflammatio internos gutturis musculos obsidebat. In quo eventu nullum sensibile signum inflammationis se ostentat ut docuit Hippocrates 3 prognost. Ex eo enim quo visus nullum signum inflammationis percipiat, male colligitur sine inflammatione dari, oculis quidem occultatur ex toto inflammatio, quando officit solos internos gutturis musculos, in quo eventu suffocatio brevissima et continua febris cum dolore interno gutturis, et pulsus durities affectum inflammatorium manifeste significent : ad quod accedit, rarissime dari affectionem prædictam quin in colli regione exteriori tumor satis conspicuus appareat. Et confirmatur hoc efficaciter : quia nullus qui interiit per totius gutturis aut faucium affectum sine tumore migravit e vita. Consulto dixi, per solius gutturis, aut faucium affectum, quia sæpe observavimus, malo omnino in gutture et faucibus deficiente ægrotos semsim perire, quia putredo per gulam aut asperam arteriam interius communicata deliquiis, syncope, inappetentia, et alimenti assiduo vomitu cum frigiditate extremorum, miseros ægrotantes necavit paulatim sine febri sæpissime, et si aderat, lenta et remissa percipiebatur; nam malum quod corruptione et partium mortificatione adimit vitam, febrem nullam aut tepidissimam causat in fine, quia sine copia vitalis caloris Febris magna non datur, deficit vero calor vitalis. et partium sphacelismum, et gangrena, nec in hoc modo mortis succi putrescunt copiose, sed cum paulatim serpat putredo per continuam alterationem partibus solidis communicata, non est quod essumet, et cor totum afficiat, sed glutinosa potius putrilagine et minime evaporabile interna afficiuntur. Ii ergo qui sic perierunt inflammatione in ore, et reliquis partibus sedata, licet per anginam malignam contraxerint periculum, non tamen angina perierunt ut constat, quia nullo dolore aut suffocatione præsente in gutture aut faucibus sed putredine interna gulæ ventriculi aut cordis et asperæ arteriæ. Et quia frequentissime associatur hæc

serpens putredo anginosæ tumoris, communicaturque pluribus partibus medio contagio, quibus non communicatur inflammatio ipsa ; ideo putaverunt multi, sine inflammatio dari hujusmodi morbum, quia interius existens maligna inflammatio neque conspicua visui contagione inficit præter externas, quæ cum mucidæ et putrilaginosæ solum conspicerentur absque inflammatione aliqua, absolute docuerunt in ulceribus solum morbi naturam constituendam esse decepti apparentibus.

Probatur ulterius, quia nullum genus ulcerum, etsi malignum, deglutitionem aut respirationem impedit, viam earum actionum obstruendo; nullus enim inter signa malignorum ulcerum oris internas partes afficientium deglutitionem aut respirationem impeditam constituit ob viæ defectum : experimur vero in morbo hoc suffocante ita contingere; potum enim et liquida reddunt per nares et impedita via deglutitionis, suffocantur; similiter non alio modo quam coarctata aspera arteria; ergo vere invenitur impedimentum et obstaculum, a hujus modi actione : non ergo posito quovis ulcere pascitur morbus suffocans, nisi inflammatione suffocetur. Quod si diligentius attendamus causas, ob quas difficulter ægroti respiranti Galenus innumeris locis præsertim 4 lib. de loc. affectus, cap. 8. 1. difficult. resp. cap. 3, clare inveniemus repugnare ex ulceris natura causari, nam nec impeditur cavitas, nec dolor in corde contra naturam producitur, nec instrumenta respirandi læduntur modo necessario ad difficulter respirandum : quia evidenter confirmat fere semper apperere ulcera anginosa in loco ad respirationem minime necessario, et ita si impedita respiratio, est, quia ratione tumoris per consensum coarctatur aspera arteria; idemque argumentum de deglutione læsa fieri potest.

Similiter ut hoc malum propriam ostendeat naturam, non sufficit esse inflammationem in partibus oris faucium, aut gutturis, sed etiam requiritur cum inflammatione tantam malignitatem esse in causa ut partem pessime exulceret, nam etsi ad suffocandos ægrotos ulcus impertinens sit, non tamen ut constituantur integra morbi essentia, Garrotillo appellati, sed communi in consensu utrumque requiritur : inflammatio tumida cum malignis ulceribus. Unde sola inflammatio existens sine ulceratione, angina dicetur aut vocabitur ex nomine quo insi-

gnitur quævis pars oris interna, dum tumore corripitur. Similiter si solum malignum ulcus signis percipiatur, affligere absque tumore aut inflammatione tumida ulcus vocabitur, minime vero Garrotillo. Est ergo hæc perniciosa morbi constitutio complicatio quædam tumoris præter naturam cum ulcere pravo.

Ex dictis patet garrulum auctorem Polienteæ inepte definisse morbum prædictum. Dixit enim esse interdum inflammationem venenosam faucium et tonsillarum, interdum ulcus contagiosum ex venosa materia arida, et ferventi. Peccat enim in multis definitio relata, tum quia inflammatio venenosa in prædictis partibus dari potest sine ulcere aliquo, sine quo Garrotillo non datur, tum etiam quia cum supponata ut certum periclitari ita affectos ob suffocationem, explicare non potuit quo modo ab ulcere solo tale symptoma oriatur. Præterquam quod eundem morbum in specie explicare per duos omnimo diversos disjunctive repugnat veræ definitioni ; nam si natura morbi composita utrumque morbum necessario respicit, utrumque simul et conjuncte explicare tenetur definitio non disjunctive, aut seorsim, ut ille fecit.

Male etiam doctor Villareal, lib. 1. in fine cap. 7. docuit, non esse dubium prædictum morbum esse anginam, si habet signa pathogenica, ejus nempe difficultatem respirandi, et deglutiendi. Consistit, inquit, angina in angustia gutturis, angustia autem semper est eadem, a quavis causa dependeat. Male quidem id censet; nam etsi quævis augustia sit idem morbus in conformatione, non tamen quævis angustia gutturis appellatur angina, ut docte adnotavit magister lib. de locis affect. cap. proprio. Nam si a siccitate convellerentur musculi gutturis, non diceretur angustia anginosa, nam hæc solum dicitur talis quando ex causa efficiente tumorem suffocatio contingit : Nullus enim ex antiquis anginam curavit nisi auxiliis evacuantibus, unde etsi illa fateatur, prædictam suffocationem a materia causari ; loquitur adhuc improprie, quia nullus medicus appellat anginam, nisi ortam ex tumore præter naturam ab humoribus orto. Ille autem putavit materiam hujus morbi non tumefacere ob impensam crassitiem, cujus ratione per poros augustos intrare non potest, et sic per solam irrigationem causari putavit, quod utinam ita esset, redderetur morbus curabilior, miran-

dumque est ita opinatum fuisse, cum tam magis tumores, tamque conspicui in hoc morbo inveniantur, clarem monstrantes non esse tam crassam materiam, ut ad poros partium transmitti non possit.

Dixi ulterius in definitione, hunc morbum esse malignum quia non solum inducit inflammationem cum ulcere pravo, sed etiam habet propriam malignatem adjunctam : nam præterquam quod contagio communicatur celeriter, carnem et partes, quas afficit, exedit, corrumpit, et mucosa putredine destruit. ita ut usque ad ossa non sistatur putredo, ut docuit Mercatus. Habet etiam plurimum venenosæ naturæ, ut ex accidentibus liquet adducentis postea. Erravit non leviter doctor Guadalaxara cap. 7. putans hunc morbum contagiosum non esse ; contrarium enim experimento monstratur, et docet Mercatus historia illa celebri lib. consult. cons. 24. Et ratio est, qua in causa hujus morbi inveniuntur omnia requisita ad contagium, nam est maligna putredo, et causa lentorem habet fortemque permixtionem. Estque probabilius morbum non esse contagiosum ad distans, sed solo contractu, aut medio fomite, quia tam mucilaginosa est materia ab illa, et ita solum per contactum. aut media fomite communicatur.

An vero causæ hujus morbi insit venosa qualitas, difficile percipi potest ; nam ut docte adnotavit doctissimus Nunnez contra Mercatum, nec ex celerrima morte id colligere licet, nam cum sit hic morbus de anginarum natura, et hæc intra diem suffocare possit, ut docuit Hippocrates 3. lib. prognost. Ita et morbus iste absque maligna qualitate brevissimam affert mortem, tum etiam quia cum causa tam valide putrefaciat et partes mortificet, insitque viæ respirationis per quam aer ad cor ingreditur, gravia symptomata causat ex se sine conjunctione qualitatis malignæ. Hanc enim medici inquirunt, ubi dantur symptomata in manifestam causam irre ducibilia, quod hic non evenit, cum tam patens sit *subitæ mortis* et aliorum accidentum origo.

Ex alia vero parte pulsus parvitas, et debilitas statim accedens, extremorum frigus, somnus profundus non vaporibus obstruentibus, ut ego existimo, semper causatus, sed resolutione nimia animalium spirituum, quod indicat impotentia ad motum et debilitas in reliquis internis potentiis, deli-

quia animi, a syncope ; quibus ita affectos versari percipimus, non levem suspicionem malignitatis, et veneni offerunt. Demonstrant enim hæc symptomata morbum hunc cordi insidiari, quod est propium venenis. Quod confirmat causam hujus mali ita reddi toto genere contra naturam ut incoctibus fiat humoribus malignis. Videmus enim suppuratos, etsi magnam copiam puris in thorace contineant, et cordi tam proximam non ita debilitari, sed per multum tempus durare sine relatis accidentibus. Suspicio igitur aliquo venenosæ naturæ esse potest, præcipue ubi tam intolerabilis fœtor adest perpetuo, et causam tam parvam in quantitate magnis remediis non cædere, sed vim auxiliorum ita contemere, ut nullis etsi intempestive exhibitis edomari possit, illud non minus indicat. Ad quod accedit, quod major pars correptorum hoc morbo internecatur. Signum pestilentis affectus, et maligni et cum nihil sit magis proprium, veneno, quam naturam humanam confertim corrumpere, hocque experiamur in hoc dicto morbo, non quia obstruat viam respirationis, sed quia alterat totam substantiam, spiritus, summamque imbecillitatem inferit et sic venenosæ naturæ satis magnum præbet indicium.

De signis hujus morbi.

Si essentiam hujus morbi compositam fecimus ex tumore contra naturam, et ulcere, signa apparebunt utique morbo essentialia ; statim ergo in principio mali, ore aperto et lingua depressa, tumor contra naturam intra illud apparet cum sorditie, ichoribus exputrilagine ulceris emanantibus, ideoque facillima est hujus mali cognitio. Sæpe vero ex solis externis signis facillime perspicitur. Nam tumor apparet in partibus exterioribus colli satis conspicuus cum difficili respiratione, et mucosa excretione per nares, et vox rauca producitur. Frequentissimum ex ulceris sorditie albam monstrari ; aliquando vero mire in coloribus variat ob diversam, et variam succorum et partis corruptionem, et ita interdum palida, interdum nigra interim livida, aut cinerea, aut diversis coloribus variegata, crusta precipitur, aut sordicies, et excrementum ex ulcere resudante simili causa in coloribus variant. Constat vero vel me tacente

tumorem præter naturam visui conspicuum signis non egere, ut cognoscatur per scipsam. Dum vero *visui occultatur,* aliis signis percipitur; dolore scilicet, pulsus duricie, nisi pendeat ex pituita, nam tunc mollior quam secundum naturam erit, ut est durior ex aliis causis. Frequentissimum est in hoc malo vel respirare difficile, vel deglutire male, aut utrumque contingere, secundum quod *aspera arteria*, aut *gula* magis, aut minus afficiantur a distendente tumore, et relatas partes coarctant, ut minus bene deglutitio et respiratio fiant. Febris etiam continua statim in initio apparet sympthomatica quidem utpote ex inflammatione pendens, cui non raro associatur putrida ex materia intra vasa per contagium faucium corrupta; nec inconvenit putridam esse excitatam ex solo affectu inflammatorio, quando tanta est in faucibus, guture, et partibus oris putredo, ut ex illa eleventur vapores corrupti, et ad cor, et totum distribuantur, ut possint, variat febris in sua intensione quamplurimum, prout ex fervidiori causa tumor causatur : sæpe vero remissa percipitur, quia ex succo frigidiori dependet, parvior est inflammatio, et partes externos oris potius afficit, estque remissa putredo.

Ingravescente malo tumor increscit, corruptio partium, sordes, et fœtor augentur; respirant difficillime, nec facilius deglutiunt, sicque potum rejectant per nares cum malignis ichoribus cæterisque colliquamentis per easdem expulsis, tumor totum occupat collum, cervicem convellit, indurat tensione, ut nisi recte respirare non possint, et interim tumor ad thoracem extenditur, cum non levi desperatione solutis; inæqualis redditur pulsus, debilis, et creber, cum febre majori vox depravatur raucedine, per nares loquuntur; cruda rejectant, media tussi sine levamine, et somno graviori capiuntur, non tantum obstructione causato quam vitali et animali spiritu extinctis, ut ad commode sentiendum satis non sint remanentes. Alimenta vomunt, anxiique quiescunt, nullibi semper jacendi figuram evariantes. Estque frequentissimum gurgulionem inflammari, corrumpi putredine ut exedatur totus, coruptus pellatur, et quando in desperationem res venit, *raucedo increscit*, per asperam arteriam putredo serpit ad cor, et consumptis vitalibus spiritibus paulatim infrigidantur extremo, mitior fit febris ad raritatem, et parvitatem cum summa debilitate pulsus mutatur, et sæpe bene respirantes, nulloque

vitio in ore apparente, obeunt. Eodem modo, sed non tam breviter necat, quando per gulam usque ad ventriculum putredo trajicitur; corrumpuntur etiam spiritus, alimentum vomitur assidue cum potu, sic per os collatorium cerebrum afficitur, et per nares stillicidiæ sanguinis emanant, signum onmino mortale; significat enim versus cerebrum putredinem tendere; ex multis enim, in quibus hoc signum apparuit, nescio an præter unum quis liberatus fuerit.

Mira tamen variatio in signis percipitur; sæpe enim inflammationis et tumoris manifestissima signa monstrantur, ulceris vero, aut nuda, aut quasi præludia. Deinde vero *tractu* temporis *crusta*, et *ulcus* apparent manifeste, aliquando vero contra, statim *a principio* mali eschara, crusta ulcusque satis conspicua cernuntur : inflammatio vero levissima, et parvissima est; increscit tamen postea; sæpe vero ulceris signa occultantur, quia latetin internis musculis gutturis aut faucium cognoscitur vero conjecturis non levibus; nam præterquam quod tumor exterius apparet cum dolore in partibus interioribus et difficili respiratione et deglutitione; semper fere per nares vitiatam humiditatem emittunt lentam, glutinosam, et crassam; vox depravatur, et lingua versus partes internas et ejus radices albicans percipitur, quod indicat in partibus internis crustram et ulcus existere, et incipiunt se manifestare per albedinem linguæ causatam ex excrementis pituitosis putridisque ab ulcere interno emanantibus, et linguæ suo lentore hærentibus. (*Cap. VI.*)

De parte affecta et de causis.

Si rigorose loquamur, affecta pars in hoc morbo, uti proprie dicatur morbus suffocans et Garotillo, debet esse illa quæ in affectionibus anginosis patitur, ac per consequens patietur guttur, quod *caput asperæ arteriæ* dicitur ob omnibus, aut patientur fauces; nam in quacumque harum partium exsiccata inflammatio angina appellatur. Sciendum igitur est in capite asperæ arteriæ seu gutturis esse internos et externos musculos ; ita etiam in faucibus sunt interni et externi. Gravissima excitatur Angina, quando interni musculi gutturis inflammantur; occluditur enim facillime via respirationis, et ideo docuit Hippocrates intra diem vitam cum morte commutare, eodemque modo

experimur in morbo hoc suffocante, intra diem sciliter ægros suffocari, tanta enim est hujus mali pernicies, et acuties. Hæc angina dicitur ab antiquis Cynanche : quando vero externi musculi gutturis inflammantur, minus periculosa est affectio. Est autem levior, et dicitur paracynanche. Si vero musculi interim faucium inflammantur, dicitur synanche. Sicut Parasynanche, quando inflammantur interni. In his igitur partibus existere tenetur inflammatio cum ulcere, ut dicatur Garrotillo, qui inter species anginæ collocatur ab auctoribus melius sentientibus. Unde sicut in medico rigore non appelatur angina inflammatio cum ulcere maligno in qualibet parte, sed tantum in illis, in quibus exitatur angina. Sicut ergo gurgulionis inflammatio non appellatur angina, nec inflammatio glandularum à lateribus gulæ et gutturis existentium : ita nec dicitur Garrotillo in rigore prædictarum partium inflammatio cum gutture, quia non habent, ut putant aliqui tanquam signum essentiale, et necessarium difficilem inducere respirationem, sed illam solum lædit, quando nimis increvit, et magnum acquisivit tumorem. Est autem in omni angina inseparabile, quod statim primo insultu difficilem inducere respirationem causet. Quidquid autem sit de hoc, certum est quod sicut antiquitas noluit anginam appellare, nisi affectum inflammatiorium gutturis aut faucium, ita nec appellabitur vere Garrotillo, nisi inflammatio, exulcerata relatas partes obsideat : communit tamen ubi in quavis parte oris interna, dummodo lingua non sit, inflammatio cum ulcere sit, Garrotillo appellatur, licet in rigore et proprie loquendo talis non sit ; experimento enim constat sæpe incipere hujusmodi malum abinflammatione ulcerata gurgulionis aut glandularum, et crescente malo suffocari ægrotantes gutturi et faucibus communicata læsione.

Excitatur hujusmodi malum a quovis humore ulcerari potente, non quidem ex sua nativa temperie; nam sic sola bilis auctor illius putaretur, cum ergo exedatur locus affectus, et exulceretur ob malignam corruptionem, quam contra naturam acquirit, et nullus sit humor incapax hujus corruptionis ab omnibus causabitur. Et cum rursus ad corrodentem naturam acquirendam aptior sit bilis, quam alius quivis humor, videtur constituenda, ut causa frequentior; sine ratione enim videntur quidam

asserere, quod sanguis hujus morbi causa esse nequeat, eo quod nunquam rubor in parte ulcerata invenitur : contrarium enim evidenter experimente probatur. Nec obstat, quæ semper pernicies alba percipiatur in ulcerata particula; nam præterquam quod hoc non est verum, constat illum albicantem colorem non pendere semper ex humore fluente, sed ex parte quæ exeditur, et putredine corrumpitur. Accedit etiam, quod partes afflictæ sunt semper humidis et pituitosis excrementis imbutæ, quæ debilitatem morbi sequentia, nec concoquunt neque expellunt pituitosa illa excrementa, et ita abundant illa et obscurant causam mediatam et propriam hujus mali.

Verum inter omnes convenit frequentiores causas esse bilem, melancholiam, pituitam salsam præsertim, sicque constare ex coloribus tumorum præter naturam; quia vero malum hoc semper fere dependet a capite tanquam a parte mittente in fauces et guttur, quod de omni angina Galenus tradit, et caput semper fere excrementis crassis, et pituitosis scatet; adeo frequentissimum est relatum malum causari a pituitosis humoribus talem contrahentibus labem et violentam naturam, quod corrosivi reddanbur, et exedentes. Unde cum alios tales humores crassiciem cum lentore participent, partibus adhærant validissime, et diutius detentos illos exulcerant maligne hincque constat, cur pueri et tenerioris ætatis frequentius hac labe infestentur; sunt quippe humidissimi cerebri, unde distillationibus in guttur et fauces obnoxii. Legatur Galenus in comment. aphor. 2, 6 lib. Hoc tamen in causa hujus mali peculiare invenitur, prout distinguitur contra causas anginæ simplicioris, quod tam pessima conditione sigillatur, et corrumpitur, ut incoctiles omnino reddantur in quo non leve periculum est; nunquam enim in suppurationem veram illius causa mutatur, sed inutilis omnino, et toto genere contra natura redditur quasi excrementum malignum, unde suppuratione, resolutione, magis quam coctione media ; ad quod non parum facit debilitas summa. quam ex tam perniciosa causa contrahit pars, ut ex duplici capite incoctilis sit materia hujus mali, et quia extraneam putredinem et corruptionem concipit, et quia extreme effœminatur partis temperies, et vitali calore, nativoque destituitur, ut impotens maneat ad coquendum non solum tam mali-

gnam causam verum et proprium ac naturale alimentum, quia et hoc fœdatur non minus quam partis afflicta temperies.

Signa vero diversas causas monstrantia ex natura tumoris et ulcerum, sordibus satis conspicua erunt ; nam ubi rubor cum dolore et calore, tensioneque percipitur, adestque durities in pulsu, cum non levi febre sanguis calidus in causa est. Ubi albicans regio gutturis faucium et oris apparet, tumor laxus, pulsusque cum mollitie percipitur, dolor moderatus, et febris remissa apparent, pituita erit causa: sic nigra eschara, aut livida citra nigrantem dolorem ex melancholia dependet, tensioque adest : quod si nigrities cum maximo incendio percipiatur adsitque crusta veluti exsiccata ustione et fervente sanguine, et in atrabilem mutato tumor nascetur, magna erit febris cum sitia implacabili et difficultate nimia deglutiendi, et respirandi, exsiccata enim est musculorum caro adustione, et quasi in carbonem versa, et ideo difficulter moventur et magno dolore. Interim vero lividus aut niger invenitur color, non quia ex succis nigris natura, aut adustione dependeat, sed quia sphacelo pars denigratur, aut livida redditur, ut in externis partibus experimur, quando maligna fluxione destruitur omnino partium naturalis temperies, et gangrena mortificatæ lividæ redduntur, aut nigræ cum fœtore intolerabili.

Quando autem partium corrosio celerrime extenditur, et ad plures partes dilatatur, acerrimus significatur humor et summe penetrans partes : sæpe vero accidit humorem esse lentum, et crassum, et non nimis acrem, et partibus primo affectis tenaciter hæret, nec serpit in alias contagium ob lentem actionem ex remissa virtute. Legite Aretæum lib. 1, de natura acutorum morborum, c. 9, ubi doctissime, et eleganter hujus morbi naturam exponit, quidquid reclament Neotherici Scriptores, putantes hoc genus morbi antiquis ignotum fuisse, cujus vestigia fuit secutus Aëtius, et verba Aretæi transtulit.

(*Cap. VII.*)

De prognosticis hujus morbi.

Fallacissimam esse hujus morbi naturam confitentur omnes. Est autem duplex principalis fallacia. Primo qua ulceribus oris et partium, quæ visui existebant, conspicue recte curatis, et sedata

inflammatione, æger periclitetur. Ratio pendet ex eo quod paulatim serpit putredo per *asperam arteriam* ad cor, aut per gulam ad ventriculum sine aliquo dolore, aut febre sensibili, cujus sit habendo cura, et cum medicis auxiliis ablata fuerint ulcera, et inflammationes sedatæ in partibus visui patientibus : Medici triviales salutem pollicentur, cum alioqui occulta putredo paulatim mortificans partes internos, cordi insidietur, et tabe parvissimis, et debilissimis pulsibus, extinctione caloris, refrigeratione extremorum, faciei extenuatione in appetentia perpetua, et molesta mutatione decubitus, somno apparente, quia vigilandi impotentia somnum verum æmulatur, misere ægrotantes interficit, ut visum jam sit subito, et inopinata morte periisse aliquos ob medici præceptum et imperitiam, e lecto fugientes, et intra domos ambulantes, ab quo etsi quæ vitia apparebant in faucibus, aut partibus aliis in melius mutata conspiciantur, non licet salutem polliceri, quia solet, ut dixi, *communicari* paulatim putredo, et gangrena partibus internis versus cor per asperam arteriam, aut ventriculum per gulam, aut ad cerebrum per partem oris supernam, gurgulionem, et alias vias, et anguem in herbis latere, quando partes, quæ erant visui patentes non tantum mutantur in melius, verum omnino sanæ absque ulcere, aut inflammatione videntur.

Secunda fallacia est : quod si nimis tumeant *partes externæ*, *perniciosum* sit signum, quod in reliquis anginis putatur saluberrimum, ut ex Hippocrate constat. 3, prognostic 6, aphorism. text. 37, 7 aphor. text. 49. Ratio diversitatis est quia in hoc morbo humorum confluxus per vasa jugularia in internas partes delabitur, ut rarissimum sit non affici prius partes externas colli, et ex illis præcipitari humores ad intima. Unde quia malum internum fovetur ex defluxione externorum, quanto magis tument externa, compatiuntur interna, sicque perniciosum exitialeque signum existit, glandulas cordis et partes externas thoracemque in magnum fastigium elevari, nimisque intumescere. Ad quod accedit ita partes affectos in hoc malo debilitari, ut quod receperunt semel, nequeant in alias transferre; nam cum sorditie, corruptione, et inflammatione efferata, tam laxa, putrilaginosa, aut in crustram conversa pars percipiatur affecta, ut merito dicas radicaliter esse subversum, tempera-

mentum ejus nativum nequivit extradere quod semel recepit· Ad quod conducit non parum humorum crassities, et lentorquibus causa hujus mali fere semper oriatur ; quæ omnia, cum in aliis anginis non mirum partes affectas, convenientibus auxiliis adjutas trajicere posse, quæ semel receperunt : at vero in angina maligna non tumen externa, quia in illa ex externis translata materia fuerit, sed quia ita adimplentur interna, ut materiam fluentem non capiant, et sic ad externa dilabitur.

Est etiam perniciosum signum quodcunque significans putrilaginem intus existere : nam auxilia nequeunt illud vitium corrigere ob indebitam applicationem, glutinositas enim et crassities escharæ, et magna requirunt auxilia, et applicata diutius, et eadem requirit maligna putredo, et partium gangrena. Hæc vero nec devorari sine periculo vitæ, nec applicari partibus internis tempore commodo possunt. Nec existimo, ob aliud tam desperatum esse hujusmodi malum, quam ob celerrimum contagium partibus non conspicuis communicatum; nam cum vitia in ore consecuta tam assiduam diligentiam requirant, tamque continuatam auxiliorum applicationem, ut moderari possint, quid sperandum, nisi certum exitium, ubi interna contaminantur? Hinc ichor, seu sanies graveolens per nares emanans certam innuit perniciem : cui si adjungatur in somnum falsum delatio desperata res est, maligna enim indicatur corruptio internas partes exedens, estque tam pessima humorum conditio, tamque adversa naturæ, ut spiritus dissipando nequeant vigilare ægrotantes, quod est false et apparenter dormire.

Eandem malignam significationem præbet sanguis stillans e naribus ; ex corrosione quippe vasorum, et putrilagine emanat, innuitque certissimam mortem, quia putredo interna cohiberi non potest; idem de sanguine excreto per os summa ratione judicandum est; nam etsi partes non afficiantur principales, neque affectus nasorum exitialis, existat tamen in quantum istarum partium erosio principalem causam, et valde corrodentem, aut putrefacientem significent, indeque inemendabilem a natura; ideo periculosissimus censetur sanguinis fluxus ex naribus, aut ore. Quidam cum hoc signo nullum vidisse liberatum docent ; nos vero unicum solum ægrotum summa diligenlia a tanto periculo vindicavimus.

Est etiam pernitiosum signum, quod remittatur febris quando ulcus putrilaginosum magis conspicitur, et inflammatio aut tumor non minuitur; summa enim extensio vitalis caloris arguitur et partium gangrena. Ratio est, quia humor commotus ad focum, putrescit calore fuliginum, quæ elevantur ex partium nutritione, et actione caloris et humore transmisso : partes vero jam mortuæ sphacelismo nec nutriuntur, nec habent calorem, medio quo intra se fuligines elevent ex humoribus ad nutritionem dicatis. Unde etsi confluant humores anginam facturi, in locum affectum non alterantur, nec putrescunt, et sic nec febris augetur, sed constante elevatione fuliginum, et materia, et materia non mutata in vapores, nullus calor cordi et universo corpori communicatur contra naturam. et ita deficit febris ad proportionem qua corrumpuntur partes. Adduximus locum Galeni celebrem text. de temporibus morborum, ubi docuit : Febris elevationem sæpe pendere ex defectu nativi caloris, partium mortificatione. (Legite locum 3, lib. Epid. in histor. Hemocrates comment.)

Ubi apparet crusta, aut eschara livida, aut nigra, periculosissimus excitatur morbus ex humoribus adustis atrabiliaris causatus.

Estque cancrosa gutturis affectio et exulceratio ; indeque lethalis, cum non talis censeatur ab omnibus affectio relata, etsi alias partes non principes obsideat, possintque commode auxilia idonea applicari majori ratione, lethalis consebitur dum guttur et fauces molestat. Dixit enim Hippocrates, 4 Aphor. dyssenteriam ab atrabile causatam lethalem esse. Est autem guttur pars ad vitam necessaria magis quam intestina, et ejus passiones cito interimunt.

Ratione partis affectæ sumitur majus aut minus periculum; nam si afficiatur pars interna gutturis eodem die, aliquando strangulat, ut de angina docuit Hippocrates in Prognost. Cognoscitur vero ex eo quod nihil conspicuum in faucibus sit, nec tumor, et rubor appareat depressa lingua, inducit tamen difficillimam respirationem, seu orthopneam, maximumque dolorem secundum locum participat, quod afficiuntur musculi externi gutturis : tertium, quando interni faucium, quartum quando externi : ultimum quando glandulæ ad linguæ radicem consti-

tutæ. Nullum vero genus est securum, quia ex quacumque parte facile communicatur internis, et cum aër deductus ad cor per affectas partes necessario transeat et alteretur, secumque deferat quod vaparosum ex putrilagine elevatur, compatitur cor facillime, et læditur vehementer; eisdem de causis compatitur cerebrum, repugnat vero cum cibo et potu aliquid putridum non delabi, in ventriculum, omnibus principibus partibus insidiatur hoc malum et totum corpus contaminatur : præsenti et patente periculo ægrorum imaginationem eorum excruciat : nullus quippe ignorat ullius malignitatem et ferocitatem, ut animi agonia debilitentur non minus quam sævitia symptomatum. Habet hoc insigne periculum, non posse scilicet naturam aliquam salutarem crisim tentare ob delibitatem extremam facultatibus partium inductam humorisque crassitudinem et lentitiam. Undeque experimento monstratur, quamcunque evacuatio semper alvum aut sudorem inutilem esse et nocivum, quia cum non prosit necessario debilitat. Est autem aliqua spes in frequenti expuitione, quando crassa et glutinosa creantur ; nam inflammatio anginosa sic judicatur, teste Hippocrate *in coatis prenot.* Et cum magna vis requiratur ad excreandas crassas materias, ideo infantes et pueri plus periclitantur, imo loco excretionis ad extra ichores, et excrementa a vulneribus resudentia deglutiunt, viscera inficientes veneno.

Proximam vero esse mortem, quando sublime respirant ægroti, et in parvitatem, et raritatem pulsus permutatur cum animi exsolutione, frigiditate extremorum nullus ignorat. Est enim in hoc malo pernitiosa virium debilitas; nam si in anginosa simpliciore eam dominavit Galenus, in maligna erit execrabilior et pejor, infantium et puerorum copia maxima periit quia nec expuere, nec excreare lentas et crustaceas materias possunt, minus auxiliis obediunt, et quia calidis et humidis malignæ putrescentiæ magis obnoxiæ sunt, etiam cerebri humidiora sunt et excrementitia, indeque in guttur facile liquata excrementa præcipitantur, partes oris internas laxas, porosas et tenerrimas habent, sicque recipientes promptissime quod in eas transfertur et instar spongiæ recrementa exolvuntur, et putrescunt quam facile, quia tenera, et mollis partium conditio causæ erodenti, et putrefacienti resistere nequit. Hinc summa et

intensa putredo intolerabilem causans fœtorem, in sese concidere partis gutturis cogit ob impensam mollitiem. Concidentia vero inflammatione crassis, lentisque excremeniis occluditur omnino respirationis foramem, quando jam nihil per vocem significantes cum summa raucedines, et animi angore e vita discedunt.

De signis et prognosticis anginæ communis (*).

Si angina non est unica pars afflicta, nec signa essentialia poterunt esse communia cuicumque speciei anginæ. Rursus si ex diversis humoribus originari potest, sequitur etiam nec ex quavis causa eodem signa speranda esse. De exquisita ergo angina ex parte humorum loquentes (est autem illa, quæ ex calidis humoribus pendet) cum sit acutus morbus convenientes auctores esse essentialia signa ea quæ inflammationis ex calidis succis debentur, nimirum dolore partem calidiorem sentiri, et pulsum esse durum. Hæc enim inseparabilia unt a qualibet inflammatione partem sentientem obsidente. Est etiam inseparabile quod pars ruborem contrahat, hæc igitur signa, sive inflammantur partes, sive in gutture necessario invenientur, quia sequuntur solum natura succi aposthematis partem privatam sensu tactus; est etiam meo videri inseparabilis a qualibet anginæ exquisitæ specie deglutio difficilis; si inflammantur musculi faucium, res est certissima, quia ut docuit *Galen.* lib. de *dissectione musculorum*, 15, in faucibus musculus utriusque unius habetur, tunc munere suo fungens eum vox editur, aut deglutio fit, hæc minus, si guttur patiatur. Ratio est, quia omnes istæ partes in deglutione moventur non leviter, repugnat vero in ipsa motione non dolore magis, ac per consequens deglutionem difficilem fieri, qui refugiendo natura doloris augmentum, pigre musculos movet; et tardissimo conatu, levique compressione, et inde necessario læditur deglutitio, quia non fit naturali modo, et celeritate. Hoc respiciens, causa est quia ad Almansorem. cap. de angustia dixit: cum in deglutiendo sentitur angustia adest passio, quæ synanche vocatur, quasi sit inseparabilis difficilis deglutio ab omni angina. Et ex his constat, quod licet respiratio difficilis sit inseparabilis difficilis. Quoniam guttur afficitur, quia redditur

(*) Donné pour établir la comparaison avec le Garrotillo.

angustior respirationis via, id tamen non eveniet necessario, quando fauces partiuntur. Ratio est, quia non comprimitur necessario nec coartatur guttur, si inflammantur fauces, et inde nec respiratio difficilis redditur, tum quia non movetur pars inflammata ad metum respirationis, et ista non dolet, dum sit quod docuit Cesalpinus, lib. 2 99, *Medicorum*, 9, 19 ; constat ex *Galeno* 3 *prognost. comm.* 22, in quo explicando secundam speciem anginæ dicit : qui nec magnopere dolent, nec difficilem habent respirationem nulla in re affecto gutture ; ergo si nullatenus afficitur guttur, illæsa respiratio manebit. Idem docuit Hippocrates, 6 sect. 7, text. 1, dicendo in summa qui solum deglutire non poterant : iis valde mites, ac toleratu faciles erant, ubi in sola deglutitione læsionem possit, id est quando alimentum adsumitur, ut interpretatur noster *Vallesius*, et Hippocratis doctrinam tradit Avicenna, cap. 9, fen. 9, lib. 3, dicendo : Et difficile inter malum aposthemosum quod non est malitia, et quia est in postremo lacerto ; mirum est, quod videtur, quod cum eo non constringatur anhelitu, nisi cum est deglutio.

Nec obstat quod idem auctor in initio ; c. 9. dicat. Intentio communis omnibus speciebus præfocationum est constrictio anhelitus, et difficultas deglutiendi. Nam per omnem intentionem non intelligit, quod cuicumque speciei illa duo symptomata competant, sed tradidit, quod omnibus est commune, et inseparabile, quia omnis angina necessario lædit deglutionem, aut respirationem, et in eodem sensu intelligendus Galenus venit, ubi læsionem respirationis ut inseparabilem tradi dit ab angina.

Dico ulterius, quod tanto minus inflammatio partium oris meretur nomen anginæ quanto minorem suffocationem inducit ut rigorose loquendo ; illæ tamen inflammationes anginæ dicendæ sint quæ difficilem causant respirationem, id constat primo, ex ipsa nominis etymologia ; dicitur enim angina ab angendo, seu molestia inducta per suffocationem, ut refert *Aurelianus* lib. 3 *acut. passion.* cap. 1, et *Aretæus* inquit angina paracutus affectus est : spiritus enim comprehensio est. Et *Galenus* 4 de *locis affect.*, c. 8, sic dictus : Ex iis constat, omnes passiones quæ huic loco accedunt, si respirationem quoquomodo reddant deteriorem, ab ipso anginas

nominari. Hinc Hippocrates velut distinguens in inflammationes faucium ab angina 6 Epid. sect. 7, text. 1, « Quibusdam autem fauces inflammabantur; quibusdam autem anginæ. » In cujus loci expositione nostram assertionem tuetur *Vallesius*, ut si probabilissimum, et rationi magis consentaneum, nullam inflammationem oris esse veram anginam, nisi respirationem offendat, ut quando sine hoc illius inflammatur pars, sit appellando inflammatio talis partis, non angina.

Præsagia hujus mali varia sunt. Est autem ut testatur *Tralianus*, acutissimus morbus ; ægros enim laquei, funisque modo strangulat. Est vero acutissima præ cæteris speciebus, quæ musculos internos gutturis afficit, nam intra diem hominem perdit, ut testatur *Hippocrates* 3, *prognost.* text. 26. Ratio periculi in angina ex difficili respiratione monstratur, cum non aliter quam suffocando interimat. Gravissimæ anginæ sunt qui nihil conspicui in faucibus faciunt, nec in cervice, plurimum tamen dolorem inferunt, atque orthopnæam et enim eodem die strangulant vel 2 et 3 et 4. Iis enim signis inflammatio internorum musculorum gutturis significatur; insidiatur etiam hæc species anginæ cordi, et pulmoni quia ex internis musculis facile præcipitatur materia in pulmones, et cor, præcipue si nimis astringentibus utatur medicus quibus translatio materiæ ocissime fit. Quam transmutationem cum vitæ perirulo experta fuit uxor Polemarchi 5, epidem. tex. 57, etsi tumor fuisset conspicuus Hippocrates. Constat vero talis permutatio in pulmones ex propriis pneumoniæ signis, ex tussi nimirum thoracis gravitate moliri.

(*P. 98, cap. VII.*)

SGAMBATI

Cerebrum non esse præcipue affectum.

Qui partem præcipue affectam cerebrum esse existimabat, his potissimum innitebantur. Faucium (dicebant) affectus, qui respirationem non lædit, tam cito adveniens mors tribui minime potest. Tribuendum hoc cerebro est, cujus mala, facillime ob vicinitatem impartiri faucibus possunt; celerrime ob consortium in consensum cor trahere solent. Quo nomine, uno excepto corde, ob nullius alterius partis morbos, celerius homines intereunt, quam ob cerebri. Si a prægressis causis sunt argumenta sumenda: quid repentinis mutationibus magis cerebro noxium? Si a subsequentibus molis, qui in fauces, et collum destillant succi affectum esse cerebrum indicant. Sed quid frustra, hinc inde, argumenta conquirimus, si declaravit hoc sectio, si oculis hoc cernere licuit? Secto puero, qui hac lue interierat cerebrum putrefactum inventum fuit. Hæc ipsi, sed dicant nobis quis nam sit affectus in cerebro, qui faucibus impartitus, nobis conspicuum fit. Inflammatio ne, an corruptio illa faucium? præter hoc, nullum aliud malum in faucibus est; si ergo affectus faucium communicatus illic a cerebro fuit, duorum alterum, vel ambo deberent in cerebro prius incipere, deinde in faucibus; sed si cerebrum inflammatum, vel corruptum esset antequam fauces, utique inter initio, facultatum principum, quæ in cerebro resident, lesa aliqua cerneretur; quod cum non sit, non est dicendum cerebrum pars affecta. Audio dicentem non incipere primo affectum in cerebro; sed vel relinqui portionem succi illius, qui distillat in fauces in capite, atque ita producere affectum similem in cerebro, vel ortum malum in faucibus mox impartiri cerebro. Ita ut semper mors non sequatur faucium affectum, sed cerebri. Verum si mors semper ob cerebri corruptionem, vel inflammationem accideret, debuissent saltem omnes, qui hoc morbo interierunt, interire cum facultatibus principibus læsis; sed ut plurimum hi obierunt nulla illarum læsa,

ergo erat consimilis læsio in cerebro. Dixi autem ut plurimum, nam non nego ex vita discensisse nonnullos, quos morti proximos, coma vel delitium vexavit. Sed hoc illis contingebat ob aliam causam, de qua suo loco, non ob naturam morbi, ob quam si contigisset debuissent omnes cum his symptomatibus interire quæ enim peculiarem morbi naturam sequuntur, semper cum illo sunt, una cum morbo accedunt, et postea illi recedunt. Admittendum ergo non est affectum similem illi qui conspiciebatur in faucibus extitisse in cerebro, neque hoc fuisse partem præcipue affectam. Argumentum a secto puero acceptum nil probat, nam desumptum est a particulari exemplo. Neque contra nos facit quod in aliquo communicata cerebro corruptio fuerit : sectos fuisse alios certo scimus in quibus cerebrum illæsum inventum fuit. Quomodo affectus faucium. respirationem non reddens difficilem, interficere possit, dicemus agentes de causis. Cæterea argumenta monstrat solummodo ad hanc ægritudinem generandam magnam partem cerebrun habuisse, ex quo in fauces distillarunt humores excrementii; in quo nos cum iis sentimus : Sed tunc cerebrum fuit pars mittens, ut medici loquuntur non pars præcipue affecta.

(*Cap. III.*)

Non esse aphtas malignas.

Digrediamur inde ad eos, qui putabant affectum hunc esse aphtas malignas ; inflammationem vero, supervenientem, ulceri. His videtur favere Aetius (sermone 8) loquens de pestilentibus tonsillarum ulceribus. Sed multo magis Aretæus, qui de tonsillarum ulceribus sermonem habens, videtur ad unguem describere morbum, qui his temporibus sæviit. Inquit enim ulcera in tonsillis et fiunt aliqua mitia familiaria non lædentia : « aliqua aliena pestifera necantia mitia quidem quotquot sunt « munda exigua, non alte descendentia, non inflammata, dolo- « rem non excitentia, Pestifera autem quotquot sunt, lata, cava, « pinguia quodam concreto albo, aut livido, aut nigra sordentia « Id genus ulceris aphtæ nuncupantur. » Et paucis post verbis. « In collumellam phlegmone erumpit; atque isti haud ita multis « diebus post, phlegmone, febribus, fœtore inediaque consumpti, « intereunt. » Et addit « Dolor quidem acer, et calidus, calit in

« carbunculo; spiritus vitiatus; exhalant enim maxime putredinis « odorem. » Et circa finem capitis addit. Raucitas adest; vocisque defectio. Quæ malo inquit pueris potissimum usque ad pubertatem accidere. Quæ et si morbo huic congruant, sunt quidam tamen qui putant affectum hunc esse aphthas malignas inflammationem vero symptomaticam supervenientem ulceri. Primum quidem in eo quod putant inflammationem ulcus consequi. Nam antequam album illud, (quod ipsi putant esse ulcus) incipiat apparere, incepit jam inflammatio, ut diximus supra narrantes historiam, et nonnulli qui levissime ægrotarunt inflammatas solummodo tonsillas habuerunt, potius ergo dicendum est aphtas supervenire inflammationi, quod inflammationem aphtis. Præterea sic recte velimus dicere ea mala non esse aphtas. Nam hæ sunt ulcera; ulcus autem omne, morbus est in solutione continui cum deperditione substantiæ; in his autem puerulis nulla in principio est substantiæ deperditio, sed eadem pars inflammata redditur alba. Qui color elusit me inter initia, nam cum primum in quadam puella inflammatam partem dealbatam conspexissem putabam factam fuisse suppurationem. Quo signo ductus, argenteo quodam stylo tentavi *exteriorem cuticulam* disrumpere, quo puri daretur egressus; sed tactu judice certior factus fui nullum sub cute pus contineri, sed ipsam carnem in suum colorem mutatam esse jam mortificatam. Quod confirmavit eventus nam altero die manifesta erat corruptio denigratis faucibus, et gravissimum odorem oris anhælitus effluebat. Qua in re felicior illis fui qui, et si jam annus esset ex quo pestilens hic morbus grassari cæperat, scapello dealbatam carnem inciderunt abcessum aperire putantes. Sed (non sine artis ludibrio) manavit inde non pus. Sed ater quidam sanguis, obiitque puer paucas post horas. Cum ergo nulla in principio sit substantiæ depertitio, non possunt appellati ulcera, ob id neque aphthæ. Quod si dein liquida carne ab integra separata, adsit jam deperditio substantiæ; tunc neque appellati potest ulcus, sed gangræna. Ubi aphtha in putridinem vertitur, et exulcerationes facit, Gal. indice aphtha amplius, affectio nominanda non est; nos aphtham appellabimus affectum qui a putredine incipit? minime certe. Quod si ipsum morbum quem suo proprio nomine gangrenam appellavimus, maluerint aphthas malignas vocare, vocent ut lubet; modo res maneat

integra, nullam in principio esse substantiæ deperditionem, sed carnem dealbari ut delabatur quando inuritur medicamento caustico ad excitandum fonticulum. Cum hac solum diversitate, quod ubi inuritur pars aliqua, crustosum ulcus excitatur, caro vero quæ substat alba redditur : in hoc vero affectu nullo crusto conspicitur. Ex quo colligi potest Aetium, citato loco cum de crustosis ulceribus loquitur, de affectu cujus nunc naturam investigamus, nihil dicit. Areteus certe quam simillimum affectum depinxit, et fortasse eundem prorsus. Non meminit autem inflammationis præcedentis, quia brevi tempore perdurat, neque mali aliquid in hac lue ab inflammatione ut inflammatio est provenit. Commumeravit vero illam inter ulcera, eo quod quamvis affectus hic, ab ulcere non incipiat, in ulcus tamen celeriter migrat, ob gangrænam supervenientem. (*Cap. IX.*)

Non esse carbunculum.

Sentiendum ne cum illis erit, qui existimarunt esse carbunculum ? Videtur namque, in multis affectus, qui nunc sæviit, cum carbunculo convenire; ambo sunt affectus inflammatorii ; supervenit huic color albus, deinde niger, et carbunculi cineream colorem, ac nigrum supervenire testatur Galenus : hic corrumpit fauces et carbunculum quoque carnis corruptio sequitur. Ita contigit in illa pestilentia quæ Asiam vexavit : in quæ fœdo quædam carbunculorum lues grassata est a quibus partes circumjecta cute detegebantur, ut nudæ conspicerentur venæ. Recipiendo ne ergo erit horum sententia? minime vero, mea quidem sententia. Etenim adductæ similitudines, desumptæ sunt non ex propriis carbunculi symptomatibus, sed ex iis quæ multis aliis malis communia sunt. Nam quod sit tumor inflammatorius, convenit non modo illi, sed omnibus tumoribus, qui fiunt a succis calidis ; neque illud non movet, quod illi putredo vel corruptio superveniat; nam hæc supervenire possunt inflammationi, erysipelati, et aliis malis, ut infra monstrabimus, agentes de causis gangrenæ. Quantum vero ad coloris mutationem: Nunquam Galenus dixit mutari in carbunculo colorem carnis ad album, vel nigrum, sed nigram ubique, et cinerulentam (nolo immutare Galeni verba) apparere carbunculorum ulce-

ris crustam, quod vel ipsum nomen indicat quod a carbonum nigredine, et exustione ductum docet Ægineta; in affectu autem, qui nunc grassatur, nulla adest crusta sed ipsa caro mollem servans substantiæ modum, alba redditur. Contractavimus illam sæpissime *digitis* et nisi albo colori mollitudo adjungeretur, medici nunquam elusi fuissent, putantes factam fuisse supurationem, et ópus esse incisione. Quod si mortuam carnem, crustam appellare voluerint, facile hoc illi dabimus, modo dent ipsi nobis proprie crustam medicis significare durum quemdam corticem, quo ulcera et partes quæ inuruntur causticis, obduci solent; quo nomine crusta carbunculum comitatur; nam humor illius causa, vim habet exurendi, ut diximus. Quod unum argumentum satis est ad monstrandum affectum hunc non esse carbunculum. Nam si quod est symptoma proprium, et inseparabile carbunculi, hoc est, ulcus crustosum excitare. Hinc Galenus 14 Morb. ubi quasdam carbunculorum differentias expressisset, subnectens id, in quo omnes conveniunt omnibus (inquit) tamen ut dixi crustosum ulcus fit, modo crusta ipsa cineris colorem præferente, modo nigrorem. Cujus symptomata meminit ubicumque de natura carbunculi loquitur. Præterea cum carbunculis ex adusto sanguine, ad atræ bilis naturam accedente ortum ducat, (ex quo fit ut ignito carboni comparetur a qua similitudine nomen accepit) hinc fit, ut circumposita caro inflammata, minime rubra cernatur ut in cæteris inflammationibus, sed subnigra. Ac si (Galenus inquit) plusculos rubro, minus misceas nigri, qui vero in ista tonsillarum inflammatione cernitur, ruber est color, qui ad floridum potius, quam ad nigrum vergit : qualis est color erysipelatis, superveniente vero liquatione, per quam mutatur color inflammatæ partis ex rubro, ad album, circumposita caro primum retinet colorem. Quod si dein lividus color, et niger conspiciantur, tunc jam cæpit sphacelos, quam comitantur hi colores, fœtidum expuit, vel manifesta omnibus est oris corruptio. Colorem nigrum, qui in carbunculo conspicitur habere aliquid splendentis ut bitumen et pix ; in re enim tam clara argumentis amplius non egemus, non potest ergo affectus qui hoc tempore grassatur reponi inter carbunculos.

(Cap. V.)

Anginam proprie dictam non esse.

Illorum nunc opinionem discutiamus, qui affectum hunc numerarunt inter anginas, qui inter cæteros aptius nomen illi imposuisse mihi videntur. Modo accipiant anginæ nomen in latiori quadam notione, nam si crediderint (ut crediderunt nonnulli) esse anginam proprie dictam falluntur; habet enim angina pathognomonicum symptoma, difficultatem respirationis, alias majorem, alias minorem, cujus nomine synanchia, ab antiquis Græcis appellata fuit : sumpta similitudine ut advertit Cælius Aurelianus a suspendio,quod non aliter,quam laquei instar intercluso gutturis meatu interficiat. Ob id Hippocrates affectus omnes, qui circa cervicem existunt, et respirationem lædant, anginas appellare consuevit; vel etiam si nulla adsit inflammatio, sed solo vertebratum ad interna luxatio spiritum reddens difficilem, anginosos sic affectos appellet Hippocrates, isto solum nomine (ut Galenus notat) quia læsam habent respirationem, nullo existente in thorace vel pulmone vitio. Cum ergo angina proprie dicta spiritum difficilem reddat, si verum fateri velimus, angina appellari non poterit affectus hic, in quo spiritus est ut plurimum facilis, sed potius *inflammatio tonsillarum*, et gurgulionis. Quod si anginæ nomen in Paulo latiori notione accipere voluerint, dicere poterunt, et hos angina laborare. Nec temere, cum eam appellationem usurpaverit aliquando ipsemet Hippocrates. Hic 6 Epidem. enarrans constitutionem quandam anginarum, in summa (inquit) qui solum deglutire non poterant, his valde mites, et toleratu facile erant, qui vero etiam insuper obscure loquebantur, his molestiore, et diuturniores. Quibus vero etiam venæ circa tempora, et cervices attollebantur, his aliquantulum malæ erant. Pessime vero his quibus et spiritus sublimis. Et quæ quidem primum scripta sunt, etiam sine posterioribus fiebant. Quæ vero posterius, non sine prioribus. Hæc Hipp. quo loco omnes angina laborasse scribit, et si primi solum deglutitionem læsam haberent. Ita hos angina laborare dici potest qui obscuram vocem, et læsam deglutitionem habeant. Sed hoc est nomen quærere et non rem.

(*Cap. VI.*)

Probatur esse sacrum ignem, non modo malignum sed pestilentem.

Nunc ergo naturam hujus affectus investigemus ex propriis symptomatibus, non ex communibus. Sunt autem propria morborum symptomata appellata pathognomonica, quæ non superveniunt, seu invadunt una cum morbis, et cum illis recedunt. Incipiunt cum hoc affectu rubor, et levis tumor, initia tumoris calidi, quorum prima genera duo sunt, inflammatio, et erysipela. Tumor hic ante quam œdema superveniat, plus habet erysipelatis, quam inflammationis. Nam nec tensio, nec tumor adest, qualis inflammationibus irritatur per tertium, color rubeus floridus, qualis comitari solet Erysipelata. Audio dicentem colorem erysipelatis esse flavum, cum fiat ex bile. At mihi multum accidit videre erysipelata quorum nullum nisi rubrum colorem præse ferebat; differt autem color erysipelatis a colore inflammationis, quia inflammatio, cum fiat a sanguine mediocrem habente crassitiem, colorem habet rubrum tendentem ad fuscum erysipela vero, quia vel a bile mixta sanguini sit, vel a sanguine tenuissimo, et fervescente, colorem habet rubrum dilutum, quem Galenus 2, ad Glauc. comparans colori inflammationis, dixit multo magis colorem flavum representare. Non quod crediderit Galenus, vere flavum esse (nam ita credidisset inflammationis quoque colorem esse flavum, afferens erysipelatis colorem, multo magis colorem flavum representare) sed ad flavum vergere : hinc illum paucis post verbis rubidum appellavit. Nunquam enim erysipelatis color flavus esse potest, cum a sincera bile non erysipela, sed herpes oriatur. Sed uno profecto in ea re argumento confirmanda quæ sensum habere indicem potest. Cernuntur quotidie erysipelata colore subrubra. Instas iterum non esse exquisita. Galenus igitur, hunc constitutum affectum esse erysipelas firmavit (sive ut latino vocabulo utamur sacrum ignem) ; inventa morbi natura, veniamus ad declarandum morbi symptomata, quæ superveniunt : supervenit autem hujus sacri igni putredo, malignitatis clarissinum argumentum; non enim ut Galenus inquit enarrans illam Hipp. sententiam ab erysipelate putredinem vel suppurationem esse nisi nunc cum grassatur epidemice sacer

ignis malignus. Silentio hoc prætereundum non est, Clarrissimum virum Petrum Vecchionium, Comitem Palatinum, et Regium. Olim Archiatrum tametsi non nisi paucissimis hac lue affectis medicinam facere illi licuerit, morbi tamen maturam assecutum fuisse, cum luem hanc inter malignes factos ignes, numerandum esse senserit. Morte dein præventum, ab illo qui morbi hujus initia viderat observare non potuit. Erat vir hic acri judicio preditus, et mira in agnoscendis morbos celeritate. Sed illum pro dignitate laudare, nostræ tenuitatis non est. Redeamus unde defleximus. Qui ergo nunc grassatur affectus, sacer ignis malignus est. Hic eam afferre potest symptomatum varietatem, quæ causa fuit, ut medici in varias abirent sententias. Incipit affectus ab inflammatione, abit in gangrænam, desinit in ulcus; et sacer ignis, ut sacer ignis. Tumor inflammatiorus est, ut malignus putrefacit, putrefacta carne absumpta, relinquitur ulcus. Huic similem constitutionem narrat Hipp. Hic in pestilenti quodam statu sacrum ignem sæviisse refert, qui malignus cum esset, multos interimebat. Oberrabat autem per varias corporis partes, quas ita depascebat putredo, ut multis brachium, vel totus cubitus decideret, nonnullis totum femur, vel tibiæ denudarentur. Erat autem id gravissimum, cum ventrem, et pudenda malum laboraret. Quorum caput tentabat, his caput totum glabrescebat, et mentum, ossaque denudabantur. Erant autem hæc (inquit Hipp.) formidabiliora, quam deteriora. Eo quod (ait Galenus in comm.) putredo extimam cutem apprehendens terribiliorem quidem morbi speciem præbebat, periculum vero minus, quam si is pudenda teneret affectus, aut guttur, aut aliam principem partem. Si ergo malignus hic sacer ignis qui Hippocratis tempore grassatus est, multos interemit : nulli nutum videri debet si qui nunc sævit paucissimis parcit; qui non ignobilem aliquam partem ex exterioribus, sed fauces occupat, illasque sua malignitate corrumpit. In quibus membris putrefactio, inquit Avenzoar, non nisi tempore epidemiæ, et pessimæ mortalitatis oritur. Quare partes gulæ (nolo immutare auctoris verba) corrumpuntur. Et hoc non accidit nisi quando est epidemia maligna, pessima, et mortifera, quo nomine non modo sacer hic ignis malignus appellandus est, sed pestilens : his enim duobus vel Gal. teste pestis continetur ut morbus vulgaris

sit et plurimos perdat. Non me fugit existimasse non nullos, præter hæc duo, requiri tertium; nimirum, ut aëris vitio, morbis accedat. Et certe, cum pestis morbus communis sit, necessario communem causam habere debet : communissima omnium res autem aer. est. Quo nomine, ut plurimum pestes aëris vitio (ut partes illæ que a Galeno referuntur) communes morbi, et perniciosi oriuntur, qui procul dubio pestilentiis adnumerandi sunt. Cum varietas causæ, non immutet naturam effectus, idemque calor specie sit, qui a colore, et qui a frigore producitur, verum tamen pestes quæ ab aëre non accedunt, minus communes sunt, aliis enim causis non sunt homines ita obnoxii. Sed ne amplius immoremur in quæstione de nomine, quæ semper quidem inutiliter exagitatur, nunc vero non modo inutiliter, sed frustra; cum pestilens hic sacer ignis, causam habuerit non victus sed aëre, ut monstrabimus, nunc, agitandum de causis. (*Cap. VIII.*)

Quid de hujus morbi causis alii senserint.

Non minor de hujus morbi causis inter medicos dissensio fuit, quam de natura. Nam quantum ad procatarcticas, alii luem hanc, ex *Hispania* fluxisse putabant, alii tribuebant morbi hujus ortum pestilentiæ quæ priore anno in *boves* ingruerat, quidam causabantur *cometas :* sed sciscitati, quo modo fieri posset, ut sicco existente anno, qualis esse solet cometarum tempore, pestilens morbus grassiri potuerit *Piscibus* (signum zodiaci) taciturniores evadebant. Cujus difficultatis nomine plurimi ad *occultas* et *abditas* causas confugiebant. Quantum vero ad interiores, quærebatur inter alios cur contagio *pueris* potissimum ob esset, natu grandioribus, parceret, quorum paucissimos læsit. Tribuebant hoc quidam puerorum naturæ humidæ, et delicatæ, quæ facit ut ad patiendum sint aptiores : maximam dicebant in generatione ægritudinum, partem habet ejus, cui passurus est habitudo corporis : quæ Galeno indice tantum potest, quantum aër, et cum ambo coeunt, tunc vulgares morbi oriuntur. Aliis hujus argumenti vim faciles eludebant; aiebant enim futurum ut in tenerior ætas magis esset morbis obnoxia, pestes quodlibet semper pueris primo nocere deberent, utpote omnium tenerissi-

mis ; quod cum non accidat, alia enim pestis pueros, alia senes, alia juvenes lædere solet, necesse est ut non solum ob humidam et delicatam puerorum naturam accideret, ut contagio illis obesset, sed una cum ea causa, aliqua alia conjungeretur, ad constituendam hanc perculiarem analogiam. Hujusmodi erat inter hos controversio. Interim alii non minori contentione de gangrænæ causis certabant, putantibus quibusdam corruptionem illam in faucibus, accidere ob tumoris magnitudinem suffocato calore, aliis vero ob humoris qui eo fluxisset vitium, qui interrogati ut dicerent in quo consisteret humoris malignitas, et qua ratione putrefacret, ad ineffabiles formæ proprietates confugiebant. (*Cap.* IX.)

Ex Hispania non fluxisse huc seminaria contagionis.

Credidit antiquitas, pestilentiam certos progressus facere, nec nisi a meridie in occasum solis rem posse, quod seccutus est Plinus lib. 7 suæ natur. Hist. cap. 50. Qua in re, inquit, observatum a meridianis partibus, ad occasum solis pestilentiam semper ire. Quæ si vera essent, argumentis non egeremus, ut planum fieret seminaria contagionis, ex Hispania, huc non fluxisse. Nam quamvis et Hispani, et nos, terras ad occidentem positas incolamus, quam ob causam utramque regionem Hesperiam, quasi occidentem Græci nominant, est tamen Hispania solis occasui magis proxima, cui comparata regio nostra orientalis appellari potest : atque ita inde, in hanc manare non posset ex qualibet mundi plago venti fluunt, ita ex qualibet contagionis seminaria pelli possunt, et attica pestis a Thucydide descripta, Orientem versus perrexit, ex Ægypto in Persidem transiens, quæ Ægypto orientalis est, verba Thucydidis sunt. Cæpit autem malum, ut aiunt, ex Æthiopia quæ est supra Ægyptum, inde in Ægyptum descendit, et in Lybiam tum in regiones amplissimas Regi subjectas. Manifestum est autem Regem a Thucydide cæterisque Græcis historicis intelligi regem Persarum. Cum ergo non in re scio nullam me allaturam demonstrationem existimo tamen quædam me allaturum argumentum quod meam sententiam versimillimam ostendit ; quibus argumentis nisi moveret, sentirem profecto, ex Hispania, ad nos derivatum hoc

malum. Aiunt igitur qui adventitiam hanc pestem esse volunt, eadem symptomata utrobique esse atque id testari eos, qui de hoc morbo (quem Garottillo Hispani vocant) scripserunt : nec esse mirum si in aliquo leviter differre videatur, quando si ob varium corporis apparatum, pestis in eadem regione sævientis, non eadem in omnibus facies est, quanto magis in diversis. Contagionis vero seminaria, posse ex una regione in aliam irruere, non esse inauditum, quando celebrem illam pestilentiam quæ Athenis nocuit ex Aethopia manasse, opinatus est Galenus. Hæc ipsi, quibus libentissime assentirer, nisi obstarent hæc. Nam prima, venti, qui duobus ab hinc annis ut plurimum spirarunt, fuerunt ii, qui flant a septentrione, boreas nimirum, et illius collateralis aquilo : hi autem pellere hinc seminaria possunt potius, quam importare. At dicent, spirarunt aliquando occidentales venti. Esto: demum potuisse plus qui rarius flarunt, quam qui frequentissime : sed dicant obsecro, quo corrupta pretio fuerunt seminaria contagionis, a tot gentibus, inter hos, et Hispanos interjectis, ut illis nequaquam læsis, huc irreperent ? Præterea, cur multis annis antea, seminaria huc non fluxerunt? Quis illa nunc sollicitavit ? Cum vel ab anno MDLXXXI in civitate Hispalensi visam fuisse luem hanc, testentur qui de hoc argumento scripserunt anno MDCVII, postremo si concedamus inde manasse pestis initium, adhuc investiganda causa erit, cur in Hispania grassari cæperit : si confugient ad aspectus siderum, et ad conjunctionem factam mense decembris anno MDCIII Saturni et Jovis, in qua adfuit aspectus sextilis Martis cæperat morbus (taceo conjunctionem hanc siccitatem afferre, et nos præter conjunctionem Saturni, et Martis, in primo gradu Gemi : factam die VIII. Junii anno MDCXVIII. apertiores hic habuisse siccitatis causas) jam multos annos antea. Respondent (est responsio Joannis Alphonsi de Fontecha) adfuisse tunc temporis, præter conjunctiones alias, cometa illum insignem anno MDLXXX. Sed his etiam temporibus cometæ visæ sunt; si ergo his tribuendo, est hujus pestis origo, opus non erit ad Hispaniam confugere argumentum ab attica peste desumptum, contra adversarios facit, cum illa, teste Thucydide, Lybiæ et Ægypto nocuerit, quæ regiones Athenas, et Æthiopiam interjacent. Quod si quis dicere voluerit, impor-

tata, huc fuisse seminaria in fomite, contra eum quoque, quæ diximus faciunt. Cur nimirum non antea importata fuerint, et quare non aliis regionibus, cum quibus Hispani commercium habent. (*Cap. X.*)

Sacrum hunc ignem, non quod calidus humidus sit, sed quod calidus siccus, putrefacere.

Age quoniam planum fecimus non modo calida humida, sed calida sicca posse putrefacere, videamus nunc siccitatem ne, an humiditatem habeat adjunctam calor, qui causa est, ut huic sacro igni gangræna superveniat a simili. Certe ille, qui in austrina, et humida tempestate Hippocratis tempore sæviit (cujus nos supra meminimus) carnem depascebat quod humor illius causa humidus esset et putris : ab exuperante humida (ut Galenus inquit) ventorum tranquillitate generatus. At hic sicut in contraria tempestate (in sicca nimirum), cometarum tempore, grassari cæpit, ita ob contrariam causam putrefacit. Sicci enim cum sint et maxime tenues ignem sacrun efficientes humores (sanguis nimirum et bilis) fauces liquat, non secus ac septica vocata medicamenta, quam septicam vim per siccam tempestatem induerunt. Ad quod confirmandum illud unum satis est firmissimum argumentum, quod alba redditur emortua caro, ut redditur cum septicis medicamentis colliquatur. Clarissime eventum hunc tunc cernere licet, cum ad excitandum fonticulum partem aliquam caustico inuri jubemus, quod a septica partium crassitie differt. Hoc ergo cutim cui adhæret excurit, et crustam excitat, tenuissima vero illius pars quæ cuti non adhærescit, sed penetrat et ob tenuitatem similis septicis est subjectam carnem eliquat, quo colliquatam jam, non amplius rubram, sed albam adspicimus. Quem non modo colorem, sed substantiæ modum puerorum fauces cum gangrena incipit habere sed cur alba redditur caro, quæ a septicis vel ejusdem naturæ humoribus colliquatur, et non potius nigra? septica sunt potentia ignis, hic autem atra reddere solet eo in quæ agit. Certe ignis est interdum causa coloris nigri, sed per accidens ; nam per se, cum rarefaciat, et externuet, reddit, quæ immutat magis diaphana, ac proinde alba. Hinc illi ab Arist. non niger sed albus color tribui-

tur. q 18 sect. prob. Quærens cur lividi efficiantur qui rigent, quia gelatus (inquit) sanguis nigrescit propter caloris inopiam igni tribuitur. Cujus etiam sententiæ Galenus fuit 2 de fract. Sæpe enim (inquit) videlicet, quæ nigra sunt, cum incipiunt verti in pus, livida se ostendere : tum paulatim nigritie, amissa, ad ignis colorem accedentia, albidiora evadere. Per se ergo ignis semper est causa coloris albi ; nigrefacit vero cum humidum comburit. Audiamus Aristotelem hoc ipsum dicentem : nigrum autem colorem fieri contingit (verba sunt illius in libello de coloribus) cum aër et aqua ob igne comburantur ; quare et omnia ambusta nigrescunt, veluti ligna et carbones. Hæc Arist.; ita humor, qui ambustus in carbonibus relinquitur nigritiæ effectus est, quo tandem assidua ignis actione consumpto, albi cineres relinquuntur. Si ergo tunc ignis nigrefacit cum urit, septicum autem non urere, sed liquore et attenuare humidum supra monsravimus, non mirum sinon atro, sed albo colore carnem suffundant : tum quia illorum vi sanguis rubri coloris factor corrumpitur, qui nimium extenuatus in aliam multa tenuiorem naturam abit : tum quia caro colliquata rarior redditur, et humidum illius tenuius, et ærum magis. Albedinem vero omnibus, inquit Aristoteles, aër vaporosus præbet inclusus ; aer enim pellucens albedinem facit. Atque hæc est causa cur carnis color ex rubro mutetur, in album septicis. Quo colore cum emortua tonsillarum caro suffusa conspiciatur, jure inde duximus argumentum ad monstrandum sacrum hunc ignem putrefacere ob siccitatem calori adjunctam, non ob humiditatem. Quod cum firmissimum fit, reliqua quæ afferri possent redeamus. Si enim argumentis adhuc egeremus, vel ex eo quam maxime sententiam hanc confirmare possemus, quod semper affectus hic, vel in siccis natura regionibus, vel in siccis tempestatibus ortum habuerit ; nam primo pestilentia illa Aretæi ulcera (quibus et huic sacro igni eodem fere symptomata superveniunt) potissimum color albus, et gangræna. Ægyptus, et Syria regiones siccissimæ procreant unde Ægyptiacum et Syriacum id genus appellant, quia in his regionibus (verba sunt Aretæi) aër spirando siccus attrahitur. Præterea hic idem morbus in Hispania sicca regione ad plures annos grassatus est, ut testantur, qui de hoc argumento scripserunt postremo hoc Neapoli cometarum tempore, in tempestate sicca in

siccioribus suburbiis sævire cæpit. Quæ omnia non modo sacrum hunc ignem ob siccitatem calori adjunctam putrefacere confirmant, sed præcipuam causam morbi hujus siccitatem fuisse. *(Cap. XVI.)*

De signis prognosticis generatim.

Veniamus nunc ad signa prognostica, qua in re quærenda sunt duo: primum quidem quid predicendum ut de hoc morbo generatim, deinde speciatim, cum jam Galliam, invasit. Quod ad primum spectat, quæri possunt de hoc morbo tria: primum quidem, adhuc ne perduraturus sit: præterea, num futurum sit, ut natu grandioribus noceat : postremo, num malum alias Regni hujus regiones invasurum sit. Quæ præcognoscere, res est non præclara minus, quam ardua : quæ autem physice dici possunt sunt satis pauca, neque ommino certa; dicentur tamen et nobis, ne videamur aliquid omisisse quod ad hoc argumentum spectet. Credidit Cardamus, pestem omnem, nonnisi triennium sævire posse : apud quem, facilis res est pestium perdurationem præsagire. Quæ sententia quam vera sit, examinandum relinquamus Scaligero, arguto non minus, quam acuto illius censori. Neque proferanda a nobis nunc erunt exempla multa pestium, quæ plus triennio sævierunt; sat erit proferre hoc unum, sumptum ex hoc eodem postilenti faucium affectu, quem ad multo plures annos in Hispania sæviisse scimus. Ob quam primo historiam, vereor ut hac hyeme, vel vere proximo lues hæc non extinguatur, ut quosdam sentire intelligo. Prœterea, non aliter possumus futura prædicere, naturæ vestigiis insistere, quam si præsentes causas intereamur, præcipuæ autem caulæ mali hujus, fuerunt, ut monstravimus, siccitates, et crebræ temporum mutationes, quæ cum adhuc perseveret non possumus non vereri, ne diutius perduratura sit hæc lues : eo vel maxime, quod hoc anno, die XXVII Junii, iterum Mars, cum Saturno, in *Geminis* conjungetur : quæ conjunctio cum siccitate inferat, una cum aliis causis (sola enim ipsa adeo metuanda non esset, quæ secundo quoque; anno fit, tametsi non semper in eodem signo) luem hæc conservata facile poterit. Sperandum tamen est, non modo futuram post hac miti orem, cum causæ quæ perseverant non sint ejusdem efficaciæ, et vis

tempestatis illius pluviæ et humidæ, quæ non parum contulit, ut lues hæc gravior esset, tempore semper magis debilitata: verum quoque, non tandiu hic perduraturam, quamdiu in Hispania perduravit. Nam si morbus hic in Ægyptio et Syria patrius est, Areteo teste, ob nimiam regionum illarum siccitatem, non mirum si in Hispania semet exortus, ad multos annos grassatus fuerit; nam et ipsa sicca regio est. Nostra vero, cum humida potius quam sicca sit, tandiu lues hanc fovere non poterit. Num vero grandiores natu invasura sit, res est quæ prognostico non indiget: jam enim cæpit in eos ingruere. Non tamen in eos, sicut in pueros gras sabitur, et paucissimos necabit; nam quæ fecerunt ut malum in pueros potissimum sæviret, faucium nimirum mollitudo atque teneritas cerebrum, quod facillime superfluitatibus repletur, nunquam in gradioribus natu conjungi poterunt. Quantum vero ad urbes spectat, jam lues Campaniam omnem populari cæpit; reliquæ civitates, et oppida, potissimum quæ non multum à Campania distant, sine sollicitudine esse non poterunt; facile enim in eas contagionis seminaria manare poterunt. Sed hæc omnia ut diximus, ex iis sunt que non habent multum certitudinis. Si quid autem mali anguratus sum, in ea me deceptum malim, quam quod erat affectum, atque illud precor, quod cum de peste agit Virgil. precatur. *(Cap. XIX.)*

De signis gnosticis.

Quamvis, morbi hujus signa, tacite jam expressa fuerint, operis initio, cum narravimus symptomata omnia, quæ lue affectos comitantur, ex quibus, tam quam ex manifestis sensui, morborum signa sumuntur: verum quia tum historicum potius quam medicum egimus, ne aliquid desideretur, quod ad argumentum quod tractandum suscepimus spectare videatur, quando de causis egimus, ipsamet ordinis ratio postulat, ut de signis agamus. Cum autem affectus cujus signa exponenda sunt, sit sacer ignis malignus, in faucibus, alia erunt signa illius ut est sacer ignis in faucibus, alia ut malignus est; illa desumuntur ex propriis symptomatibus, quæ una cum morbo invadunt, hæc ex iis quæ superveniunt. Signa ergo morbum indicantia sunt, exiguus tonsillarum et proximarum partium tumor, et rubor

quidam igneus (ut ita dicam) qualis comitari solet vero erysipelata, faucium dolor, et læsa deglutitio, quorum alia affectus signa sunt, alia affectæ partis. His febris adjungitur acuta; omnia autem hæc, simul incipiunt cum ipso morbo. Quæ vero illius malignitatem significant, primum quidem (quod eodem, ut plurimum, die se ostendit) est mutatio coloris inflammatæ carnis ex rubro in album indicium liquationis et gangrenæ a simili, præterea vox obscura antequam pituitosa fluxio irruere incipiat. Sed quo modo vox obscura esse poterit malignitatis signum? Nonne (ut taceam alias causas) tumefactis, vel irrigatis tantum aquæ pituita gutturis membranis, lædi potest vox? ita sane verum, vox obscura in hac lue affectis malignitatis signum est, non per se, sed quia signum est liquationis et putredinis jam cæptæ, quàm esse causam obscuræ vocis inter initia, antequam œdema supervenerit, diximus supra. Hinc ego pluries ex sola vocis læsione cognovi adesse jam in faucibus vocatum ulcus; læsa enim in his erat vox, non ut per raucedinem lædi solet, sed alia quadam peculiari læsionis specie, quæ verbis non potest exprimi sed exemplo, qualis nimirum solet in iis esse qui fauces habent ulceratas ex lue gallica. Ita obscura vox, per acciders signum esse potest sacri hujus ignis maligni. Sed his dein alia adjunguntur: tumor nimirum œdematosus cervicis, qui superveniens non juvat, sed lædit, fætida expiratio, faucium sphacelas, et denigratio. Verum tunc jam malum vel vulgaribus cœpit distingui autem quando color lividus et niger, gangræna suffocatio sequitur, quando adest qui putredo (nam utrinque causam habere potest, ut diximus capite superiori) et facilis res est. Nam ubi ob gangrænam supervenit, præcedit lividum colorem tumor magnus, eoque colore suffusa cernitur, non modo exesa carnis facies, sed etiam illius, quæ exesa non est, et sola inflammatione laborat; color vero niger vel lividus, qui putredinem solam comitatur, magno tumori non conjungitur, et in exesa tantum carne adspicitur.

(*Cap. XVIII.*)

De præservatione.

Antequam quicquam de curatione dicamus, præservationi exponendæ dabimus operam, nam quanto optabilius est integris

viribus esse, quam eas afflictas habere tanto gratius eo audire, quibus fiat ne æger unquam sis, quam ea, quibus fieri potest ut ex ægritudine convalescas. Instituamus igitur de præservatione questionem. Præservari possunt vel integræ societates, vel homines singuli; quantum ad urbes attinet, res solis precibus agenda erit, nam Hippocraticum illud ex igne petitum auxilium ad aërem purgandum, quo Mæonem quoque usum fuisse testatur Plutarchus, ut in suffocato cœli statu et in austrina tempestate utile, ita in sicca inspectum est; relinquitur ergo, ut quæ ad præservandas singulos facere possunt, a nobis tradantur. Agitur præservatio omnis removendo causas, non externas modo sed internas; sunt autem externæ causæ hujus morbi, aëris intemperies et contagium : quæ non aliter quam *fuga* vitari possunt, si vitemus non modo domos sed vicos et urbes in quibus malum grassatur. Sed hoc neque ab omnibus fieri potest neque semper juvat, non enim illos qui jam ab externa causa mali occasionem contraxerunt. In eo ergo spes omnis posita est, ut internæ causæ removeantur. Sunt autem internæ causæ redundantia calidorum succorum, bilis nimirum et tenuissimi sanguinis, et redundantia pituitæ, qui succi evacuandi erunt, maxime calidi; nunquam enim frigidi nocent, nisi calidi nocere cœperint. Præmissa ergo missione sanguinis, corpus erit expugandum manna, et syr. ros. solut. cum agarei decocto, ac dein semper alvus evacuanda erit. Verum quia succi isti, non omnes nocent, sed qui continentur in capite, neque semper, sed cum in fauces irruunt : vitanda erunt omnia quæ caput superfluitatibus replere solent et exasperare fauces. Caput implent repentinæ mutationes aër, et indumentorum mora in locis humidis vel sub nocturnô cælo vinum. Exasperant fauces pulvis in guttur effluens nimius vocis usus præterea vociferatio quæ omnium maxime declinanda erit : Nam in illa anginarum pestilenti constitutione, sexto epidem. descripta, refert Hipp. eos, qui vocibus amplius se fatigarunt, anginis magis correptos fuisse. Crediderunt nonnulli, nil ad præservandum facere magis quam fonticulos aperire in occipite vel in brachis, per quos facillime cerebri superfluitates repurgantur. Ego in hac re dicam adjuvare potest : inustionem occipitis, nullo modo probare possum, nam hoc remedium evacuat potius, quam revellit

capite; hinc inter curativa potius quam inter præservativa auxilia connumenari poterit; metuendum præterea est, utpote quod facile possit fluxionem ad proximas fauces concitare. Brachii vero inustio nocere non potest, verum non est remedium præsentaneum, lente enim, et post longum tempus revellit a capite noxios humores. Si ergo alio nomine juvare possit, hujus morbi causa, accelari poterit. Præter hæc alexipharmacorum usus posthabendus non est. Qua in re est illud adnotandum, eligenda esse inter hæc illa quæ ex manifestis qualitatibus caliditatem adjunctam non habent; semper enim illud memoria firmiter tenendum est, primam malo originem calidos humores præbare, quorum calor medicamentis et victu temperandus est, non augendus. (*Cap. XXI.*)

De auxiliis chirurgicis.

Auxiliis chirurgicis modo ad revellendum utimur, modo ad evacuandum. Agemus primo de revellentibus, nam præcedit natura sua revulsio evacuationem. Inter revellentia primum sibi vindicat locum sanguinis missio : quo auxilio an in pestilentiis utendum sit, res est controversa et plena dissensionis inter medicos. Sed mihi nunc non est frustra exagitando hæc controversia, nam quoad in pestilentibus affectibus venam secari jubeamus, prohibere possunt duo: virium imbecillitas, et metus ne *contagionis seminaria e poris cutis in venas* attrahantur. Cum hoc vero morbo, neque virium languor conjungitur, neque seminaria toti nocent, sed determinatæ partes. Quam cum primum lædere incipiant, revulsio per sanguinis missionem jure fit. Poscit hoc idem auxilium affectus ipse, qui ab inflammatione incipit, et acuta febris adjuncta. Revellunt quoque cucurbitulæ scarificatæ in humeris, quæ etiam inter initia multum conferre poterunt. Nam vessicatoria revellunt et ipsa, sed serius quam perniciosa morbi hujus celeritas non patitur. Est autem in hac re animadvertendum illud: nimirum, in hoc sacro igne, non esse mittendum sanguinem in ea quantitate, sicut in angina exquisita mitti solet, quæ necat strangulatione orta ex magnitudine inflammationis. Neque dandos esse missionibus sanguinis plures dies. Meminisse enim oportet causam mali esse bilem

et ferventissimum sanguinem, qui natura proximus bili est, deinde vero et pituitam quibus expurgatio debetur ; et larga nimis sanguinis effusio nocet. Pervulgatum est apud medicos axioma, frenum esse succorum omnium sanguineus, et sua mediocritate frigidos nimis et calidos moderari. Prima ergo dies danda revulsionibus erit, quo in secunda corpus expurgari possit. Secari autem præcipiemus venas in brachiis, mox scarificari humeros, nisi aliunde incipiendum in natu grandioribus, retenta aliqua evacuatio suadeat. Me non latet, invaluisse nunc apud quosdam usum mittendi sanguinis (ne aliquid intentatum reliquisse videantur) ex pedibus, in omnibus hac lue affectis nam oportet (inquiunt) quam longissime ab ea parte, in quam succi irruunt, humores revellere. Sed me tritum hoc et commune argumentum nil movet; cui si standum esset, non modo in hoc sacro igne, sed in affectibus omnibus capitis, thoracis et jecoris, partiumque omnium quæ supra renes sitæ sunt, inchoanda semper curatio esset amissione sanguinis ex pedibus ; quod tamen neque ipsi observant, neque faciendum est; nam, quamvis revulsio semper fieri debeat humores retrahendos in contrariam partem, non tamen semper a superioribus in inferiora. Cum non modo contraria sint inferiora superioribus, sed dextra sinistris : externa internis ; anteriora posterioribus. Verum hæc argumentis confirmare hujus loci non est, exagitando hic tantummodo sunt ea controversiæ, quæ ad argumentum spectant, quod tractandum suscepimus, non quæ communes sunt omnibus morbis. Satis sit nunc admonere, multo utilius in hac lue sanguinem mitti ex brachiis, quia una simul et revulsio et derivatio fit, quod maxime optandum est in acutissimo morbo, qui intra quatuor, vel quinque dies perimit. Hactenus de revellentibus venio ad evacuantia. Placuit quibusdam in hoc morbo secare venas sub lingua, alii admoverunt hirundines, collo mihi nulla istarum evacuationum unquam pobari potuit. Nam cum tumor superveniens ex sanguine non oriatur, sed ex pituita, frustra adhibentur ea auxilia, quæ ad sanguinem ex parte affecta evacuandum exagitata fuerunt. Præterea his evacuationibus, educto sanguine, redditur calor partis imbecillior, qui deinde superatur facilius, atque ita præstatur occasio, ut gangræna et corruptio major superveniat. Adhibuerunt quidam in Hispania

vessicatoria collo, quorum usus nocere non potest, prodesse tamen aut parum aut nihil potest. Antequam enim ab excitatis ulcusculis sanies manare incipiat jam sphacelos nocuit, et imminet mors; itaque frustra ad evacuandum adhibentur. Quo nomine hoc auxilio num quam usi fuimus neque plura sunt, quæ de chirurgicis auxiliis dicenda censeo.

(*Cap. XXIV.*)

CORTESIUS

Epistola Joanni Antonio Anguillonio classis Triremium Sacræ Religionis Equitum Hierosolymitanorum Archiatro dignissimo.

Abdita naturæ vi humani generis pectoribus, incertum est, ut obviis quibusque et passim occurrentibus malis, aut non ita sedulo consideratis, in ea omnem animi contentionem omnemque diligentiam adhibeamus, quæ aut novitatis aliquid præ se ferant, aut quam rarissime evenire compertum habeamus. Nihil igitur mirum si Parthenopœi Medici in exordio strangulatorii affectus, qui Neapolitanum regnum primum, mox universam Siciliam insolita sævitia invadens plurima puerorum millia e medio abstulit, omnes nervos tum disputationibus, tum scriptis in lucem editis ad naturam illius causas curandi, ac præservandi moda pervestiganda intenderint. At nos quoque eodem morbi summe primum exorientis essentiam indagandi cupido incessit (quid ni enim et homines sumus, et nobis medicis novus morbus offertur). Quare dum hic esses cum tuis Melitensibus nihil aliud in nostris suavissimis mihi colloquiis pertractatum, quam de hujusmodi affectus origine, progressu, atque curatione. Sed quia antiqua ex hac urbe profiscereris, haud mediocriter a me efflagitasti, ut quicquid super ea re meditatus fuerim, calamo vel currente exararem, ea propter ut tuis honestissimis votis a me, quoad fieri potest, satisfiat, haud prolixa oratione cuncta ad exactam rei notitiam attinentia perstringere decrevi. Cæterum vellem, mi Anguilloni, persuasum habeas, nihil gratius mihi contingere posse, quam si hæc licet levia, quæ ut tibi morem gererem conscripsi, læto animo exceperis; sic enim video nec re inscisse, ut pœniteat, quod quam maxime desiderandum mihi esse arbitror.

Morbus hic, cujus naturam scire optas, respirationem sed maxime deglutitionem lædit, nullumque aliud nomen in hac urbe adeptus est nisi gulæ morbum, eo quod appareat partes

spectantes ad gulam ita læsas esse, ut etiam deglutiendi actio plane lædatur. De eo varie quidem multi auctores Parthenopæi hactemus scripserunt, sed inter se parum constantes sunt, si nomen sive essentiam consideremus; alii enim affectum strangulatorium, alii phlegmonem anginosum, alii pestilentem faucium affectum, nonnulli epidemicam gutturis luem, et aliqui tandem variis nominibus pro varias ipsorum opiniones designarunt; et hæc quod ad nomen.

Quod spectat ad essentiam, alii scribunt eum esse aphtas malignas, alii arbitrati sunt reponendum esse in genere carbunculorum, alii intrepide pronunciarunt esse anginam, qui inter se tamen divisi sunt; nam horum aliqui existimarunt esse angimam proprie dictam, alii e contra anginam lato modo et improprie acceptam, alii determinarunt esse erysipelas, seu ignem sacrum faucium, alii denique putarunt esse inflammationem proprie dictam, quam phlegmonem Græci appellant, quorum omnium sententiæ rationibus, et autoritatibus gravissimorum auctorum videntur confirmari, quas sane hic recensendis nec tempus nec locus est; mea enim intentio est tibi quam brevissime possum satisfacere tractans de affectione ea, quæ per hanc civitatem vagatur, non autem de Parthenopæo morbo a variis scriptoribus, ut dictum est, declarans; hujus enim naturam minime nisi ex aliorum scriptis agnovi. In hoc igitur describendo morbum dicam primum quæ partes afficiantur; deinde describam morbum ipsum, et quæ symptomata ipsum sequantur; tandem, quid pro ipsius curatione per unumquadque Medicinæ instrumentum fieri oporteat. Hæc affectio lædit pharyngem, quæ est pars oris continens multas alias partes a Johanne Baptista Carnevale pulchre descriptas; sunt vero partes istæ ore adaperto conspicuæ, ut palatum in cujus fine adest uvea vocata, seu gargareon, quæ est portiuncula quædam carnea recta a palato ad linguæ basim; describit hanc partem, et inquit, quando præternaturalis est a quapiam fluxione a capite, si oblongior fuerit, columella appellatur, at si crassior ab ima parte et rotunda, uva dicitur; nihilque magis conspicue ore adaperto apparet quam faciant hujusmodi cavitates, sub quibus ad latera utrinque sitüatæ sunt glandulæ duæ, quos antiades Græci, nostrates vero tonsillas atque amygdalas appellant, et

istæ sunt omnes partes, quæ ab hoc proposito morbo læduntur.

